Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

M. Fabii Qvintiliani Rhetoris Clarissimi Oratoriarum institutionum libri XII.

https://hdl.handle.net/1874/456934

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

QUINCTILIANI
Institutiones
oratoriae.

A° 186.
hh.

X oct.
35
U.B.U.

X oct.

Litterae Latinae
Octovo n°. 35.

N 113. a

M. FABII

QVINTILIANI RHETORIS CLARISsimi oratoriarum institutionum libri XII. restituti penè in uniuersum sibi, opera & industria Ioachimi Camer. Ioannis Sichardi aliorumq; doctißimorum.

Adiecta est præcipuorum locorum libri primi & secundi eiusdem Camerarij expositio, nec in reliquorum librorum locis difficilioribus quæ à doctis annotata sunt aut declarata præterijmus.

APVD COLONIAM AGRIPP. IN OFFICINA GYMNICI ANNO M. D. XXXIIII.

GYBERTVS LONGOLIVS AGRIPPINATI IVVENTVTI S. D.

COGITANTI mihi, auditores studiosi, rationem aliquam, qua meum erga scholas has Agrippinates studium pleniore testimonio declararem, nihil mihi ad hãc rem efficacius uisum est, quàm si eiusce modi autoribus enucleandis incumberem, qui præter expolitam & expressam dicendi, & φράσεως formandæ facultatem (quã quid per Deum immortalem admirabilius?) profunda etiam, castigatáq; disciplinarum omnium exuperantia iudicium, rationemq; ingenij exacuere possent. Igitur pro ingenij nostri modulo enarratis Liuio, Salustio, Cæsare, & alijs quibusdam illis proximè similibus, quorum scilicet historiæ magis ad rerum insignium cognitionem, & dictionis munditiem, quàm iudicium literarium, sine quo uanus est omnis noster conatus, comparandum, faciunt: ex copiosa Latinorum autorum bibliotheca Fab. Quintilianum Rhetorem cum primis luculentum, per meliores instantis anni horas, de sentẽtia iudicij nostri, (quod quã sit perexiguum facile agnosco) me uobis interpretaturũ iam ante denuncio: ne dicar scholæ nostræ consuetudini minus satisfeciſſe. Nam cum in legendis autoribus pleraque ad

quæ ad Dialecticorum, multa ad Rhetorum canonem re-
uocarem & expenderem, ne scilicet defunctorie, instar
uulgi, officium interpretis obirem, factum est, ut pluri-
mis obscuriora, quàm capere illarum artium rudes pos-
sent, tradidisse existimer. Ergo ut certam eorum quæ an-
notaui hactenus, & posthac (uolente eo, cuius nutu omnia
reguntur) annotaturus sum, rationem ostendam, En uobis,
studiosiss. adolescentes, eloquentissimum & castissimum
magistrum Fabium offero: de quo, quia (uno, quod aiunt,
ore) satis pro merito prædicari non potest, præstat omni
no tacere, quàm pauca dicere. Sed interim ne uos lateat,
quid in hac editione præstiterit typographus Gymnicus,
homo ut multo diligentissimus, sic ad bona studia promo
uenda propensus admodum. Primum precibus meis auto
rem istum typis mediocribus pressit: quòd minuti isti &
cedentes auscultationibus parum conueniant, & aciem
oculorum mirificè obtundant: grandiores uero magnitu-
dine sua difficilem usibus circumferentium faciant. Præ-
terea doctissimorum quorunq; castigationes & annota-
tiones adijciendas curauit: quod ego quoq; facile passus
sum, cum pleriq; docentium eiusmodi lectorem cælent:
quò uideantur, dum ista ipsi usurpant, apud ignaros do-
ctiores. ἀλλὰ ἤδη ἄλις προοιμίων. Valete. E
gymnasio nostro. Calendis Mart. Anno
M.D.XXXIIII.

M. FABII QVINTILIANI VITA.

MARCVS Fabius Quintilianus Romæ natus est, quibus Consulibus, aut quo imperãte Cæsare nõ legi. Verisima coniectura adducor, ut fidem libris temporũ non habeã, ubi legitur Quintilianus Calagura urbe Hispaniæ oriundus. Nam Marcus Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus cũ Hiberos memoria dignos suis Epigrãmatibus inserat, nullã de Quintiliano mentionem fecit, sed cum separatim cum ueneratione nominat:

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit cum esset adolescentulus, cognouisse Domitium Afrum & Senecam, qui ambo sub Nerone perierẽ. Seneca in libro sexto Diuisionum Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamationes acutæ & breues, stylo aliquantulũ remissiore. Is auus fuit M. Fabij Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetoricen cũ summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mentionẽ facit patris, qui causidicus fuit apud principẽ. Neq; notitia, neq; gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepotum cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimum testimoniũ C. Cælius affert. Qui sub tali præceptore tantum profecit, ut sui tẽporis oratores facile superauerit. Duxit uxorẽ ex nobili familia, ex qua liberos suscepit, quæ acerbissima fatorũ sorte in prima iuuentutis flore rapta fuit. Alterũ ex liberis, cum librũ de Cau

sis corruptæ eloquentiæ edidisset, amisit. Postea cũ Rheto rices libros scriberet, Quintilianum filium unicũ parẽtis lumen ac solatium rogo dedit. Testis et ipse infelix senex suarum lachrimarũ est. Eius filiola ex alia, ut credo, uxo re Tutilij equitis Romani filia genita, nupsit Nouio Celeri uiro claro. Quo tempore decesserit, affirmare non au deo, quoniam is qui tradit, fide caret.

IO. SICHARDVS LECTORI S.

POST multas, easq; nec indiligentes omnino M. Fabij Quintiliani editiones, cum & nobis eius edendi consilium subijsset, uisi sumus id rectißime & ueluti auspicato facturi, si non ut cæteri ferè nostra ætate omnes, ingenio, sed exemplaribus paulò uetustioribus freti hoc facere ingrederemur. Nec enim obscurum est, quantam maximis quibusq; autoribus cladem attulerit hoc emendationis genus, quo illotis quidã manibus ad autores quasi per ludum accedunt, pro libidine ut quidq; in mentẽ uenerit aut tollentes, aut ingerentes. Quæ res cum cæteris ferè omnibus, tum ipsi maxime Fabio obfuit, adeò, ut cõmemorare pigeat quàm subinde alijs atq; alijs mendis sciolorũ quorundam uitio ueluti uulneribus affectus sit, dum pro se quisq; hoc sibi sumit, ut in alieno libro ingeniosus uidea tur. Quo factum est, ut subditicijs quibusdam insertis, nõ modò præterita sint quæ ad rem faciebant, sed quod est multo grauißimum, cœperint interim in pretio esse &

usu, sub magni scilicet nominis umbra, quæ ab omni dicendi ratione longe lateq; abhorreant. Id quod fortasse alibi sit tolerabilius, sed ubi quicquid dixeris feceris ue in exemplum protinus abit, atq; deinde imitationem, ibi quamlibet paruus error etiam capitalis est. Nec accidit hic quod ferè aliâs, ut erratorum nos aliquando pudere posſit, sed placemus etiam nobis errore, dum exemplo quicquid eius rei est facere nos persuasum habemus. Hæc nobis causa fuit, humaniſsime lector, ut autorem longe eminentiſsimũ & dicendi grauitate, & acumine iudicij in manus sumeremus, nõ quidem hoc animo, ut spem cuiquam faceremus nihil, post nostrum laborem fore reliqui quod luce indigeat, quis enim hoc sibi niſi impudentiſsimus polliceri audeat? sed ut probaremus saltem studium nostrum in restituendis pro uirili nostra eiusmodi autoribus, quos sanè perpaucos temporum iniuria reliquos nobis fecit. Simul ut & his gratificaremur qui instãdi ut hoc ageremus nullum finem faciebant. Quorum quidem præcipuus fuit IOAN. ANTONINVS Cassouiensis, uir cum absoluta oĩm artium, quæ in summum uirum cadere possunt cognitione præditus, tum rei medicæ callentiſsimus, qui ex media ferè Polonia ad nos exẽplari uetere submisso sic pro amicitiæ nostræ iure apud me egit, ut tergiuersandi nullum relinqueret locum. Vt autem habeas, humaniſsime lector, cõsilij nostri rationem, quid in toto opere spectauerimus,

ita accipe. Initio curæ nobis fuit magnopere, ut ipsum dictionis filum usquequaq; sui simile esset, eamq; ob causam nihil ueriti quorundam iudicia mouimus loco quicquid uisum esset alicunde arrepsisse in contextum, id tamen uelim existimes factum duce exemplari, sine quo usqueadeò nihil putamus tentandum esse in ueterum monimentis, ut nec ullam pestem studijs ducamus maiorem. Deinde cum pleraq; uarie legerentur, marginibus curauimus adscribi ea quoq; quæ à sententiæ, ut uidebatur, proposito longissime recederent: non hoc agẽtes ut uulgata editione damnata obscura quædam sufficeremus quæ lectorem morarentur, sed quo à paulò acutioribus tanquam ex uestigijs posset erui syncerior lectio. Quod & auidius facturos nonnullos putabamus, quo minus nostrum iudicium interposuissemus. Nec uero inficias eo quædam etiamnũ restare, in quibus tibi nec iudicium nostrum, nec exemplar diligenter alioqui scriptum, sufficerit, ad quæ intelligenda Delio, ne quid aliud dicam, natatore sit opus. Sed cogitabis eiusmodi fuisse suscepti negotij rationem, cui uix ipse Fabius si iam renascatur fatis sit futurus, tantum sibi permisit quorundam petulantia in ea quæ non intellexit. Vale, & nos ama. Basileæ Mense Augusto, AN. M.D.XXIX.

EORVM QVAE PRAECI

PVA HABENTVR IN QVINTI-

liani Institutionibus, Elenchus.

Abdicationum duæ sunt formæ 441
abstemius unde dicatur 59
academici in utranq; partem disputant 735
accentuum in latinis nominibus ratio 41
accñ poëtæ laus 623
accusatoris officium 421
achillis clypeus qua pictura insignitus fuerit 135
actionis quæstio 444
Acumen præcipue ualet in altercatione 396
addicti qui dicantur 433
adolescentibus aliquando parcendum 673
aduocatus nonnunquam malæ causæ argumentum est 730
æmulatio profectum alit 22
ænigmata 512
æolicæ rationi sermo noster est similimus 54
æschinis laus 619
æschilus primus tragœdiam protulit 616
æsopi fabulæ 67
ætas nostra satis longa quibuslibet studijs 780. 781. & 782.
ætas quæ studijs maxime accommodata 11
affectuum diuisio, & quomodo sint mouendi 363
affectuum mouendorum ratio 358
afranñ laus 624
africani Iulñ uires in dicendo. 763
ager ab agendo dictus à quibusdam 55
aglaophon clarus pictor 761
agrippa unde dictus 34
albutñ laus. 129
alcæi laus 616
alcmenes statuarius clarus 762

allegoria omnibus seruit 512
Altercationis præcepta 393
ambiguitas uitanda 468
ambitio uirtutum plerunq; causa est 22
amicitiæ firmissimæ ineuntur in scholis 22
amictus qualis fuerit ueteribus 717
Amphibologia, & eius species 451
amplificationis species 489
antimetabole 569
analogia 49
analogia quæ sit 319
anastrophe 43. & 515
andronicus Hypocrita præceptor pronunciationis Demosthenis 690
animus humanus ueluti situm ducit ex umbratili uita 21.
animorum origo cœlestis creditur 9
an quid significet 45
antapodosis 486
anticategoria 419
antigoni imago ab Apelle picta 120
antimachi genus dicendi & laus 614
antipatris in carmine facilitas 655
antiphilus clarus pictor 762
antipophora 570
antitheton 568
antonius pronunciando multum potuit 690
antonij persona apud Ciceronem qualis 134
apelles pictor præstantissimus 762
apodixis 288
apollonius Molon præceptor Ciceronis 751
apollonij laus 614
apologi ab Aesopo nomen habent 316
apologia 571
apophasis 338
apostrophe 536
apte quomodo dicamus 658
arati poëtæ laus 614

archiæ in carmine facilitas 653
archilochi laus 613
argumentum quid significet 281
argumentorum tractatus 287. & 321
ariditas maxime uitanda in præceptore 94
aristoteles præceptor Alexandri Magni petitus à Philippo 13
Aristotelis libri ad Theodectem quales 114
aristotelis laus 620
aristophanes comicus 616
arrogantia magnos profectus perdidit 96
ars an natura plus eloquentiæ conferat 142
artis necessariam esse cognitionem 115
artis modus quis sit 118
artem decor comitetur 575
artium generalis diuisio 150
artorius Proculus 518
aruspex unde dicatur 59
asinij Pollionis laus 626
asiaticum genus dicendi 764
aspectus quis esse debeat dicentium 703
asinius Pollio & Ciceronem & Demosthenem in aliquibus damnat 752
assentio Sisenna primus dixit 38
assumptiua causa 417
atticissimus quis uerus sit 765. 766 & 767
athenis actores mouere affectus uetabantur 131
athenæus rhetoricen, artem fallendi dixit 127
atracini Varronis laus 621
atticus græce scripsit de rhetorica 154
attici non fuerunt admodum studiosi compositionis 602
Agustus Cæsar natus annos XII. auiam pro rostris laudauit 749
aut, quid significet. 450

B

BArbarismi uitium quale 39
bassi Aufidij laus 624
benevolentiæ captandæ ratio 217

bibaculi laus 623
Bipennis à pinna dicitur 30
brachia orantium qualia 706
brachylogia 562
breuitas quibus constet 205
breuitas quæ laudetur 240
bruti in dicendo grauitas 763
bruti oratio pro Milone 184
busyris laudatur à Polycrate. 134

C

CAcosyntheton 482
cacozelon Ibidem
cædendi mos in scholis improbatur 26
cælius reus de ui 669
cælij ingenium 626
cælij indoles in dicendo 763
cælij asperitas 635
Cæsar ante quæstoriam ætatem grauissimas causas egit 749
cæsaris Iulij dictio & laus 627
cæsaris uis 635
cæsaris de Analogia libri 62
cæsij Bassi laus 623
caiæ in nuptialibus sacris uocitatę 61
canopitarum exercitus apud Cicer. 38
caldum Augustus quàm calidum maluit 52
calliditatis suspicio fugienda 256
callidij subtilitas 763
callimachus princeps Elegiæ 615
calon statuarius 762
caluus quædam damnauit in Cicerone 732
calluus ante quæstoriam grauissima iudicia suscepit 749
calui in dicendo sanctitas 763
calui iudicium 635
canthus ferrum quo rotæ uinciuntur 37
caput præcipuum est in actione 703
capsis unde componatur 47
carbo C. etiam in tabernaculo solebat uti exercitatione dicendi 657

carij Oratores 701
carneades iniuſtitiam laudauit Romæ audiente Cenſorio Catone 735
caſſij Seueri laus 627
caſſij acerbitas in dicendo 763
caſſij Seueri ioci aſperi 376
catachreſis 509
catius Epicureus 618
Cato cum iuris tum dicendi peritiſſimus fuit 746
catullus Ciceronis liber 179
catulli laus 623
cauſas agendi quod tempus ſit idoneum 732
cauſarum genera quinque 223
cauſarum tria ſunt genera 359
chariſij orationes 617
chriarum genera 67
ceratinæ 69
cethegus Suadæ medulla dictus eſt ab Ennio 123
ceruix dicentium qualis ſit 705
cicero carpitur 588
cicero quando agere inceperit cauſas 750
cicero in Aſia Apollonium Molonem audiuit 751
cicero Bruto non uiſus eſt perfectus 732
cicero quare tam longa toga ſit uſus 718
cicero Xenophontis libros tranſtulit 644
cicero in rhetoricis ſecutus eſt Hermagoram 211
cicero aliquot editos libros ſuos ipſe damnauit 179
cicero arrogantia laborauit 662
cicero quæſtionibus infinitis ſe exercebat etiam tum cum princeps in republica eſſet 646
cicero quando legendus 103. & 104
cicero Platonis libros aliquot tranſtulit. 644
Ciceronis oratio cœpit caneſcere 665
ciceronis oratio pro Milone nobiliſſima omnium 698.
ciceronis carmina 664
ciceronis laus 625
ciceronis inſolentes quædam uoces 664

Ciceroni modus defuit captandi risus 371
cinna Smyrnam nouem annis scripsit 643
ciuilis scientia quæ 129
classes institutæ in scholis 22
clausula quæ sit 498
clitarchi historici laus 618
cluentij causa quomodo tractata à Cicerone 137
cœlibes quasi cœlites dicti sunt 55
cœnismus 482
cogitationis fructus 649
collum orantis 705
comœdiæ antiquæ laus 616
comœdiæ maxime eloquentiæ conferunt, earumque laudes 64
communicatio quæ dicatur 532
compositio in oratione est quod in poëmate uersificatio 596
compositionis ratio 573
compositiones nominum 47
conclusionis siue perorationis uirtutes 351
coniectura à coniectu dicitur 172
coniectura de quibus rebus sit 415
consilium quid sit 398
consistere in secundis tertijsq; nonnunquam satis est 782
constitutio quibus rebus fiat 436
consulere quid olim significauerit 54
consuetudo quid possit in ratione loquendi 49. & 57
copia uerborum quomodo paranda 603
corax antiquissimus rhetoricæ artis scriptor 152
cornelius Rufinus factus consul à fabritio 737
cornelij Seueri laus 621
cornelij Celsi consilium in scribendo 628
cornelij causa à Cicerone perorata 478
cornelia mater Gracchorum eloquentiæ multum contulit filijs 10
cornua in R.o. exercitu quid agant 71
crassus diues quinque græci sermonis differentias optime tenuit 689

crassi pronunciatio 690
crassi uox erga Philippum 666
crates pædagogum percussit, cum indoctum puerum uideret 67
cratinus comicus 616
credibilium genera tria sunt 289
crispi agilitas in dicendo 763
criticorum officium 28
crocodilinæ 69
cupidinis arma 98
cum, uarie apud ueteres scriptum 58
cyrus omnium militum tenuit nomina. 689

D

Decebit aliud alios 667. & 668
declamandi ratio & utilitas 111
declamatoribus quid sit obseruandum 202
declamationum utilitas 647
declinationum ratio præ omnibus constare debet puero 34
decori obseruatio 660. & 661
deliberatiuum genus remotũ sit ab omni affectatione 204
deliberatiui siue suasorij generis ratio 192
deliberatiua causa concionalis dicitur 160
demetrius Phalareus uersicolori ueste usus 610
demetrij Phalarei laus 619
demonstratiuum genus quale, & quibus constet 187
demonstratiuum genus causæ 159
demonstratiui generis numeri 599
demosthenes admodũ puer pupillares actiones habuit 749
demosthenes lex orandi 618
demosthenes ρ litera laborauit 78
Demosthenes spondeis plurimum est usus 592
Demosthenes non uidetur satis perfectus ipsi Ciceroni 732
Demosthenes in littore meditans consuescebat ferre concionum fluctus 642
Demosthenes nunquam uidetur Ciceroni dormitare 608
demosthenis de pronunciatione iudicium 690
demosthenis uis 615

demosthenes actionem componebat ad grande speculum 703
deprecatio ubi locum habeat 329
deprecationem quidam negant uspiam in iudicium uenire 439
deteriora pertinacius hærent 10
dis unde dicatur 55
dialogi 534
dialectica disputatrix dicta 740
dialectica compressæ manui similis est 145
diallage 550. & 561
dicere & facere sciat præceptor 92
dicacitas scurrilis absit à iocis 376
dicendi multa genera 761
dicendi maximum uitium à uulgari ratione discedere 463
dicendi ratio quibus contineatur 161
didymus plurima scripsit 66
Diæresis 39
dinosis 488
disci possunt multa eodem tempore 81
discipuli contulerunt seueriſſimis quibusq; præceptoribus aliquid ad uictum 753
discipulorum officium 111
discobolus Myronis 120
dispositionis uirtus 401
dissimile quibus modis fiat 315
distinguendæ orationis uirtus 697
diuinatio in iudicijs quę dicatur 208
diuisio 105
diuitiæ morum experimenta exhibent 189
docilitas quomodo concilietur 222
domitius Afer multum amisit circa eloquentiam autoritatis 778
domitij Afri ingenium 617
domitij Afri ioci lenes 376
domitij Afri libri de testibus 276
domitij Afri in dicendo maturitas 763
dualis numerus apud Latinos 47

duapondo cuiuſmodi uerbum 38

E

E Literæ ſonus 580
ediſcendum quatenus ſit 106
egeſias clarus ſtatuarius 762
egreſſionis ratio, & modus 258
elementa decem Ariſtotelis 170
elementa prima quemadmodum docenda ſint 9
eliminat uerbum 476
ellipſis 43
elocutionis, ſiue phraſis ratio 464
eloquentia cupit eſſe ſpecioſa & locuples 346
eloquentiæ genus aliud alios decet 666
eloquentiæ maxima pars animo conſtat 23
emendationis modus 643
emendationis ſeueritas atterit ingenia puerilia 95
empedocles carmine philoſophiam eſt complexus 28
emphaſis inter figuras eſt 542
emphaſis in uulgaribus uerbis 487
energia 482
ennius ſuauiloquenti ore dicit Cethegum fuiſſe 695
ennij laus 621
enthymema rhetoricus eſt ſyllogiſmus 75
epanalepſis 480
ephori hiſtorici laus 618
epichirema quid ſit 287
epichirema quibus conſtet, & quomodo refellatur 339
epicurus diſciplinas omnes fugit 136
epitheton figura potius eſt quàm tropus 518
epitheta 510. & 519
epiphonema quod dicatur 497
eriphilus Rhodius ad uerbum retulit in agendo quæ cogitauerat 650
eſſentia Plauti 122
ethica tota eſt oratoris 738
ethopœia 540
ethos 375
etymologia 53

euidentiam quidam narrationi subijciunt 244
euphoniæ quanta cura esse debeat 36
euphorionis laus 614
euphranor pictor clarus 762
eurípidis laus 616
eupolis comicus Ibidem
eurhythmia necessaria oratori 73
ex præpositio quam in compositione uim habeat 58
exclamatio 533
exempla quid possunt in oratione, & quo modo tractẽtur ab oratore 312
exercitationes quales fuerint ueteribus studiosis eloquentiæ 86
exercitationes primæ apud rhetorem quales sint 92
expectorat uerbum uetus 476
exordiũ rhetorici ratio & usus 216
exordiorum uitia 229
extemporalis facundia quomodo paretur 653

F

FAcetum quid dicatur 374
fama quomodo tractetur ab oratore 272
fauces quales esse debeant oratori 625
fidutiam præ se ferat orator 337
figuræ quæ sint 520
figuræ uerborum 551
figuræ à tropis quid differant 518
figuratæ controuersiæ quæ dicantur 521
finitio quando locum habeat, & quomodo tractetur, quibúsque constet 427
finitioni quæ sint necessaria 297
finitæ causæ 167
firmamentum causæ quod sit 210
frugi unde quis dicatur 54
funebres conciones quales sint 719

G

GAlbæ ioci lasciui 376
galli laus 622
geminatio uerborum quam uim habeat 525

geometria oratori necessaria 74
germanici Cæsaris laus 621
gestus institutio & ratio cuiusmodi 77
gorgiæ Leontini longissima ætas 352
gladiatorum secundæ manus 338
glossemata quid significant 65
gracchus in deflenda matre concitauit totius populi Roma. lachrymas 690
gracchi fistula præcentrix 73
graculi unde dicti sint 55
gradatio 562
græca eloquentia quibus rebus sit dulcior 767
græca præcedere debent latina 11
grammatica Musicæ subiecta est 71
grammaticæ officium, & diuisio 27
grammatici officium 66
grammatico opus est plurium artium cognitio 68
gurdus Hispanicum nomen est 46

H

H Litera cuiusmodi sit 39
hebetiores perinde sunt ut monstrosi 9
here dictum pro heri ætate Quint. 61
herodotus cuiusmodi autor, & qualis eius compositio 576
herodoti laus 618
hesiodus primus autor apologorum 316
hesiodi laus 614
hexametri finis male claudit orationem. 588
historia alit orationem tanquam succo, & eius usus 609
historiæ multi præclari scriptores 618
historiæ græcæ fabulis sunt similes 96
historiarum enarratio quomodo utilis sit pueris 66
historiarum cognitio necessaria est oratori 747
historici quomodo legendi 101
hippocrates quosdam errores suos ipse prodidit 178
homerus uidetur nonnunquam dormitare Horatio 608
homerus auspicium faciat pueris in scholis 63
homerus primus legatur 612
homeri principia 222

homœologia 486
homeoproton 568
hominis laus cuiusmodi 118
hominum officium quod sit 9
horatius in quibusdam non est interpretandus 64
horatij laus 622
hortensius in agendo ad uerbum retulit quod cogitauerat 650
hortensij pronunciatio 690
hortensij filiæ oratio apud centumuiros habita 10
humeri quales sint dicentium 706
hyperbole 515
hyperbaton figura est potius q̃ tropus 43. & 514. & 518
hyperidis laus 619
hypotheses 265
hypotyposis 537

I

Literæ sonus 580
Iambicum carmen à Romanis non admodum celebratum fuit 628
imitatio arti subiecta est 162
imitatio transit in mores 78
imitatio 630
infantia quædam est etiam studijs 12
infinitæ causæ quæ 163
ingenia puerorum quomodo cognoscantur 24
ingeniosiores quare ineruditi habeantur 116
insinuatione quando utendum 224
iocus quid sit 375
iocus inhumanus est aduersus miseros 377
ironia 537
isocratis iucunditas 625
isocratis Panegyricus decem annis elaboratus 643
isocratis laus 619
isocratis schola principes eloquentiæ dedit 765
isocolon 568
iudicium consuetudini necessarium est 57
iudicium inuentioni subijcitur 156

Iudicium quid sit 398
Iudicialium controuersiarum genera 207
Iudicatio quæ dicatur 709
Iugeri mensura 76
Iulius Florus in Gallijs eloquentiam docuit 638
Iulij Africani laus 627
Iulij secundi laus Ibidem
Iunctura quibus constet 579
Iunij Bassi ioci contumeliosi 376
Ius triplex est 99
Iuris ciuilis scientia necessaria oratori 744
Iusiurandum 273
Iustum duabus rebus absoluitur 436

L

Labia dicentium quid agant 765
Lacedæmonij saltationem quandam tanquam ab bella utilem habuerunt inter exercitationes 80
Lacedæmonij eloquentiam urbe epulerunt 131
Lacedæmoniorum exercitus inflammatur musicis modis ad prælium 71
Lachrymæ citissime inarescunt 357
Lælius filiam suam eloquentia imbuit 10
Lanas Tarento uehere non licet 450
Latera cum gestu consentiant 713
Laus discendi studium excitat 654
Laudandæ rei cuiusq; ratio 388
Lectio pueri qualis sit 63
Legendi qui primi sint 104
Legum potestas 445
Legum contrariarum tractatio 148
Legum laus magnas eloquentiæ uires desiderat 99
Legum ferendarum institutum apud Græcos & Latinos Ibidem
Lentulus opinionem eloquentiæ consecutus est pronunciatione sola 690
Leonides Alexandrum quibusdam uitijs imbuit 10
Libertini ex seruis fiunt 298

licinñ in carmine facilitas 655
linus muſicus & eius laus 70
literarum poteſtas 29
literarum uſum Plato obſtare memoriæ dixit 680
liuñ iudicium de his qui legendi ſunt 611
liuius pueris magis prodeſt, quàm Salluſtius 104
liuius hexametri exordio orſus eſt librum ſuum 588
liuñ Patauini laus 624
liuñ lactea ubertas 610
loci argumentorum 290
loci artificioſæ memoriæ quales ſint 682
lodex maſculino genere uſurpata à Pollione 57
logodædali 152
lucani laus 621
lucilius reprehenditur 50
lucilñ laus 622
lucretñ poëtæ laus 620
lucullus Ciceronis liber 179
ludus unde dicatur 55
lupercalia unde dicta ſint 47
luſus in pueris alacritatis ſignum eſt 25
lycñ oratores. 701
lycurgus muſicam probauit legibus 71
lyra circunlata in cœnis 72
lyſiæ laus 619
lyſiæ oratio oblata Socrati 128
lyſippus clarus ſtatuarius 763

M

Macrologia 481
malorum accuſationes interſunt Reipublicæ 751
manus dicentium quid agant 706
manus cum ſenſu incipiunt & deſinunt 710
mappa Punicum nomen eſt 46
marcipores unde dicti ſint 35
maſtruga Sardum nomen 37
mater quando contra filium ſtare poſſit 671
mehe pro me ueteres dixerunt 40
melanthius clarus pictor 762

melos quid sit 72
memoria, & quibus rebus paretur 678
memoria præcipuum signum est ingenij 24
menander posterorum iudicia æquiora est adsecutus quàm uiuentium 19
menandri laus 617
mendax memor sit 250
mendacium dicit aliquando bonus uir 735
mentis humanæ natura & conditio 662
mentum orantis 706
messalæ ingenium 626
messalæ in dicendo dignitas 763
messalæ liber de literis 61. & 62
merabole 559
metalepsis 509
metaphora 505
metastasis 537
metonymia 560
metrodorus in agendo ad uerbum retulit quæ cogitauerat 650
metrum quid sit 72
metus nonnunquam adhibendus & amouendus pro causæ ratione 220
metus in peroratione habet plus q̃ in proœmio loci 354
milonis consilium in uitulo ferendo 67
mimesis 540
minerua Athenis à Phidia fabrefacta. 762
miosis uitanda 480
mithridates XXII linguas calluit 688
modestia plurimum autoritatis & fidei patrono conciliat 759
molli articulo tractare 673
monosyllaba plura male continuantur. 581
morum curam oportere esse oratoribus præcipuam 737
mundum Pythagoras compositum esse dixit harmonica ratione 70
musica, & eius laudes Ibidem
myron statuarius 762

N

NAres quales dicentium sint 705
narratio quid sit 237
narrationis ratio & modus. 231
narrationum tres sunt species 93
negandi duplex forma est 328
ne, quid significet 45
nescire aliqua inter uirtutes est grammatici 66
nicostratus luctando, pugnando q; uictor 110
noëma 497
nomina propria in o 46
non à ne aliud significat 45
nothus qui dicatur 185
numero quædam ualent 329
nutrices Chrysippus optimas iubet legi 9
nutricum cantilenæ 74

O

OBscœnitas omnis fugienda 377
obscuritas quibus rebus fiat 467
oculorum gestus in actione 704
olympius Iupiter factus à Phidia 763
onomatopœia 508
opiter unde dicatur 34
oratio mores profert 665
oratio quibus constet 459
oratio regina rerum dicitur à Sophocle 84
orationis uirtutes & uitia quæ 36
orationis partes 33
orator quid obseruet in suscipiendis causis 751. & 753. & 757
orator non est nisi uir bonus 728
orator uerus cuiusmodi esse debeat 7
oratoris officium 459
oratoris instrumenta quæ sint 747
oratores quomodo legendi 101
oratorum ueterum præcipui 618
ordo tribus momentis constat 301
ornatus 470
orpheus saxa lyra duxit 79

orthoepia 41
orthographia 58
os oratoris quale sit 699
ouidij laus 621
ouidij Metamorphosis qualis sit 231

P

PAcuuij laus 623
pædagogi quales esse debeant 10
pamphilus pictor 762
palæmon ætate Quintiliani fuit 33
panegyrici plus cultus admittunt 113
panyasis laus 614
parabola 316
parœmia 513
paradiastole 565
paradiegesis 551
paradoxum 533
parentes quales esse oporteat 10
parenthesis 556
paricidas quos uocemus 509
paronomasia 565
parrhasius clarus pictor lineas subtilissime examinauit 761
partes orationis quod sint numeratæ 33
partitio quæ sit apud rhetores 263
patauinitatem Pollio reprehendit in Liuio 46. & 465
pathos 365
Patroni & accusatoris distantia 326
Pauli L. oratio de lunæ defectione 77
pedum suppositio frequens inepta est 713
pedonis laus 621
pepigi uerbum defenditur à Fabio 50
peregrini murum ascendentes multantur morte 262
pericles obscuratione solis territos Athenienses liberauit metu 77
pericles optabat ne sibi ullum uerbum in os ueniret quo populus offenderetur 759
Periodi nomina multa 598
periphrasis figura 514. & 519

periphrasis figura est potius quàm tropus 518
perissologia 514.
persñ laus 622
personis quæ accidant 291
perspicuitas summa orationis uirtus est 64.92.& 465
petoritum Gallicum est nomen 46
phantasiæ tractatio 369
Phidias statuarius, & eius opera 762
Phidias Iouem expoliuit 91
Philetas elegiographus 615
Philemon comicus 618
philisti historici laus Ibidem
philosophiæ cognitio necessaria oratori est 741.& 742
phrygio excitamur 74
pictores clari 761
pilarñ in scenis 653
pindarus Lyricorum princeps 615
pituita quia petat uitam 55
plancus Stoicus 628
Plato Pythagoreos & Aegypti sacerdotes discendi gratia adiit 84
platonis copia 625
platonis laus 619
Platonis dialogi. 280
plautus, & eius laus 623
pleonasmus 491.& 561
plinñ Secundi error de toga Cic. 718
pectus difertos facit 654
poëtæ non per omnia sunt oratori sequendi 609
poëtarum lectio quid conferat Ibidem
pollio ieiunus fuit 633
pollio ante quæstoriam ætatem grauissimas causas egit 749
pollionis diligentia 635
polycletus statuarius 762
polygnotus clarus pictor 761
pomponñ Secundi laus 623
portius Latro primus clari nominis professor fuit 647
præceptor quidam in Liuio docebat obscurare discipulos.

quæ dicerent 469
præceptoris uirtus maxima est, ut discrimina ingeniorũ noꝛtet 108
præceptoris uultus contuendus à discentibus 89
præceptore an protinus optimo utendum sit 90
præceptores temperare uires suas ad intellectum discentium debent 23
præceptores latini cœperunt temporibus L. Crassi 101
præceptorum officium & mores 87
præcocia ingenia cuiusmodi 25
præiudicia quomodo tractentur 271
præmiorum tractatio 439
Pragmatici apud Oratores 745
Praxiteles clarus statuarius 763
probationes artificiales 282
probationes inartificiales apud rhetores quæ dicantur 269
probationes patheticæ 323
probationum quadruplex ratio est 283
profectus diligentia constat 107
pronunciatio prima qualis sit 77
pronunciatio ornata quæ 697
pronunciatio tria præstare debet 720
pronunciationis quantum sit momentum 689
procœmium unde dicatur, & eius usus 216
propertij laus 622
propositionis usus in oratione 261
propositione aliquando aduersarij utendum 263
proprium quod dicatur 298
propria uerba quæ dicantur 48
prosonomasia 565
prosopopœiæ 192. & 514
protogenes pictor quibus rebus excelluerit in pictura 762
prouerbia uim nonnunquam habent iocorum 390
pudor ad dicendum stimulos addit 654
pueri instituendi secundum naturam 107
puerorum natura laboris est patientior 83
pueris eloquentiæ studiosis quæ sint maxime uitia uitanda 104

pueris non est acerbe instandum 32
Pyrrhichius pes cuiusmodi 601
Pythagoras primus philosophum se dixit 731
Pythagoræ delatum: Ipse dixit 664
Pyxides quas appellemus 509

Q

Quæstio quid sit 209
quæstio omnis aut in re aut persona est 283
quæstionum species 459
quæstus nulla iustior ratio quàm ex officio præceptoris 753
qualitas 435
quantitas 443
quasi dixit Liuius non quasi 61
quintilianus præceptor nepotum Domitiani fuit 215
quintiliani consilium in toto libro 8
quintiliani liber de causis corruptæ eloquentiæ 348
quintiliani liberi mortui superstite patre 349

R

Rabirii laus 921
ratio quæ sit 209
rebus accidentia quæ sint 293
refutatio quæ sit, & ubi locum habeat 326
rerum publicarum tres sunt formæ 299
rheda gallicum est nomen 46
rhetoricæ initium 155
rhetorica an sit uirtus 143
rhetorica ad quid sit utilis 130
rhetorica explicitæ manui est similis ex sententia Zenonis 145
rhetorice an sit ars 133
rhetorice quid sit, & eius finis 133
rhetorices materia quæ sit 146
rhetorice quemadmodum uerti latine non possit 121
rhetoricæ artis scriptores qui fuerint 150
rhetoricæ quinq; partes sunt 156
rhetoricam quidam naturalem crediderunt 134

rhetoris instrumenta 149
rhetori quando tradendus sit puer 85
rhodium dicendi genus 765
rhythmus quid sit 72
risus captatio quando fieri debeat 371
romanis summum crimen luxuria fuit 191
rumor quomodo tractandus sit à rhetore 272
rutilij P. exilium sub Sylla 661

S

SAleij Bassi laus 621
saltatio Lacedæmoniorum quare instituta 80
sallustius Thucydidi conferendus 624
sallustij proœmia 194
sallustiana breuitas pueris non conuenit 610
salsum quid dicatur 374
sarcasmus 513
scabellum à scamno ducitur 30
scæuolæ eloquentia 746
schemata 45
scipio primus ex uortice fecit uerticem 61
scribendum quidq; ut sonuerit 62
scribendi quis sit modus 636
scribendi bene studium non est contemnendum 14
scripti & uoluntatis status 445
secundi elegantia 763
senecæ genus dicendi, & Quintiliani de eo iudicium 628
senecæ copia in dicendo 763
sententiarum genera 495
sententiarum ornamenta 526
sententiarum quæ sint figuræ 528
septimij libri obseruationum 219
seriorum tria genera 392
sermo quibus constet 49
seruij Sulpitij laus 627
seruilij Nouiani laus 624
sidonij in carmine felicitas 655
signa quomodo tractentur in probatione artificiali 284
similitudines quomodo eludantur 331

similitudines repertæ ad inferendam rebus lucem 485
Simonides inuentor memoratiuæ artis 680
simonidis laus 616
simulatio prodit se aliquando 735
socrates noluit uti oratione Lysiæ 661
socrates senex lyræ studuit 71
socratis persona in Platone cuiusmodi 128
socrati contulerunt discipuli ad uictum 753
socraticorum mos 730
solœcismus 48
solitaurilia unde sint dicta 47
sophoclis laus 616
sophron Mimorum scriptor quanti à Platone sit habitus 71
sotadei amouendi sunt 64
spiritus orantis qualis sit 695
status qui,& quot sint 172
status quot,& unde ducatur 165.168
status eius qui dicturus est 703.704.705.& 706
statuum inter se cognatio & diuersitas 454
statuarij clari 762.& 763
stellam à stilla quidam deducunt 55
stesichori laus 615
studia quæ post finem tractanda 777
stylus dicendi magister est 636
stylus qualis esse debeat 636. & 637
suadenti seu dissuadenti quæ sint spectanda 195
suadendi partes quæ sint 196
sulpitius transtulit carmina in prosam,& hoc unum genus exercitationis habuit 644
sulpitius Longus fœdissimus 377
sulpitij acumen in dicendo 763
sybaritæ frugalitatem oderunt 191
syllogismorum ratio 450
sylua quæ uocetur scriptorum 639
synalœphe quæ dicatur 39.& 580
synathræsmus 494
synæresis 39

Tabularum ratio quomodo tractanda ab oratore 273
tautologia 480
terentij laus 623
terentij Varronis laus 622
testes quomodo refellendi sint 274
themistocles intra annum unum optime Persice locutus est 688
themistocles abiecta lyra est habitus indoctior 72
theocriti laus 614
theodectes quamlibet multos uersus continuo reddere memoria fretus potuit. 689
theophrastus notatur ab anicula 465
theophrasti laus 620
theon Samius clarus pictor 762
theopompi laus 618
theopompi Lacedæmonij factum 137
theses 163
thucydides bellicum canere uidetur Ciceroni 610
thucydidis laus 618
tibiæ orantis quales sint 693
tibulli laus 622
timagines musicam antiquissimam dixit 70
timaginis hystorici laus 618
timantis tabula qua Iphigeniam depinxit 120
timotheus musicus duplicem mercedem exigebat ab his quos alius instituisset 90
tincæ Placentini barbarismi 38
tiro libertus Ciceronis tres libros de Iocis scriptos reliqt 372
toga ad calceos dimissa est antiquitus 717
toga qualis sit dicentium 718
tonorum uel accentuum obseruatio 40
topica à Cic. quo consilio scripta 212
topographia 537
tormenta quomodo tractentur à rhetoribus 272
trachalus eminentissimus sui temporis orator 748
trachali sonus in dicendo 763
trachalli laus 627
translationis usus 476

translationi quæ sint necessaria 319
translatione quando utamur 328
translata quæ dicantur uerba 48
tricola 567
tropus quid sit 502. & 518
tropus continuus in allegoriam & ænigma exit 505
tropi à figuris quid differant 518
tubæ in Ro exercitu quid agant 71
tumultus quid sit 433
tyrtæum Horat. Homero subiungit 615

V

VAlerij Flacci laus 628
ualesij & Fusij, qui nunc Valerij & Furij uareni laus 30 628
uari poëtæ laus 623
uentilatores in scenis 653
uenus armata apud Lacedæmon. 98
uenustum quid dicatur 374
uerbis quædam sunt eleuanda 247
uerbis cuiusmodi utendum 56
uerbalia quæ 35
uergilius primo legendus à pueris 63
uergilius pauciss. uersus die composuit 637
uergilij principia 222
uergilij laus 620
uerginius ætate Fabij 154
uertere græca conducit plurimum ad comparandam eloquentiam 644
uibius Crispus 337
uibij Crispi dictio & laus 627
uisellius scriptor 350
ulysses orantis status apud Hom. 720
uitæ anteactæ crimina quomodo tractanda sint 404
uitia quæ circa gestum accidunt 712
uitia quædam puerorum ferenda sunt 93
uopiscus unde dicatur 35
uox præceptoris ut sol est 21
uox qualis sit oratori 692

uocis diuiſio 73
uox uiua plenius alit 89
uocalium concurſus hiantem facit orationem 579
urbanus quis dicendus ſit 391
urbanitas quid ſignificet 374
uultus orantium qualis ſit 703

X

Xenophontis ore Muſæ locutæ ſunt 610
Xenophontis laus 620

Z

Zeuſis pictor clarus 762

FINIS.

M. FABIVS QVINTILIANVS TRYPHONI BIBLIOPOLAE SALVTEM.

FFLAGITASTI quotidiano conuicio, ut libros, quos ad Marcellum meum de Institutione oratoria scripseram, iam emittere incipe rem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus compo nendis, ut scis, paulo plus quàm biennium, tot alioqui negotijs districtus impendi: Quod tempus non tam stylo, quàm inquisitioni instituti operis propè infiniti, & legendis autoribus, qui sunt innumerabiles, datũ est. +Vsus deinde Horatij consilio, qui in Arte Poëtica suadet, ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum, dabam his otium, ut refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanq; lector perpenderem. Sed si tantopere efflagitantur, quàm tu affirmas, permittamus uelauentis, et auram bene soluentibus precemur. Multum autem in tua quoq; fide ac diligentia positum est, ut in manus hominum quamemendatissimi ueniant.

+Aliâs sic: Deinde Horatij, quam lectiõem uir exacti iudicij Petrus Mosellanus approbat.

Et auram.) Pontanus, à cuius autoritate & iudicio diuersum sentire nefas ueluti est pro auram oram, & legit, & interpretat, usus ad hoc testimonio Liuiano li. 28. in eo libello quem de Aspiratione cõscripsit, quem secutus etiam author dictionarij, quod Copiæ cornu appellant, inter exponẽdum idem adserit. Sunt & alij quoq; qbus hoc defendere placuit. Et quanq; fortassis magis applaudat auram, tamen ob huiusce modi uirorũ authoritatem & consensum, rem in dubio

relinquamus, præsertim cum ex hac re dignitas scripti & authoris non imminuatur. Mosellanus, modo sint illius quæ in hunc autorem sub illius titulo feruntur annotata, auram magis probat. Camerarius utriusque linguę peritia clarus oram mauult. Quid enim (inquit) auram significet? neq; ẽm bene precemur hic astruere liceat, maxime cum in quarto huius autoris libro similiter legatur magno consensu exemplorum: Nauim conspexi quanti ueheret interrogaui, de precio conuenit, conscendi sublatæ sunt anchoræ, soluimus oram, profecti sumus. Est autem ora, ut ait Pontanus funis nauticus, quo naues ligantur in portu.

M. FABII QVINTILIANI IN ORATORIAE institutionis librum primũ, ad Marcellum Victorium, Proœmium.

(+)

POST impetratam studijs meis quietem, quam per uiginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cum à me quidam familiariter postularent, ut aliquid de ratione dicendi componerem, diu sum equidem reluctatus, quod autores utriusque linguæ clarißimos non ignorabam multa, quæ ad hoc opus pertinerent, diligentißime scripta posteris reliquisse. Sed quã ego ex cauſa faciliorem mihi ueniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis, quod inter diuersas opiniones priorum, & quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio: ut mihi si non inueniendi noua, at certe iudicandi de ueteribus, iniungere laborem non iniuste uiderentur. Quamuis autem non tam me uinceret præstandi quod exigebatur fiducia, q̃ negandi uerecundia, latius se tamen aperiente materia, plus quàm imponebatur oneris, sponte suscepi: simul ut pleniori obsequio demererer amantißimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demũ uestigijs insisterem. Nam cæteri ferè, qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt

Reddit rationem editionis. Romę docuit Fabius ubi defunctis munere docendi XX annos ociũ à professiõe legibus posthea scriptis dabatur.

exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ summam eloquentiæ manum imponerent: siue contemnentes tanquam parua quæ prius discimus studia, siue non ad suum pertinere officium opinati, quãdo †diuisæ professionum uic.) ut exẽpli gratia Grammaticæs & Rhetorices. num uices essent: seu, quod proximum uero, nullam ingenij sperantes gratiam circa res, etiamsi necessarias, procul tamen ab ostentatione positas, ut operum fastigia spectantur, latent fundamenta. Ego cum nihil existimem arti oratoriæ alienum, sine quo Oratorẽ non posse fieri fatendum est, nec ad ullius rei summam, nisi præcedentibus initijs peruenire ad minora illa, sed quæ si negligas, non sit maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter quàm si mihi tradatur educandus Orator, studia eius formare ab infantia incipiam. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, non propter hæc modò, quanquam sunt magna, dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus, sed qđ erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifestum iter ad ingenij lumen ostendit, non inutiles †fore libri uidebantur, quos ab ipsis dicendi uelut incunabulis, per omnes, quæ modo aliquid Oratori futuro conferant, artes, ad summam eius operis perducere destinabamus. Atque eo magis, quod duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neque editi à me, neque in hoc comparati. Nanque alterum sermone per biduum habito, pueri, quibus id præstabatur, exceperãt: Alterum quibus sanè diebus, quantum notando consequi potuerant, interce-

Translatio ab operę perfectione.

†ferè Ingen. Iu.) Eloquentiã. Cicc. in Bruto. Vt em̃ hominis decus ingeniũ sic ingenij ipsius lumẽ est eloquentia.

ptum, boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore uulgauerant. Quare in his quoq; libris erunt eadē aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia uero compositiora, & quàm nos poterimus elaborata. Oratorem autem instituimus illum perfectum, qui esse nisi uir bonus non potest. Itaq; non dicendi modò eximiam in eo facultatem, sed omnes animi uirtutes exigimus. Neque hoc concesserim, rationem rectæ honestæq; uitæ (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegādam, cum uir ille uere ciuilis, & publicarum priuatarumq; rerum administrationi accommodatus, qui regere consilijs urbes, fundare legibus, emendare iudicijs possit, non alius sit profecto quàm orator. Quare tametsi me fateor usurum quibusdam, quæ philosophorum libris continentur, tamē ea iurè uereq; contenderim esse operis nostri, proprieq; ad artem oratoriam pertinere. An si frequentissime de iustitia, fortitudine, temperantia, cæterisq; similibus sit disserendum, & adeò, ut uix ulla possit causa reperiri, in quam non aliqua quæstio ex his incidat, eaq; omnia inuentione, atq; elocutione sint explicanda, dubitabitur ubicunq; uis ingenij, & copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas? Fuerunt q; hæc, ut Cicero apertissime colligit, quemadmodum iuncta natura, sic officio quoq; copulata, ut ijdē sapientes atq; eloquentes haberentur. Scidit deinde se studiū, atq; inertia factū est, ut artes esse plures † uiderentur. Nam ut primum lingua esse cœpit in quæstu, institutumq; eloquentiæ bonis male uti, curā morū qui diserti habebantur, reliquerunt:

Lib. 3. de Oratore.

† iudicarēt.

Ea uero destituta, infirmioribus ingenijs uelut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad formandos animos, instituendasq; uitæ leges regressi, partem quidem potiorẽ, si diuidi posset, retinuerunt, nomen tamẽ sibi insolentissimum arrogauerũt, ut soli sapientiæ studiosi uocarentur. Quod neq; summi Imperatores, neque in consilijs rerum maximarum, ac totius administratione Reipub. præclarissime uersati, sibi unquam uendicare sunt ausi: facere enim optima quàm promittere maluerunt. Ac ueterum quidem sapientiæ professorum multos & honesta præcepisse, et ut præceperunt etiam uixisse facile concesserim, nostris uero temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque uitia latuerunt. Non enim uirtute ac studijs ut haberentur philosophi laborabant, sed uultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant. Hæc autem quæ uelut propria philosophiæ asserũtur, passim tractamus omnes. Quis enim non de iusto, æquo ac bono, modo non & uir pessimus loquitur? Quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quærit? Nam uerborum proprietas ac differentia, omnibus qui sermonẽ curæ habent, debet esse communis. Sed ea & sciet optime, et eloquetur Orator: qui si fuisset aliquando perfectus, non à philosophorũ scholis uirtutis præcepta peterentur. Nũc necesse est ad eos aliquando autores recurrere, qui deserta ut dixi, parte oratoriæ artis, meliorẽ præsertim occupauerunt, & ueluti nostrũ reposcere, non ut nos illorum utamur inuentis, sed ut illos alienis usos esse docea-

Philosophos inquit qui nostro tẽpore perhiberi se uolunt, non studijs sed specie laborant esse. Philosophiæ autem studia cum sint uitæ ac morũ præcepta, hoc est officia continent, & tradãt quãdam tertitudinẽ

mus. Sit igitur orator uir talis, qualis uere sapiens appellari posſit, nec moribus modò perfectus (nam id mea quidem opinione, quanq̃ sint qui dissentiant, satis non est) sed etiam scientia & omni facultate dicẽdi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summam tendendum est, quod fecerunt plerique ueterum, qui etsi nondum quenq̃ sapientem repertum putabant, præcepta tamen sapientiæ tradiderunt. Nam est certe aliqd consummata eloquentia, neq; ad id peruenire natura humani ingenij prohibet: quod si non cõtingat, altius tamẽ ibunt, qui ad summam nitentur, q̃ qui præsumpta desperatione quo uelint euadendi, protinus circa ima substiterint. Quo magis impetranda erit uenia, si ne minora quidem illa, uerum operi quod instituimus necessaria prætaribo. Nam liber primus ea quæ sunt ante officium rhetoris continebit. Secundo, prima apud rhetorem elementa, & quæ de ipsa rhetoricæ substantia quæruntur, tractabimus. Quinq; deinceps inuentioni, nam & huic dispositio subiungitur. Quatuor elocutioni, in cuius partem memoria ac pronunciatio ueniunt, dabuntur. Vnus accedet, in quo nobis orator ipse informandus est, ut qui mores eius, quæ in suscipiendis, discendis, agendis causis ratio, quod eloquentiæ genus, quis agendi debeat esse finis, quæ post finem studia, quãtum nostra ualebit infirmitas, dissemus. His omnibus admiscebitur, ut quisq; locus postulabit dicendi ratio, quæ non eorũ modò scientia, quibus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat, & (ut sic dixerim) iuis ipsum rhetorices interpretetur.

sermonis, qs illa nũc non usurpat? At qui nemo uere poterit ni si orator. De hac uero q̃si degeneratione philosophiæ à ꝟtute & cõstantia deficiẽtiũ grauissime q̃ritur Cicero in 2. Thuscu lan.

sed alere facũdiam, uires augere eloquentiæ possit. Nam plerunq; nudæ illæ artes, nimia subtilitatis affectatione frangunt atq; concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenij bibunt, & ossa detegunt: quæ ut esse & astringi neruis suis debent, sic corpore operienda sunt. Ideoq; nos non particulam illam, sicut pleriq;, sed quicquid utile ad instituẽdum oratorem putabamus, in hos XII libros cõtulimus, breuiter omnia demonstrando. Nam si quantum de quaq; re dici potest

a prosequamur, finis operis non reperietur. Illud tamen in primis testandum est, nihil præcepta atq; artes ualere, nisi adiuuante natura. Quapropter ei cui deerit ingenium non magis hæc scripta sunt, quàm de agrorum cultu

† quidem sterilibus terris. Sunt & alia ingenita † cuiq; adiumenta quæ adiuuant, uox, latus patiens laboris, ualetudo, cõstantia, decor: quæ si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari. Sed nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenij studijq; corrumpant. Sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, scribendi, legendi, dicendi, multa & continua exercitatione, per se aliàs nihil prosunt.

a Illud autem.) Præcidit id quod & Horatius quæsitum esse scribit natura ne an arte constaret eruditio. Cum em̃ omnis eruditio cultura ingenij sit, ubi deerit ingenium ne culturæ quidem poterit esse locus. Ac si quis ideo studia doctrinæ contemnere uelit, quod uecordes nihil illis adiuuentur, perinde ac si literas, quia in aqua nihil scribi possit, spernat, facere uideatur. Nam eo usq; humanæ sapientiæ uis non extenditur, ac admirabilis sane doctor is sit ac diuinus, qui mente cassos instruat sapientia, ut ait Euripides.

Quemadmodũ prima elementa tradenda sint cap. I.

GITVR nato filio, pater ſpem de illo primum quamoptimam capiat, ita diligentior à principijs fiet. Falſa enim eſt querela, pauciſſimis hominibus uim percipiendi quæ tradantur eſſe conceſſam, plerosq; uero laborem ac tempora tarditate ingenij perdere. Nam contrà, plures reperias & faciles in excogitando, & ad diſcendum promptos: quippe id eſt homini naturale. Ac ſicut aues ad uolãdum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur, ita nobis propria eſt mentis agitatio atque ſolertia, unde origo animi cœleſtis creditur. Hebetes uero & indociles, non magis ſecundum naturam homines eduntur, quàm prodigioſa corpora, & mõſtris inſignia. Sed hi pauci admodum fuerunt: argumentum, quod in pueris elucet ſpes plurimorum, quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt non naturam defeciſſe, ſed curam. Præſtat tamen ingenio alius alium. concedo. Sed ut plus efficiat aut minus. Nemo tamen reperitur, qui ſit ſtudio nihil conſecutus. Hoc qui peruiderit, protinus ut erit parens factus, acrem quammaxime curam ſpei futuri Oratoris impendat: Ante omnia ne ſit uitioſus ſermo nutricibus, quas, ſi fieri poſſet, ſapientes Chryſippus optauit, certe quantum res pateretur, optimas eligi uoluit. Et morum quidẽ in his haud dubie prior ratio eſt, recte tamẽ etiam loquantur. Has primum audiet puer, harum uerba effingere imitãdo conabitur. Et natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus + annis percipimus, ut ſapor quo noua + animis

Omniũ non mõ animãtium, ſed rerũ propria quædam natura eſt. Vritignis, candet nix. Sua eſt equis bobus feris omnib⁹ natura. Ita hominis Rationis uſus proprius eſt unde ſermo exiſtit.

imbuas durat: nec lanarum colores, quibus simplex ille cãdor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum uerteris uitia?

Parentes.

Non assuescat ergo (ne dum infans quidem est) sermoni qui dediscendus sit. In parentibus uero quamplurimum esse eruditionis optauerim. Verum nec de patribus tantum loquor: Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; est epistolis traditus. Et Læli filia reddidisse in loquẽdo paternam eloquentiam elegantiorem dicitur. Et Q. Hortensij filiæ oratio Apud Triũuiros habita legitur, non tantum ui sexus honorem. Nec tamen hi quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant, sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. De pueris inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictum sit. De pædagogis hæc amplius, ut aut sint eruditi plane, quam primam esse curam uelim, aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius ijs, qui paulum aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. Nam & †credere præcipiendi peritis indignantur, & uelut iure quodam potestatis, quo ferè hoc hominum genus intumescit, imperiosi atque interim leuientes stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexãdri pædagogus, ut à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum uitijs imbuit, quæ robustum quoq;, & iam maximum re-

Hęc apud Ciceronem in Bruto legere licet, porro Triũuiri accipiendi sunt Cæsar Octauianus, Antonius, Lepidus.

Leonidẽ Alexãdri fuisse pedogogum ex Plinio q̃q; notũ est,

gem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Si cui multa uideor exigere, cogitet oratorem institui, rem arduam, etiam cum ei formando nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora superesse. Nam & studio perpetuo, & præstantissimis præceptoribus, & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed homini. Si tamen non continget, quales maxime uelim habere nutrices pueros, pædagogus, at unus certe sit assiduus, dicendi non imperitus: Qui, siqua erunt ab his præsente alumno dicta uitiose, corrigat protinus, nec insidere illi sinat, dum tamen intelligatur, id quod prius dixi, bonum esse hoc remedium. A sermone græco puerũ incipere malo, quia latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se perhibet, simul quia disciplinis quoq; græcis prius instituendus est, unde & nostræ fluxerunt. Non tamen hoc adeò superstitiose uelim fieri, ut diu tãtum loquatur græcè, aut discat, sicut pleriq; moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinum sonum corrupti, & sermonis, cui cum græcæ figure assidua consuetudine hæserũt, in diuersa quoq; loquẽdi ratione pertinacissime durant. Non longe itaq; latina subsequi debent, et citò pariter ire: Ita fiet, ut cũ æquali cura linguã utranq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidã literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerũt, qd' illa primum ætas & intellectũ disciplinarum capere, & laborem pati non posit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante grammaticum Aristophanem

cui ille Asia potitus omnium thure nauem misere, fuisse Olympiadis, pinquuus tradit, secq; non a pedagogum sed ducem Alexandri uoluisse dici Diogenes aũt cui hoc loco mẽtio fit Babylonius stoicus fuit philosophus, qui in illa celebri legatiõe Romã uenit cũ Carneade et Critolao.

b

c

ὑποθήκας præcepta, ut apud Herodot. ἐπιστὰς τὰς ἡροίδου ὑποθήκας. faciebat q̃ Crœsus suaserat ac subiecerat.

Chrysippus qui p̃cepta scripsit de educatione liberoꝝ, sicut paulopost Fabi⁹ citat.

fuerunt. Nam is primus ὑποθήκας, in quo libro scripta hoc inuenitur, negauit esse huius Poëtæ. Sed alij quoque autores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autem qui nullum tempus uacare cura uolunt, ut Chrysippus: nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoq; iam in formandam quamoptimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Neq; ignoro toto illo, de quo loquor, tempore uix tantum effici, quantum cõferre unus postea posit annus: Sed tamen mihi, qui hoc senserunt, uidentur non tam discentibus in hac parte, quàm docentibus pepercisse. Quid melius alio quin facient, ex quo loqui poterunt? Faciant enim aliqd necesse est: Aut cur hoc, quantulumcunque est usque ad septem annos lucrum, fastidiamus? Nam certe quamlibet paruum sit quod contulerit ætas prior, maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum in summam proficit, & quantum infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. Idem etiam de sequentibus annis præceptum sit, ne quod cuique discendum est, serò discere inciat. Non ergo perdamus primum statim tempus, atque eo minus, quod initia literarum sola memoria constant, quæ non modo iam est in paruis, sed etiam tenacissima est. Nec sum adeò ætatũ imprudens, ut instandum protinus teneris acerbe putem, exigẽdamq; +plenam operam. Nam id in primis cauere oportebit, ne studia qui amare nondum potest, oderit: & amaritudinẽ semel perceptam

etiam ultra rudes annos reformidet. Lusus hic sit, & rogetur, & laudetur, & nonnunquam feciſſe ſe gaudeat. Aliquando ipſo nolente doceatur alius, cui inuideat, contendat interim, et ſæpius uincere ſe putet, præmijs etiam quæ capit illa ætas, euocetur. Parua docemus inſtituēdum oratorem profeſſi, ſed eſt ſua etiam ſtudijs infantia: & ut corporum mox etiam fortißimorum educatio à lacte cunisq; initium ducit, ita futurus eloquentißimus edidit aliquando uagitum, & loqui primum incerta uoce tentauit, & hæſit circa formas literarum. Nec ſi quid diſcere +ſatis non eſt, ideo nec neceſſe eſt. Quod ſi nemo reprehendit patrem, qui hæc non negligēda in ſuo filio putet, cur improbetur, ſi quis ea quæ domi ſuæ recte faceret, in publicū promit? Atq; eo magis, quod minora etiam facilius minores percipiunt, et ut corpora ad quoſdam membrorum flexus formari niſi tenera non poßunt, ſic animos quoque ad pleraque duriores robur ipſum facit. An Philippus Macedonum rex Alexandro filio ſuo prima literarum elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis philoſopho uoluiſſet, aut ille ſuſcepiſſet hoc officium, ſi non ſtudiorum initia & à perfectißimo quoque optime tractari, et pertinere ad ſummam credidiſſet? Fingamus igitur Alexādrum dari nobis impoſitū gremio, dignum tanta cura infantem (quanquam ſuus cuiq; dignus eſt) puteāt ne me in ipſis ſtatim elementis etiam breuia docēdi monſtrare compendia? Neque enim mihi illud ſaltem placet, quod fieri in plurimis uideo, ut literarum nomina, et contextum prius quam formulas paruuli diſcant. Obſtat

+certum

Ab Ariſto.) Locū Gellij lib. 9. cap. 3. placuit indicare, ppē ex emplum epiſtolæ Philippi.

hoc agnitioni ætatum earum, non intedenubus mox animum ad ipſos ductus, dum antecedentem memoriam ſequuntur: quæ cauſſa eſt præcipientibus, ut etiam cum ſatis affixiſſe eas pueris, recto illo quo primũ ſcribi ſolent contextu uidentur, retroágant rurſus, et uaria permutatione perturbent, donec literas qui inſtituuntur facie norint, non ordine. Quapropter optime, ſicut hominum pariter & habitus et nomina, edocebuntur. Sed qđ in literis obeſt, ſyllabis non noçebit. Non excludo aũt id quod eſt notum, irritandæ ad diſcendum infantiæ gratia, eburneas etiam literarũ formas in luſum offerre: uel ſi quid aliud, quo magis illa ætas gaudeat, inueniri poteſt, quod tractare, intueri, nominare, iucũdum ſit. Cum uero iam ductus ſequi cœperit, non inutile erit, eas tabellæ quamoptime inſcalpi, ut per illos uelut ſulcos ducatur ſtylus. Nã neq; errabit quemadmodũ in ceris (continebitur enim utrinq; margmibus) neq; extra præſcriptũ egredi poterit, & celerius ac ſæpius ſequẽdo + certa ueſtigia, formabit articulos, neq; egebit adiutorio, manu ſua manui ſuperimpoſita regentis. Non eſt aliena res, quæ ſerè ab honeſtis negligi ſolet, cura bene ac uelociter ſcribẽdi. Nam cum ſit in ſtudijs præcipuũ, quoq; ſolo uerus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, ſcibere, tardior ſtylus cogitationem moratur, rudis & confuſus intellectu caret, unde ſequitur alter dictandi ex his quæ et transferenda ſunt labor. Quare cum ſemper & ubique, tum præcipue in epiſtolis ſecretis & familiaribus delectabit, ne hoc quidem neglectum reliquiſſe. Syllabis

Epilogus

Bene ſcribendi ſtudium.

nullum compendium est, perdiscendæ omnes, nec ut fit plerunq; difficillima quæq; earum differenda, ut in omnibus scribendis deprehendantur. Quinimo ne primæ quidem memoriæ temere credendum, repetere & diu inculcare fuerit utilius, & in lectione quoque non properare ad continuandam eam, uel accelerãdam, nisi cum inoffensa, atq; indubitata literarum inter se coniunctio, suppeditare sine ulla cogitandi saltem mora poterit: tunc ipsis syllabis uerba complecti, & his sermonem connectere incipiat. Incredibile est quantum moræ lectioni festinatiõe adijciatur. †Hinc enim accidit dubitatio, intermissio, repetitio, plus quàm possunt audentibus, deinde cum errarunt, etiam his quæ iam sciunt diffidentibus. Certa sit ergo in primis lectio, deinde coniuncta, & diu lentior, dum nec exercitatione contingat emendata uelocitas. Nam prospicere in dextrum, quod omnes præcipiunt, & prouidere, non rationis modò, sed usus quoq; est, quoniam sequentia intuenti priora dicenda sunt: & quod difficillimũ est, diuidenda intentio animi, ut aliud uoce, aliud oculis agatur. Illud non pœnitebit curasse, cum scribere nostra puer (quemadmodum moris est) cœperit, ne hanc operam in uocabulis uulgaribus, & forte †occurrentibus perdat: protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris, id est quas Græci γλώσσας uocãt, dum aliud agitur, ediscere, & inter prima elementa consequi rem postea propriũ tempus desideraturam. Et quoniam circa res adhuc tenues moramur, hi quoq; uersus, qui ad imitationem scribendi proponentur, non otiosas uelim

†Sic Festinatio morã affert.

†coëuntib⁹ d

Extat Galeni titulo expositio glossæ Hippocratis, in eo libro sic scriptum est, ὅσα ξυνόνυμά ἐστιν ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη

sententias habeant: sed honestum aliquid monentes. Pro
sequitur hæc memoria in senectutem, & impressa animo
rudi usque ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum uirorum, & electos ex poëtis maxime (nanque eorum par uis cognitio gratior est) locos edisce re inter lusum licet. Nam & maxime necessaria est oratori, sicut suo loco dicam, memoria, & ea præcipue firmatur, atq; alitur exercitatione, & in his de quibus nunc loquimur ætatibus, quæ nihildum ipsæ ex se generare queunt, propè sola est quæ iuuare curam docentium possit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus, quo sit absolutius os, et expressior sermo, ut nomina quædam uersusq; affectatæ difficultatis ex pluribus & asperrime coëuntibus inter se syllabis catenatos, & ueluti confragosos quamcitatissime uoluant, χαλεποι, græce uocantur, res modica dictu: quæ tamen omissa, multa linguæ uitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durentur.

ταυτ' ἀξιοῦντες μὴ πρὸς ταῦτα γλῶττος καλοῦσι.

Ex hisce uerbis bene perceptis satis clare patet, qd hic Quintiliani ῥῆσις intelligendum sit.

a Quæ si quis.) Hoc est, modis oĩbus præcipiẽda sunt optima, qbus si quis uti non uoluerit, non possit prætendere uerę rationis demonstratæ uidelicet ignorationem, sed ipsius fuerit negligentia. Vt sit, defuerit, culpa fuerit, seu ut ita dicam, defectus. Quod autem duriusc ule dictum uideri queat, quę si quis grauabit, sunt tamen ita locuti illo seculo. Plin. 3 epist. lib. Nempe quam in senatu quoq;, ubi ppeti necesse erat, grauari tñ uel puncto temporis solebamus.

b Quidam literis.) Videntur hac in re distributionem ętatum Græci respexisse, quæ secundum Hippocratem hæc est. Prima ætas ab anno uno aduscq; septimũ. Secũda à 7. usq; 14. Tertia à 14. ad 21. Quarta à 21. ad 28. usq;. Quinta à 28. ad 35. Sexta à 35. ad 42. Septima à 42. usq; ad 49. Prima, infans. Secunda, puer. Tertia, adolescens. Quarta, iuuenis. Quinta, uir. Sexta, senex. Septima, decrepitus, quod ille dixit παρηβῶντας, authior Pollux. Cum igitur non arbitrarentur infantes uti-

liter literis institui posse censuerunt hæc studia differenda usq; ad pueritiam.

c Aristopha.) Id est paulo infra tempora Philodelphi. Audisse enim hũc Aristotelem, qui præceptor fuerit Aristarchi, Callimachũ tradunt, & Zenodotũ, alterq; cũ esset puer adhuc, alterum iam adolescens, cæteq; magistro postea usum Eratosthene, qui Athenis in Aegyptũ uenit, accersitus à Ptolomæo, tertio rege Aegypti qui Euergetes dictus fuit. Zenodotus autem apud Ptolomæum, Lagi filiũ, qui Soter dictus est, fuerat, illiusq; filios literas docuerat. Ita illa ætate doctissimos uiros qui posteritati conseruarent studioq; & artiũ cultum, numinis prouidentia collegit. Nã cum perpetuis motibus, extincto Alexãdro, uexata Græcia, disciplinaq; studia negligeret, illeq; orbis artiũ, quã uocãt ἐγκύκλιον παιδείαν dissipatus iam esset, expulsi Alexandria doctiss. homines, omnibus in genere scientiaq; iniurijs & immanitate Ptolomæi, septimi regis Aegyptioq;, quẽ κακεργέτην dixere omnes insulas & ciuitates Græcoq;, cõpleuerunt, tanq; reducentes, q̃ olim inde artes excessissent, & se quasi in tutelam Ptolomæoq; contulissent.

d Quas Græci.) In lib. de poëtica, qui extat inscriptus Aristoteli, legitur. Nomen aut proprium esse, aut γλῶτταν. Proprium quo utantur aliqui coĩter: γλῶτταν, quo alĩ, ita idem nomen esse posse propriũ & γλῶτταν, ut σίγυνον Athenienſibus γλῶτταν fuisse, Cyprijs propriũ, unde apparet γλῶσσας dixisse uocabula minus uulgo, aut nota, aut usitata, cuiusmodi Poëtaq; sunt plurima, aut aliunde sumpta aut repetita ab antiquitate, aut nouitia: uel effictione uel cõpositiõe, ut logi pro nugis, paratragœdiare, mastigia, bolus. Vetera sunt, perdu ellis exanclare. Nouoq; ratio latius patet, nam & quæ quasi abolita, usu reposita sunt noua uideri queant. Sicut uexare possit nouũ uideri, cum sit uetus ac proprium, cuiusmodi nobis discentibus linguam Latinã occurrere multa solent. Effictum nouæ fuerit à Salustio, siquidem uerum est dixisse eum quod aiunt, Loquẽtiam. Intellectus maxime nouitatẽ facit, ut exterebrare & expiscari, pro exquirere, huc pertinens translata. Compositio est simplicior, ut collutulare, triparcos, leuiũdæ.

e Græcè uocant.) Vt perterricrepus. Therapontigonus, Platagidorus. ut apud Aristophanem σφραγιδονυχαργοκομήτας & κομμοφακελοδρέμονα. Sed hæc quisque sibi excerpere ex poëtis poterit: uerũs autem integros maxime proderit, qua

lis & Catullianus hic: Cum Thyaſo Satyroꝝ & Nyſigenis Silenis. Item, Funera Cecropiæ nec funera portarentur. & ille antiquus, fraxinus, fixa, ferox infeſta infunditur oſſis. Et ſicut nos fecimus docendi cauſſa Flammiuomasq; plagas coIis altas fulminis arces. Has maximas ut ſic dicam confragoſitates, L. & M. & S. & R. faciunt. Vnde ueteres S. & M. abhorrere ſolebant, & uitioſæ dictum ab Ennio annotatur, Tum milia militum octo.

Vtrũ utilius domi, an in ſcholis erudiantur. CAP. II.

SEd nobis iam paulatim accreſcere puer, & exire de gremio, ac diſcere ſerio incipiat. Hoc igitur potiſſimum loco tractanda quæſtio eſt, Vtilius ne ſit domi, atq; intra priuatos parietes ſtudentem continere, an frequentiæ ſcholarum, et uclut publicis præceptoribus tradere. Quod quidem cum his, à quibus clariſſimarũ ciuitatum mores ſunt inſtituti, tum eminentiſſimis autoribus uideo placuiſſe. Non eſt tamẽ diſſimulandũ eſſe nonnullos qui ab hoc propè publico more priuata quadã perſuaſiõe diſſentiant. Hi duas præcipue rationes ſequi uidentur: unã, quod moribus magis conſulant, fugiẽdo turbã hominũ eius ætatis, quæ ſit ad uitia maxime prona: unde causas turpium factorum ſæpius extitiſſe utinam falſo iactaretur: Alteram, quod quiſquis futurus eſt ille præceptor, liberalius tempora ſua impenſurus uni uidetur, quàm ſi eadem inplures partiatur. Prior cauſa prorſus grauis. Nam ſi ſtudijs quidem ſcholas prodeſſe, moribus autem conſtaret nocere, potior mihi ratio uiuendi honeſte, quàm uel optime diſcendi uideretur. Sed mea quidem ſententia, conferta iſta atq; indiſcreta ſunt. Neque enim eſſe oratorem niſi bonum uirum iudico: & fieri etiam ſi

Clariſſ. ciuit.) Vt Lycurgo, quod ex ijs quæ de Lacedæmoniorꝝ inſtitutis ſcripta ſunt, à multis ſatis conſtat. Nec nõ idem apud Athenienſes fieri conſueuiſſe legim⁹, ubi ἄλσος, id eſt cœtu quodam in ludũ intrauiſſe antiqui moris fuerat, nimiꝝ à Solone traditi. Quàm autẽ idẽ Platoni

potest uolo. De hac re igitur prius. Corrumpi mores in scholis putant: nam & corrumpuntur interim: sed domi quoque, & sunt multa eius rei exempla, tam læsæ hercle quàm cõseruatæ sanctissime utrobique opinionis. Natura cuiusque tamen curaq; distat. Da mentem ad peiora facilem, da negligentiam formandi, custodiendiq; in ætate prima pudoris, non minorem flagitijs occasionem secreta præbuerint. Nam & potest turpis esse domesticus ille præceptor, nec tutior inter seruos malos, quam ingenuos parum modestos conuersatio est. At si bona ipsius indoles, si non cæca, ac sopita parentum socordia est, & præceptorem eligere sanctissimum quenque, cuius rei præcipua prudentibus cura est, & disciplinam, quæ maxime seuera fuerit, licet, & nihilominus amicum grauem uirum, aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere: cuius assiduus comitatus, etiam illos meliores faciet, qui timebuntur. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infamiam statim delicijs soluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima uerba exprimit, iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. [a] Antè palatum eorum quam os instituimus. In lecticis crescunt, si terram attigerint, è manibus utrinque sustinentium pendent. Gaudemus si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delicijs, risu et osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus,

placuerit, si nusq; alibi de uel hinc appareat, quod censet infantes quoq; à nutricib⁹ in certum locũ quasi ludum deferendos p singulas tribus.

Indulgentia.

[a] Alexãdrina deliciæ.

ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros concubinos uident. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit, pudẽ da dictu spectantur. Fit ex his consuetudo, inde natura: discunt hæc miseri antequam sciant uitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipiunt è scholis mala ista, sed in scholas afferunt. Verum in studijs magis uacabit unus uni? Ante omnia nihil prohibet esse istum, nescio quem, unum etiam cum †eo, qui in scholis eruditur. Sed etiam si iungi utrunq; non posset, lumen tamen illud conuentus honestissimi, tenebris ac solitudini prætulissem. Nam optimus quisq; præceptor frequẽtia gaudet, ac maiore se theatro dignum putat, at uero minores ex conscientia suæ infirmitatis hærere singulis, & officio fungi quodammodo pædagogorũ non indignantur. Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimum atq; incomparabilem magistrum domi habeat, num tamẽ ille totum in uno diem consumpturus est? Aut potest esse ulla tam perpetua discentis intentio, quæ non ut uisus oculorum obtutu continuo fatigetur? cum præsertim multo plus secreti temporis studia desiderent. Neq; enim ediscẽti, scribenti et cogitanti præceptor assistit, quorũ aliquid agentibus cuiuscunque interuentus impedimento est. Lectio quoq; non omnis, nec semper præcunte, uel interpretante eget: quando enim tot autorum notitia contingeret? Ergo modicum tempus est, quo in totũ diem uelut opus ordinetur. Ideoq; per plures ire possunt, etiam quæ singulis tradẽda sunt. Pleraq; uero hãc conditionẽ habent, ut eadẽ uoce ad omnes simul perferãtur. Taceo de parti

Partitionibus.) Id est

tionibus et declamatioibus rhetorũ, qbus certe quãtuscũ materiis diuĩ
que numerus adhibeatur, tamẽ unusquisq; totũ feret. Nõ sis discipulis,
enim uox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus suffi- q̃ dicunt
cit, sed ut sol, uniuersis idẽ lucis, caloris q̃ largitur. Grã-
maticus quoq; de ratione loquendi si disserat, quæstiones
explicet, historias exponat, poëmata enarret, tot illa di-
scent, quot audient. At enim emendationi prælectioniq;
numerus obstat? Sit incommodum (nam quid ferè undiq;
placet?) mox illud comparabimus commodis. Nec ego ta-
men cò mitti puerum uolo, ubi negligatur. Sed neq; præ
ceptor bonus maiore se turba q̃ ut sustinere eam possit,
onerauerit: & in primis ea habenda cura est, ut is omni
modo fiat nobis familiariter amicus, nec officium in do-
cendo spectet, sed affectum, ita nunquam erimus in tur-
ba. Nec sanè quisquam literis saltem leuiter imbutus, eum
in quo studium, ingeniumq; perspexerit, non in suam quo
que gloriam peculiariter fouebit. Sed ut fugiẽdæ sint ma
gnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquẽ
meritò concurritur, non tamen hoc cò ualet, ut fugiendæ
sint omnino scholæ: aliud est enim uitare eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ contrà dicuntur, iam explice-
mus quid ipsi sequamur. Ante omnia futurus orator,
cui in maxima celebritate, et in media Repub. uiuendum
est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, ne
que illa solitaria, & uelut umbratili uita pallescere. Exci-
tanda mens et attollenda semper est, quæ in huiusmodi se
cretis aut langueſcit, & quendam uelut in opaco situm
ducit, aut contrà tumeſcit inani persuasione. Neceſſe est

enim nimium tribuat sibi, qui se nemini comparat. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole, & omnia nouo offendunt, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias, quæ ad senectutem usq; firmißime durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ. Neq; enim est sanctius sacris ijsdem quàm studijs initiari. Sẽsum ipsum qui communis dicitur, ubi discet, cum se à congressu, qui non hominibus solum, sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregarit? At domi ea sola discere potest, quæ ipsi præcipientur, in schola etiam quæ alijs. Audiet multa quotidiæ probari, multa corrigi, proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria, excitabitur laude æmulatio, turpe ducet cædere pari, pulchrum superasse majores, accendũt omnia hæc animos: & licet ipsa uitiũ sit ambitio, frequenter tamen causa uirtutum est. Non inutilem scio seruatum esse à præceptoribus meis morem, qui cum pueros in classes distribuerant, ordinem dicendi secundum uires dabant, et ita superiore loco quisque declamabat, ut præcedere profectu uidebatur. Huius rei iudicia præbebantur, ea nobis ingẽs palmæ contentio, ducere uero classem, multo pulcherrimum. Nec de hoc semel decretum erat, tricesimus dies reddebat uicto certaminis potestatem. Ita nec superior successu curam remittebat, & dolor uictum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad studia discendi faces subdidisse, quàm exhortatiõem docentiũ, pædagogorum custodiam, uota parentũ, quantum animi mei coniectura colligere possum, contenderim. Sed sicut

Ambitio uirtutis causa.

firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atq; adhuc teneris, condiscipulorum quàm præceptoris iucundior, hoc ipso quod facilior, imitatio est. Vix enim se prima elementa ad spē tollere effingēdæ (quā summam putant) eloquentiæ audebunt, proxima amplectuntur magis, ut uites arboribus applicitæ, inferiores prius apprehendendo ramos in cacumina euadunt. Quod adeò uerum est, ut ipsius etiam magistri, si tamen ambitiosis utilia præferet, hoc opus sit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non statim onerare infirmitatem discētium, sed temperare uires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam ut uascula oris anguſti superfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, uel etiā instillatis complentur: sic animi puerorum quantum excipere possint, uidēdum est. Nam maiora intellectu, uel ut parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primum, mox uincere ueloris, ita paulatim & superiorum spes erit. His adiscio præceptores ipsos non idem mentis, ac spiritus in dicendo posse concipere, singulis tantum præsentibus, quantum illa celebritate audientiū instinctos. Maxima enim pars eloquentiæ constat animo, hunc affici, hunc cōcipere imagines rerum, et transformari quodam modo ad naturam eorum, de quibus loquimur, necesse est. Is porrò quo generosior celsiorq; est, hoc maioribus uelut organis commouetur, ideoq; & laude crescit, & impetu augetur, & aliquid magnum agere gaudet. Est quædam tacita dedignatio, uim dicendi tantis comparatam laboribus

Argum ab ab iuuda re mdua

ad unum auditorem demittere, pudet supra modum sero mones attollere. Et sanè concipiat quis mente, uel declamantis habitum, uel orantis uocem, incessum, pronunciationem, illum deniq; animi et corporis motum, sudorem, ut alia præteream, et fatigationem, audiente uno, nónne quiddam pati, furori simile uideatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur.

Epilogus

a Conchyliũ ex eorũ piscium genere est, quos Græci ὄστρακόδερμας uocant: p̃cipue aptos gulę. Plinius ut purpurã int̃ cõchas ponit. Hor. epod. Nõ me Lucrina iuuerint cõchylia. Græci uidenẽ conchilia dixisse, gñali appellatiõe τὰ ὀστρακόδερμα, ut apud Athenęũ ex Epicharmo ἄγε δὴ πανοδαπὰ κογχύλια.

b Alexandrin.) Notũ est de Alexãdrina luxuria, quid literis mandatũ sit, cuĩ portẽtosæ indulsit Cleopatra. Annotatũ etiam est à Valerio sic fuisse delicijs eneruatos Alexãdrinos, ut cum eos Archelaus aduersus Gabinium urbe eductos, castra uallo ac fossa cingere iussisset uniuersi succlamarint, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur.

Qua ratione puerorum ingenia dinoscantur, & quo modo tractanda sint. CAP. III.

TRadito sibi puero, docendi peritus ingenium eius, in primis q̃; naturam perspiciet. Ingenij signum in paruis præcipuum, memoria est. Eius duplex uirtus, facile percipere, & fideliter continere: Proximum imitatio. Nam id quoq; est docilis naturæ: sic tamen, ut ea quæ discit effingat, non habitum forte et incessum, & si quid in peius notabile est. Nõ dabit mihi spẽ bonæ indolis, qui hoc imitãdi studio petet, ut rideatur. Nam probus quoq; in primis erit ille uere ingenio sus, alioqui non prius duxerim tardi esse ingenij, quàm mali. Probus autem ab illo segni, & iacente plurimum aberit. Hic meus quæ tradentur nõ difficulter accipiet, quædam etiam interrogabit,

Imitatio prima de q̃ Cicero de Orat.

Vtrid.) Ridiculæ imitationes, inquit, non sunt bonę indolis indices, & quẽ ego ingenio sum intelli-

sequetur tamen magis quàm præcurret. Illud ingeniorũ uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. Hi sunt qui parua facile faciunt, & audacia proueCti, quicquid pŏssunt, statim ostendunt: possunt autem id demum quod in proximo est, uerba continuant, hæc uultu interrito, nulla tardati uerecundia proferunt: Non multum præstant, sed citò, non subest uerauis, nec penitus immissis radicibus inititur, ut quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, & imitatæ spicas herbulæ, inanibus aristis ante messem flauescunt. Placent hæc annis comparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit. Hæc cum animaduerterit, perspiciat deinceps, quonam modo tractandus sit discentis animus. Sunt quidam, nisi institeris remissi: quidã imperia indignantur: quosdam continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio contundit, in alijs plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui uictus fleat. Hic erit alendus ambitu, huc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidiã nunquam uerebor. Danda est tamẽ omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est quæ perferre pŏsit continuum laborem, atque ea quoq; quæ sensu & anima carent, ut seruare uim suam pŏssint, uelut quiete alterna †retendũtur, sed quod studium discendi, uolũtate, quæ cogi non potest, constat. Itaq; & uirium plus afferunt ad discendum renouati ac recentes, & acriorem animum, qui ferè necessitatibus repugnat. Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signum alacritatis: neq; illum tristem, semperq; demissum,

gi uolo, ante oĩa probum quoq; uolo. Absq; eñ, pbitate si esset laus ingenij, sane fuerat satius, tarditate illud in famari, q̃ cõmendari malitia.

†retinentur

sperare possum erectæ circa studia mentis fore, cum in hoc quoq; maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatæ, aut otij cõsuetudinem nimiæ. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorũ ingenijs non inutiles lusus, cum positis inuicẽ cuiusq; generis quæstiunculis æmulantur. Mores quoq; se inter ludendum simplicius detegũt, modò nulla uideatur ætas tam infirma, quæ nõ protinus quid rectũ, prauumq; sit discat, tum uel maxime formanda, cũ simulandi nescia est, & præcipientibus facile credit. Frangas enim citius quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. Protinus ergo nequid cupide, nequid improbe, nequid impotenter faciat, monẽdus est puer. Habendumq; in animo semper illud Vergilianum:

Georg. 2.
Adeò in teneris consuescere multum est.

In plagosos præceptores inuehitur.

Cædi uero discentes, quanquam et receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime uelim. Primum, quia deforme ac seruile est, & certè quod conuenit, si ætatem mutes, iniuria: deinde, quod si cui est mens tam illiberalis, ut obiurgatione non corrigatur, is etiam ad plagas, ut pessima quæq; mancipia, durabitur: postremo, quod ne opus erit quidem hac castigatione, si assiduus studiorum exactor astiterit. Nunc ferè negligentia pædagogorum sic emẽdari uidentur, ut pueri non facere quæ recta sunt cogantur, sed cur non fecerint, puniantur. Denique cum paruulũ uerberibus coëgeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi potest hic metus, & maiora discenda sunt? Ad de quod multa uapulantibus dictu deformia, & mox uc-

recundiæ futura, sæpe dolore uel metu exciderunt, qui pudor refringit animum, & abijcit, atq; ipsius iucis fugam, & tædium dictat. Iam si minor in deligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cædēdi iure abutantur, quàm det alijs quoq; nonnūquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac, nimium est quod intelligitur. Quare hoc dixisse satis est, in ætatem infirmam & iniuriæ obnoxiam, nemini debet nimium licere. Nunc quibus instituendus sit artibus, qui sic formabitur, ut fieri possit Orator, & quæ in quaque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

Dicere ingrediar.

a Retenduntur.) Id est remittuntur, nam hanc uim re habet, ut recludo, resigno. Similitudine ducta ab arcubꝰ, quibꝰ cum sagittarij non uti cogitēt, ne neruos quidem accommodare soleant. Herodotus scribit Amasidem Aegyptiū regem, reprehensum ab amicis, quod uoluptatibus indulgens conuiuationibus se dederet, respondisse, qui arcubus præliaren tur cum illis uti uellent, tum intendere, ubi uero iam essent usi remittere consueuisse, nam si nunq; retenderentur fore ut dirupti nulli essent usui. Ita quoque humanam conditionem sese habere, nam si homines rebus seriis se perpetuo occupēt, neque aliquam uitæ partem iocis ac lusibus imperti int, improuisum aliquem uel in furorem, uel morbum sonticum delapsuros id uidentem se utrique rei sua tempora impendere.

De Grammatica. CAP. IIII.

PRimus, in eo qui legendi, scribendiq; adeptus erit facultatem, grāmaticis est locus, nec refert de græco, an de latino loquar, quanquam græcum esse priorem placet. Vtriq; eadem uia est. Hæc igitur professio cū breuissime in duas partes diuidatur, recte loquēdi scientiā,

& poëtarum enarrationem, plus habet in recessu, quàm in fronte promittit. Nã et scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, et enarrationem præcedit emẽdata lectio, & mixtum his omnibus iudicium est. Quo quidẽ ita se-

Critici.

uere sunt usi ueteres grãmatici, ut non uersus modò ceu soria quadam uirgula notare, & libros, qui falso uiderẽtur inscripti, tãquam subditicios summouere familia permiserint sibi, sed autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poëtas legisse satis est, excutiendum omne scriptorum genus, non propter historias modo, sed uerba, quæ frequenter ius ab autoribus sumunt. Tum nec citra musicen grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisq; dicẽdum sit. Nec si rationem siderum ignoret, poëtas intelligat, qui (ut alia mittam) toties ortu occasuq; signorum in declarandis temporibus utãtur. Nec ignara philosophiæ, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæstionũ naturalium subtilitate repetitos, tum uel propter Empedoclem in græcis, Varronẽ ac Lucretium in latinis, qui præcepta sapientiæ uersibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri est opus, ut de unaquaq; earum quas demonstrauimus rerum, dicat propriæ et copiosè. Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cauillantur: quæ nisi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet, necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ uel sola omni studiorum genere, plus habeat operis, quàm ostentationis.

De literis, & earum potestate. CAP. V.

NE quis igitur tanquam parua fastidiat grammatices elementa, non quia magnæ sit operæ cõsonantes à uocalibus discernere, ipsasq; eas in semiuocaliũ numerũ, mutarumq; partiri, sed quia interiora uelut sacri huius adeuntibus, apparebit multarum rerum subtilitas, quæ non modo acuere ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoq; eruditionem ac scientiã possit. An cuiusli bet auris est exigere literarum sonos? non hercle magis quàm neruorum. At grãmatici saltem omnes in hanc descendent rerum tenuitatẽ, desint ne aliquæ nobis necessariæ literæ, non cum græca scribimus, tum enim ab his dutas mutuamur, sed proprie in latinis, ut in his, seruus & uulgus, Acolicum digammon desideratur, & medius est quidam u & i literæ sonus. Non enim sic optimum dicimus, ut opimum, & heri, neq; è planè, neq; i auditur. An rursus aliæ redundent, præter illam aspirationis: quæ si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit. Et k, quæ & ipsa quorundam nominum nota est, et q, cuius similis effectus speciesq;, nisi quod paulum à nostris obliquatur, capa apud Græcos, nunc tantum in numero manet, & nostrarum ultima x, qua tamẽ carere potuimus, si non quæ fissemus. Atq; etiam in ipsis uocalibus grammatici est uidere, an aliquas, p consonantibus usus acceperit, quia iam sicut tam scribitur, & uos ut cos. Atq; ut uocales iũgun tur, aut unam longam faciunt, ut ueteres scripsere, qui geminatione earum uelut apice utebantur: aut duas, nisi quis putat etiam ex tribus uocalibus syllabam, quod ne-

a MED. Est.) Id est, sonus quidam etiã alicubi audi tur neq; literæ I, neq; V, propriº, sed quasi alterº literæ inter utranq; mediæ.

quit fieri, si non aliquæ officio consonantium fungantur. Quæret etiam quomodo duabus demum uocalibus in scipsas coëundi natura sit, cum consonantium nulla, nisi alteram frangat. Atq; litera i sibi insidit. Conjcit enim est, ab illo iacit. Et u, quo modo nunc scribitur uulgus, & seruus. Sciat etiam Ciceroni placuisse aijo aij aijamq; gemi nata i scribere, quod si est, etiam iungetur ut consonans.

Scabellum. Quire discat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cũ quibus cognatio: nec miretur, cur ex scamno fiat scabellum, aut à pinna (quod est acutum) securis utrinque habens aciem bipennis, ne illorum sequatur errorem, qui quia à pennis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas auium dici uolunt. Neque has modo nouerint mutationes, quas afferunt declinatio, aut præpositio, ut secat secuit, cadit excidit, calcat exculcat, & + sic à lauando lotus, & inde rursus illotus, & mille alia, sed quæ à rectis quoq; casibus ætate transierunt. Nam ut Valesij, & Fusij in Valerios, Furiosq; uenerunt: ita arbos, labos, uapos, etiam & clamos ac + passes ætatis fuerunt. Atq; hæc ipsa s litera ab his nominibus excluſa, in quibusdam ipsa alteri succeſsit. Nam mertare atque pultare dicebant, quo modo fœdum fœdusq; pro aspiratiõe, uel simili litera utentes: nam contra Græci ita aspirare hæc solent, ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet. Sed b quoque in locum aliarum dedimus aliquando, unde Burrhus & brũges, & belena, necnon eadem fecit ex duello bellum, unde duellos quidam dicere bellos ausi. Quid florum, flio-

Bipennis.

+ fit

+ Plæriq; cũ non uiderẽt qdnã sibi uel let hęc dictio, ne rememoraret clarã lectiõem expũgẽ e dã duxerũt. Ioachi. Cã. Iases restituit, qd laser dixere, succo scilicet filphĩ. i. laserpitĩ Cyrenaici germinis.

tes? Quid d literæ cum t quædam cognatio? Quare mi nus mirum, si uetustis operibus urbis nostræ & celebri bus templis legantur Alexanter, & Cassanera. Quid o atque u permutatæ inuicem? ut Hecoba & notrix, Ulchides, & Pulyxena scriberentur. Ac ne in græcis id tan tum notetur, dederont, ac probauerunt, sic οὐδὲν quē quidquam fecerũt Aeoles, ad Vlissem deductus est. Quid? non e quoq; i loco fuit, ut Menerua, & leber, & mage ster, & deioue uictore, pro deioui uictori. Sed mihi locũ signare satis est. Non enim docco, sed admoneo doctu ros. Inde in syllabas cura transibit, de quibus in ortho graphia pauca annotabo, tum uidebit, ad quem hoc per tinet, quot & quæ partes orationis, quanquam de nume ro parum conuenit.

Pulyxe.) Ita f nos ἐφ epistolã sum per in ueteri Plautino co dice scriptã notauimus.

a Aeolic. dig.) Quo usi Aeolenses sunt pro aspiratione, atq; etiam in medio dictionum, ut uocales separarent. Eius ut nomine etiam indicatur figura gemini c traditur, cum po testas literæ scilicet fuisse uideatur. Itaq; illi pro ἐλένη Ϝελένη dixere, & ῥόδον βρόδον, & λάος ϝάϝος.

b Aspirationis.) Veteres Latini ita ut Græci supra uoca les aspirationis notam tantum posuere quod & ipsi in anti quis codicibus animaduertimus, & uium legentes ὁδιε. Quod etiam ex hoc Quintil. loco manifestum est. Nam si aspiratio nis inquit, signatio necessaria est, erit etiam attenuationis, id est quam ψιλὴν uocant. Etsi Athenæus diuersum sensit. Nam & ueteres ait non supra, sed ante uocales aspirationem po suisse, arbitrari etiam se, iis uocalibus quibus aspirari uellent H literã præscripsisse quod Romani adhuc obseruent. Locũ subscripsi ex lib. 9. τεκμαιρόμενοι οὖν ἀθηναῖοι, καὶ διὰ τῆς τάξεως τὴν ἐνοῦσαν τῇ προσωδίᾳ φύσιν, οὐκ ἐπὶ φωνηέντων τιθέασι, ὥσπερ τὰς ἄλλας, πρὸ γὰρ τούτων τάσσουσιν, οἶμαι δὲ κ, διὰ τοῦ κ στοιχείου τυπώσαντες τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν, διόπερ κ, ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ κ προγράφουσι, ὃ ἦν ἀναγκαῖον ἀμελῆσαι διασημαίνοντες.

c Atq; ut uocales.) Videre etiam Grammaticum oportet, quomodo uocales suam uidelicet retinentes uim seu potestatem coniũgãtur. Aut enim eædem pro longa geminant, qua geminatione ueteres longam uoluerũt intelligi, ita ut Grẽci cum apicem supra ducunt, hoc est, ut ipsi loquuntur τὴν μακρὰν. ut Dĩi, Feelix, Vĩrtus. Aut coeũt in diphthongũ q̃ est uocis commistio, ut præimus, cœlũ. Tribus accidere neutrũ potest. Coitus autem uocalium complexio est accipiẽda, quæ à Græcis nominatur σύλλαψις. ut in ὀφθαλμός. φ. ß. sunt in cõplexione, & conspuo, sp. Nunq̃ autem eadem consonantes complectimur pronunciatione, ut efficio addico, id q̃ duabus istis uocalibus i & u, cũ pro consonantibus sunt, usu uenit, à natura consonantium alienum. Porro i litera ut consonans tñ etiam iungitur. Sicut em̃ in afficio & addico ff. et dd. iunctas nõ complectimur, id est diuidimus pronuntiatiõe, ita in añio & Pompeĩus, ĩ, ut fit ai una, & io altera syllaba, pei, & ius.

d Scam. Scabel.) Habet em̃ M & B. cognationẽ quod in Græcis est manifestum, ut cum in præterito passiuo primi ordinis acuti sonoꝝ uerboꝝ, primæ syzygiæ mutæ in M. transeunt. Est autem magna cura hæc res animaduertenda, & tradenda pueris, qua expedita multum difficultatis exclusum fuerit.

e Quomodo fœdum.) Hũc locum ita descriptũ ex antiqs duobus consentientibus codicibus confido me explanaturũ, ut appareat audacter, à quibusdam mutatum fuisse. qui supposuere fordeũ fœdusq; . quomodo & apud Priscianum li. r. mendosæ legitur. Nam hoc loco nulla fit de mutatiõe aspirationis mentio, & contextus orationis istam inculcationẽ nullo modo patitur. Legẽdum igitur fœdum, fœdusq; quorum utrũq; quid significet nemo ignorat. Docet aũt Quint. diligẽter obseruandum, q̃ literæ suos locos naturaliter obtineant quẽue in alioꝝ quasi subierint. Nã & R. in locũ S. & in huius T. alicubi successit. & F. litera utimur pro aspirato, quæ em̃ Græci per φ. enuntiarunt, Latini per F maluerunt, ut fama, fagus, fur, afer. Quæ igitur Grẽci, inquit aspirate pronuncia runt, nos quidem non aspirate dicimus, sed tamẽ consimiliẽ. Docuit enim & Prisc. inter F & φ. proferẽdum differentiam esse. Posset aũt qs cupiens fundamẽ aliter ne q̃ φουνδάνιον scribere? Hoc manifestum, ut confido expositione nostra sequentibus etiam declaratur, ubi aliaꝝ quoque literarum permutationem ostendit, ut Burrhus pro Pyrrho. Bruges, p Phry-

gibus, balęna, pro Phalęna. Quod non animaduertentes isti correctores etiã hunc locũ deprauarunt, supponẽtes belenã. Cæterũ quod sequitur sdlocum, stlitemq́, etiamsi in præsentia hoc scriptionis genus tueri non queam, tamen secutus, cũ uerum iudicassem, aliquoq́ codicum expressam scripturam, aliquorum euidentia uestigia, sic relinquendum putaui.

f Sic ὁσυας.) Consueuere Aeolẽses pro o. ũ. ponere, ipsumq́ u. ut plenius sonarent ο μικρῶ quasi explere, ut βουςατης, non quidem longa prima, sicut si diphthongus esset. ου oporteret esse. quod uersu Callimachi probauit Priscianus lib. 1. sed à scriptione τοῦ ο sono Aeolico expresso. Ita οὐσυας ἐκ Aeolenses dicere, scriptum à Quintilia. accipio, quos Latini imitati, ut in aliis plerisq́, Vlyssem fecerunt.

De partibus orationis. CAP. VI.

VEteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, uerba modo, & nomina, & conuinctiones tradiderunt, uidelicet quod in uerbis uim sermonis, in nominibus materiam: quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in cõiunctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt, quas coniunctiones à plerisq́ dici scio, sed hæc uidetur ex syndesmo magis propria transłatio. Paulatim à Philosophis, ac maxime Stoicis auctus est numerus, ac primum conuinctionibus articuli adiecti, post præpositiones, nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde mixtum uerbo participium, ipsis uerbis aduerbia. Noster sermo articulos nõ desiderat, ideoq́ in aliis partes orationum sparguntur. Sed accedit superioribus interiectio. Alij tamẽ exidone is autoribus octo duntaxat partes secuti sunt, ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmo, qui uocabulum, siue appellationem nomini subiecerunt tanquam speciem eius. At hi qui aliud nomẽ, aliud uocabulum faciunt, nouem: Nihilo

minus fuerunt, qui ipsum adhuc uocabulum ab appellatione deducerent, ut esset uocabulum corpus uisu tactúque manifestum, domus, lectus: appellatio, cui uel alterum deesset, uel utrunque, uentus, cœlum, deus, uirtus. Adijciebant & asseuerationem, ut heu, & tractationem, ut fascedim, quæ mihi nõ approbantur. Vocabulũ an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subijcienda nomini nec ne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

Declinare in primis nomina et uerba scire oportere pueros, & genera nosse. CAP. VII.

Nomina declinare & uerba in primis pueri sciant, neq; enim aliter peruenire ad intellectum sequentium possunt, quod admonere superuacuum erat, ni si ambitiosa festinatione plerique à posterioribus inciperent: & dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, compendio morarentur. Atqui si quis & didicerit satis, & quod non minus deesse interim solet, & uoluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & ea quæ sunt duobus, omnibúsue cõmunia. Nec statim diligentẽ putabo, qui promiscua quæ epicena dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterq; per alterum apparet, aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant, qualia sunt murena, & Glicerium. Scrutabitur mille præceptor acer atque subtilis origines nominum, † quæ ex habitu corporis rufos longosq; fecerunt. Vbi erit aliud secretius, Sylla, Burri, Galbæ, Plauti, Pansæ, Scauri, aliaq; ex casu nascentium, hinc Agrippa & Opiter, & Cordus, & Posthumus,

† ut Allobrox In hũc locũ cõsulite Camerariũ.

erunt, & his quæ post natos euenium, unde Vopiscus. Iam Cotta, Scipiones, Lenates, Serani sunt: & ex uarijs causis gentes quoq;, ac loca, & alia multa reperias inter nominũ causas. In seruis tã intercidit illud genus qd'ducebatur à domino, unde marcipores, publiporesq;. Quærat etiã, sit ne apud Græcos uis quædã sexti casus, & apud nos quoq; septimi. Nã cum dico hasta percußi, nõ uator ablatiui natura, nec si idẽ græce dicã datiui ὑπὸ δορί.

De uerbis & uerbalibus. CAP. VIII.

SEd in uerbis quoq; qs est adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & personas, & numeros? Literarij penè ista sunt ludi, et triuialis scientiæ. Iam quosdam illa turbabũt quæ declinationibus non tenentur. Nã & quædam participia, an uerbi appellationes sint dubitari potest, quia aliud alio loco ualent, ut lectus & sapiens. Quædã uerba appellationibus similia ut fraudator, nutritor. Iam, itur in antiquam syluam, nónne propriæ cuiusdam rationis est? Nam quod initium eius inueniasi cui simile fletur, accipimus, aliter, ut: Pãditur interea domus omnipotẽtis olympi. Aliter, ut: Totis Vsque adeò turbatur agris.

Est etiam quidam tertius modus, ut urbs habitatur, unde et cãpus curritur, mare nauigatur. Prãsus quoq;, atq; potus diuersum ualent q̃ indicant. Quid? quod multa uerba non totum declinationis ordinẽ ferũt? Quædã etiam mutantur, ut fero in præterito. Quædam tertiæ demũ personæ figura dicuntur, ut licet, piget. Quædã simile quid dã patiũtur, uocabulis in aduerbiũ trãscũtibus. Nã ut no-

Nam quod.) Eor & fcor non dicitur, illud autẽ pã ditur domus nõ admodũ dissimile est terti modi exẽplis, nisi fortassis hoc generalius dictũ accipiat. Turbat uero per se dictũ, impersonali ter uides, ut itidẽ bellatur cominus armis. PRANS. significat eni alterum eum, qui prandit, alterum qui potauit.

ctu & diu, ita dictu & factu. Sunt enim hæc quoq; uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoq;.

De uirtutibus & uitijs orationis. CAP. IX.

IAm cum omnis oratio tres habeat uirtutes, ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit, quia dicere apte, quod est præcipuum, pleriq; ornatui subijciunt, totidē uitia, quæ sunt supradictis contraria, emendate loquēdi regulam, quæ grammatices prior est pars, examinet. Hæc igitur uerbis, aut singulis, aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi uolo, nam duplex eorum intellectus est: alter, qui oīa per quæ sermo nectitur significat, ut apud Horat. Horat. in arte. Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Alter in quo est una pars orationis, lego, scribo. Quam uitantes ambiguitatem quidam dicere maluerunt, uoces, dictiones, locutiones, singula sunt, aut nostra, aut peregrina: aut simplicia, aut composita: aut ppria, aut translata: aut usitata, aut ficta. Vni uerbo uitium sæpius quàm uirtus inest. Licet enim dicamus aliquid proprium, speciosum, sublime, nihil tamen horum, nisi in complexu loquēdi, serieq; cōtingit. Laudamus enim uerba bene rebus accommodata. Sola est, quæ notari possit uelut uocalitas, εὐφωνία. quæ εὐφωνία dicitur, cuius in eo delectus est, ut inter duo, quæ idem significant, ac tantundem ualent, quod melius sonet, malis. Prima barbarismi, ac soloecismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc uitia, aut consuetudine, aut autoritate, aut uetustate, aut deniq; uicinitate uirtutum: Nam sæpe à figuris ea separare difficile est, ne quem tam lubrica obseruatio fallat, acriter se in illud

tenue discrimen grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figuris orationis tractandum erit. Interim uitium qd' fit in singulis uerbis, sit barbarismus. Occurrat mihi forsan aliquis, quid hic promissor tanti operis dignũ? aut quis hoc nescit, alios barbarismos scribendo fieri, alios loquendo? quia quod male scribitur, male etiam dici necesse est: qui uitiose dixerit, non utiq; & scripto peccat. Illud prius adiectione, detractione, immutatione, transmutatione: hoc secũdum, diuisione, complexione, aspiratione, sono contineri. Sed ut parua sint hæc, pueri docentur adhuc, & grammaticos officij sui commonemus. Ex quibus si quis erit planè impolitus, & uestibulum modo artis huius ingressus, intra hæc quæ profitenti um commentariolis uulgata sunt, cõsistet: doctiores multa adijciẽt, uel hoc primum, quod barbarismum pluribus modis accipimus: Vnum in gẽte, quale sit, si quis Afrum, uel Hispanum latinæ orationi nomen inserat, ut ferrum, quo rotæ uinciũtur, dici solet canthus, quanquam eo tanquam recepto utitur Persius, sicut Catullus ploxenũ circa Padum inuenit, & in oratione Labieni, siue illa Cornelij Galli est, in Pollionem, casnar assectator è Gallia ductum est, nam mastrugam, quod Sardum est, illudẽs Ciceroni ex industria dixit: Alterum genus barbarismi accipimus, quod fit animi natura, ut is à quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbare locutus existimatur: Tertium est illud uitium barbarismi, cuius exempla uulgò sunt plurima, sibi etiam quisq; fingere potest, ut uerbo cui libebit adijciat literam syllabámue, uel

Barbarismꝰ.

Illud prius.) Hoc est uitiũ scriptionis, ut si quis scribat leggo, beibo, æ depol, michi, cũ sit lego, bibo, edepol, mihi. Itẽ Musse, conia, pro Musæ cicornia. Itẽ corrapio, cecurri, adsum, cũ sit corripio, cucurri, assum, Itẽ Brutus, ꝑ Bruto. Lectionis uitia sunt, ut ꝑhęstat, cereꝑstat, cecomminuit brũ, cum sit uerꝫ ꝑstat, cerebrũ. Item Chomoda, chorus, ꝑ tenuibus. Mastrug.) Ex oratione ꝑ Scauro, q̃

nunc non extat hunc locum citãt, & de prouincijs consularib⁹ mastrucatos latrunculos dicit.

detrahat, aut aliam pro alia, aut eandẽ alio, quàm rectũ est, loco ponat. Sed quidam ferè in iactationem eruditionis sumere illa ex Poëtis solent, & autores quos prælegũt criminantur. Scire autem debet puer, hæc apud scriptores carminum, aut uenia digna, aut etiam laude duci, potiusq; illa docendi erunt minus uulgata. Nam duos in uno nomine faciebat barbarismos Tinca Placentinus, si reprehendenti Hortensio credimus, preculam pro pergula dicens, et immutatione cũc pro g uteretur, et transmutatione cum r præponeret e antecedenti. At in eadẽ uitij geminatione, & Metico Suffecico dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Sed in prosa quoq; est quædam iam recepta immutatio. Nam Cicero Canopitarum exercitũ dicit, ipsi canobon uocant, & Thrasimenum pro Tharsomeno, multi autores, etiam si est in eo transmutatio, uendicauerunt, similiter alia: nam siue est falsum assentior, Sisenna dixit assentio, multiq; & hunc & analogiam secuti, siue illud uerum est, hæc quoq; pars consensu defenditur. At ille pexus, pinguisq; doctor, aut illic detractionem, aut hic adiectionem putabit. Quid? quod quædam quæ singula proculdubio uitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur? Nam & dua & tre & pondo diuersorum generum sunt barbarismi. At duapondo, & trepondo, usq; ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala cõfirmat. Absurdum forsan uideatur dicere barbarismũ, quod est unius uerbi uitiũ, fieri, per numeros, aut genera sicut solœcismum: scala tamen & scopa, contraq; hordea, & musta, licet literarũ mutatio-

Gellius ex Varrone locum hac de re citat.

nem, detractionem, adiectionem non habeant, non alio uitiosa sunt, q̃ quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur: & gladia qui dixerunt, genere excid̃erũt. Sed hoc quoq; notare contentus sum, ne arti, culpa quorundã peruicaciũ, perplexe uidear & ipse quæstionem addidisse. Plus exigũt subtilitatis quæ accidũt in dicẽdo uitia, quia exẽpla eorũ tradi scripto nõ possunt, ni si cũ in uersus inciderũt, ut diuisio διαιρεσις Europæi, et ei contrariũ uitiũ, qd̃ συναιρεσιν et συναλοιφὴν Græci uocãt, nos cõplexionẽ dicimus, qualis est apud P. Varro.

Cum te flagranti deiectum fulmine Phæton.

Nam si esset prosa oratio, eãdem literas †enunciare ueris syllabis licebat. Præterea quæ fiunt spacio, siue cum syllaba correpta producitur, ut:

Italiam fato profugus. Seu longa corripitur, ut:

Vnius ob noxam & furias. Extra carmen non deprehendas, sed nec in carmine uitia ducẽda sunt. Illa uero nõ nisi aure exiguntur, quæ fiunt per sonos, quanquam per aspirationem, siue adijcitur uitiose, siue detrahitur, apud nos potest quæri, an inscriptio sit uitium, si h litera est, non nota, cuius quidem ratio mutata cum temporibus est sæpius. Parcissime ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum œdos, ircosq; dicebant. Diu deinde reseruatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Græccis, & triumpis. Erupit breui tempore nimius usus, ut choronæ, chenturiones, præchones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos usque †uehementer, & comprehendere,

Quidam mutarũt in multa, offens. credo quod Ouidius dixerit: Nouamusta, & Martialis in Vaticanis condita musta cadis, & ipse Fab. lib. 1. musta autstera.

†enumerare

H aspiratio.

Consule Ioach. Camer. annotat.

†frequenter

& mihi: nam mehe quoq; pro me apud antiquos, Tragœdiarum præcipue ſcriptores in ueteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, ut uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τόνος dicut, uel accentus, quas Græci προσῳδίας uocant, cum acuta et grauis alia pro alia ponitur, ut in hoc Camillus ſi acuitur prima, aut grauis pro flexa, ut Cethegus, et prima acuta. Nã ſi media mutatur, aut flexa pro graui, †aut grauis pro apice circũducta ſequetur: quã ex duabus ſyllabis in unã cogẽtes, et deinde flectentes dupliciter peccant. Sed id ſæpius in græcis nõibus accidit, ut Atreus: quẽ nobis iuuenibus doctiſſimi ſenes acuta prima dicere ſolebãt, ut neceſſario ſecunda grauis eſſet. Item Terei, Nereiq;. Hæc de accentibus tradita. Cæterum iam ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam grãmaticos ſic docere, ac loqui, ut propter quædam uocum ac uerborũ diſcrimina, uerbum interim acuto ſono finiant, ut in illis: Quæ circum littora, circũ Piſcoſos ſcopulos. nec ſi grauem poſuerint ſecundam, circus dici uideatur, nõ circuitus. Itẽ quantũ quale, interrogantes, graui, cõparantes, acuto tenore cõcludunt, qd̃ tamen in aduerbijs fere ſolis ac pronominibus uendicant in cæteris ueterẽ legem ſequuntur. Mihi uidetur cõditionẽ mutare, quod his locis uerba cõiungimus. Nã cũ dico circum littora, tanquam unum enuncio diſſimulata diſtinctione: itaq; tanquam in una uoce, una eſt acuta, qd̃ idem accidit in illo: Troiæ qui primus ab oris. Euenit ut metri quoq; conditio mutet accentum, ut:

†aliâs ſic, aut apice cir cumducta ſequenti.

Tanq̃ unũ.) Sicut ſemp. lenitas. Sẽp. deus. primus ab, nam per ſe poſitũ ab acueretur.

Pecudes pictæq; uolucres. Nam uolúcres media acuta legam, quia etsi natura breuis, tamẽ positione longa est, ne faciat iambum, quem non recipit uersus herous. Separata uerò hæc à præcepto nostro non recedent, aut si cõsuetudo uicerit, uetus lex sermonis abolebitur, cuius difficilior apud Græcos obseruatio est, quia plura illis loquendi genera, quas διαλέκτους uocant, & quod aliás uitiosum, interim aliás rectum est, apud nos uero breuissima ratio: Nanq; in omni uoce, acuta intra numerum trium syllabarum continetur, siue hæ sint in uerbo solæ, siue ultimæ, & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Trium porro, de quibus loquor, media longa, aut acuta, aut flexa erit, eodem loco breuis utique grauem habebit sonum ideoq; positam ante se, id est ab ultima tertiã acutam. Est autem in omni uoce utiq; acuta, sed nunquam plus una, nec ultima unquam: ideoq; in dyssyllabis prior. Præterea nunquam eadem flexa & acuta: itaq; neutra claudet uocem latinam. Ea uero quæ sunt syllabæ unius, erũt acuta aut flexa ne sit aliqua uox sine acuta. Et illa per sonos accidunt, quæ demonstrari scripto non possunt, uitia oris & linguæ, ἰοτακισμοὺς & λαβδακισμοὺς & ἰχνοθέτας & πλατασμοὺς feliciores fingendis nominibus Græci uocãt, sicut κοιλοσομίαν cum uox quasi in recessu oris auditur. Sunt etiam pprij quidã et inenarrabiles soni, quibus nonnunquam nationes reprehendimus. Remotis igitur omnibus, de quibus supra diximus, uitijs, erit illa quæ uocatur ὀρθοέπεια, id est emendata cum suauitate uocũ explanatio. Nam sic accipi potest recta. Cæ

Et illa per.) Cũ qd plus æquo, aut minꝰ sonat, collisiones, & hiatus ἰχνοθέτας & πλατασμούς dixit.

Nationes.) Vt nos sibilationẽ illã Gallicã cum Schurolũ dicũt & Scãpaniã, q̃ scripto tñ exprimi non potest.

tera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt, quorum est so-
lœcismus, quãquam circa hæc quoq; disputatum est: nam
+complexu. etiam qui +contextu, orationis accidere eum cõfitentur,
quia tamen unius emendatione uerbi corrigi possit, in
uerbo esse uitium, non in sermone contendunt, cum siue
amaræ corticis, seu medio cortice, per genus facit solœci-
smum, quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit u-
triusque Virgilius autor. Sed fingamus utrumlibet non
recte dictum, mutatio uocis alterius, in quã uitium erat,
Manifeſt. ca lũnię.) Vide licet in uerbo esse Solœcismum non in sermone. Nã neq; per se amaræ, nec amaro, neq; corticis neq; cortice reprehendi potest, sed cõstructio fuerit uitiosa cũ sit peccatum in genere.
rectam loquendi rationem sic reddit, ut amari corticis
fiat, uel media cortice, quod manifestæ cãlumniæ est:
neutrum enim uitiosum separatim est, sed compositio-
ne peccatur, quæ iam sermonis est. Illud eruditius quæ-
ritur, an in singulis quoque uerbis possit fieri solœci-
smus, ut si unum quis ad se uocans dicat, uenire, aut si
plures à se dimittens, ita loquatur, abi aut discede? Nec
non cum responsum ab interrogatione dissentit, ut si di-
centi, quem uideo, ita occurras, ego. In gestu etiam non-
nulli putant idem uitium inesse, cum aliud uoce, aliud
uultu, uel manu demonstratur. Huic opinioni neque o-
mnino accedo, neq; planè dissentio: nam id fateor posse
accidere uoce una, non tamen aliter, quàm si sit aliquid,
quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa refe-
ratur, ut solœcismus ex complexu fiat eorum, quibus res
significantur, & uoluntas ostenditur. Atque ut omnem
effugiam cauillationem, fit aliquando in uno uerbo, nun-
quam in solo uerbo. Per quot autem, & quas accidat spe-
cies, non satis conuenit, qui planissime, quadripertitam
Cũ aliud uoce.) Vt si illud Terẽtianum: ò cælũ ò terra ita pronuntiatũ sit, ut manus in priore deficeretur, in altero sustol leretur.

uolunt esse rationem, nec aliam quam barbarismi, ut fiat adiectione, ut Veni de Susis in Alexandriam: Detractione, ambulo uiam, Aegyptō uenio, nec hoc fecit: Trāsmutatione, qua ordo turbatur. quoque ego, enim hoc uoluit, autem nō habuit. Ex quo genere an sit igitur in uitio sermonis dubitari potest, quia maximos autores in diuersa fuisse opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperiatur. Hæc tria genera quædam diducunt à solœcismo, & adiectionis uitium πλεονασμόν, detractionis ἔλλειψιν, muersionis ἀναστροφήν, uocant, quæ si in speciem solœcismi cadant, ὑπερβατὸν quoq; appellari eodem modo posse. Immutatio sine controuersia est cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissime in uerbo, quia plurima huic accidunt, ideoq; in eo fiunt solœcismi per genera, tempora, personas, modos siue quia sit tus eos dici, seu qualitates placet, uel sex, uel ut alij uolūt, octo: nam totidē uitiorū erunt formæ, in quot species eorum quidq; de quibus supradictum est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularem, ac pluralem habemus, Græci & δυϊκὸν. Quanquam fuerūt, qui nobis quoque adijcerent dualem, scripsere, legere, quod deuitandæ asperitatis gratia mollitū est, ut apud ueteres pro malefacis, male mereris, male merere, ideoq; quod uocant duale. in illo solo genere consistit, cum apud Græcos & in uerbi tota fere ratione, et in nominibus deprehēdatur, & sic quoq; rarissimus eius sit usus, apud nostrorum uero neminem hæc obseruatio reperiatur, quin è contrario.

Immutatio.

De modis loge Diomedis.

Aeneid. 1. Deuenere locos, &c: Conticuere oēs, et: Cōsedere duces,
Aeneid. 2.
Metamo. 13. aperte nos doceant, nil horum ad duos pertinere: Dixe
re quoq;, quanquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit
exemplū, de pluribus patronis præco pronūciet. Quid?
non Tit. Liuius circa initia ſtatim primi libri: Tenuere,
inquit, arcem, Sabini, & mox: in aduerſum Romani ſubi
ere? Sed quem potius ego, quàm M. Tullium ſequar? qui
in Oratore, Non reprehēdo, inquit, ſcripſere, ſcripſerūt
eſſe uerius ſentio. Similiter in uocabulis & nominibus
fit ſolœciſmus genere, numero, proprie autem caſibus,
quicquid eorum alteri accedet, huic parti ſubiungatur
licet, per comparationes, & ſuperlationes, itemq; in qui
bus patrium pro poſſeſſiuo dicitur, uel econtra. Nam ui
tium quod fit per quantitatem, ut magnum peculiolum,
erunt qui ſolœciſmum putent, quia pro nomine integro
poſitum ſit diminutum. Ego dubito, an id improprium
potius appellem, ſignificatione enim deerat. Soloeciſmi
porrò uitium non eſt in ſenſu, ſed in complexu. In parti
cipio per genus, & caſum, ut in uocabulo: per tempora,
ut in uerbo: per numerum, ut in utroq;, peccatur. Prono
men quoq; genus, numerum, caſus habet, quæ omnia reci
piunt huiuſmodi errorem. Fiunt ſolœciſmi, & quidem
plurimi per partes orationis, ſed id tradere ſatis nō eſt,
ne ita demū uitium eſſe credat puer, ſi pro alia ponatur
alia: ut uerbū ubi nomē eſſe debuerit, uel aduerbium ubi
pronomen, & ſimilia. Nam ſunt quædam cognata, ut di
cunt, id eſt, eiuſdem generis, in quibus, qui alia ſpecie q̄
oportet utetur, non minus quàm ipſo genere permutato,

Patrium no
men Gram
matici uo
cant, in quo
patriæ ſigni
ficatio ineſt
ſicut gentile
in quo gen
tis, ut Roma
nus Athenie
ſis.

deliquerit. Nam & an, & aut coniunctiones sunt, male tamen interroges, hic aut ille sit. Et ne ac non aduerbia, qui tamen dicat pro illo ne feceris, non feceris, in idem incidat uitium, quia alterum negandi est, alterum uetandi: Hoc amplius, intrò & intus loci aduerbia, eo tamen intus, & intrò sum, solœcismi sunt. Eadem in diuersitate pronominum, interiectionum, præpositionum accident. Est etiam solœcismus in oratione comprehensionis unius sequentium, ac priorum inter se inconueniens positio. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici uitiosa non possunt, ut tragœdia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia, quanquam hæc sequenti tempore interciderunt, nunquam aliter à ueteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud Poëtas, sed Oratoribus quoq; permissa. Verum schema ferè habebit aliquam rationem, ut docebimus eo, quem paulo ante promisimus, loco. Sed hoc quoq; quod schema uocetur, si ab aliquo per imprudentiam factum erit, solœcismi uitio non carebit. In eadem specie sunt, sed schemate carent, ut supra dixi, nomina fœminina, quibus mares utuntur: & neutralia, quibus fœminæ. Hactenus de solœcismo: neque enim artem grammaticam cõponere aggressi sumus: sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam trãsire noluimus. Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, uerba aut latina, aut peregrina sunt. Peregrina porrò ex omni bus propè dixerim gentibus, ut homines, instituta etiam multa uenerunt. Taceo de Thuscis, & Sabinis, & Prænestinis quoq;: nam ut eorum sermone utentem Vectiũ Lu-

An. Aut. Ne. Non.

Intrò. Intus.

Peregrina uerba.

Vectius Vetianꝰ è Mar

fis inter externos oratores à Cicerone nominatur in Bruto.

cillius insectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio patauinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeam: plurima gallice ualuerunt, ut rheda, ac petoritum, quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur, & a mappam quoq;, usitatum circo nomen, Pœni sibi uendicant, & gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Sed hæc diuisio mea, ad græcum sermonem præcipue pertinet: nam & maxima ex parte romanus inde conuersus est. Et confessis quoq; Græcis utimur uerbis, ubi nostra desunt, sicut illi à nobis nonnunq; mutuantur. Inde illa quæstio exoritur, an eadē ratione per casus duci externa, qua nostra, conueniat. At si reperias grammaticum ueterum amatorē, neget quicquam ex latina ratione mutādum, quia cum sit apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat cum uno casu nostro quinque Græcis uti. Quinetiam laudet uirtutē eorum, qui potentiorem facere linguam latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur. In de Castŏrem media syllaba producta pronunciarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem, quas Castor literas exit. Et ut Palæmo, ac Thelamo & Plato (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur, retinuerūt, quia latinum quod o & n literis finiretur, nō reperiebant. Nec in a quidem atque s literas exire temere masculina græca nomina recto casu patiebantur. Ideoq; & apud Cælium legimus, Pelia Cincinnatus, & apud Messálam, bene fecit Euthia & apud Ciceronem, Hermagora: Ne miremur, quod ab

Cicero pro Milone.

Horatius li. 1. sat. 6.

Quia hoc. Hoc est oīa Latina declinabant per o longum, quæ quidem definerēt nō or.

antiquorum plerisq;, Aenea & Anchisa sit dictus. Nam si ut Mecœnas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitiuo casu nõ æ litera, sed tis syllaba terminarentur. Inde olympo & tyranno acutam mediam syllabam dederunt, quia duabus lõgis sequentibus, primam breuem acui noster sermo non patitur. Sic genitiuus Achilli & Vlyßi fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt, græcis nominibus græcas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque iam Cassyphonem dixerim, ut Iunonem, quanquam secutus antiquos. C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. Sed autoritatem consuetudo superauit. In cæteris quæ poterunt utroq; modo non indecenter efferri, qui græcam figuram sequi malit, non latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Simplices uoces prima positione, id est natura sua constãt, compositæ autem præpositionibus subiũguntur, ut innocens, interdũ repugnantibus inter se duabus, quale est imperterritus, alioqui possunt aliquando contiuari duæ, ut incompositus, reconditus, et quo Cicero utitur, + subabsurdũ. Aut è duobus quasi corporibus coalescũt, ut maleficus. Nam ex tribus nostræ utiq; linguæ non concesserim, quamuis capsis, Cicero dicat cõpositũ esse ex cape si uis: & inueniantur qui Lupercalia, æquæ tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprũ. Solitaurilia, ita persuasum est esse ex sue, oue et tauro. Et sanè ita se habet, sacrũ quale apud Homerũ quoq; est. Sed hæc non tam ex tribus q̃ ex particulis trium coëunt.

In 23. b

Compositio nes nominũ. Repug.) Quæ inte gre iungi nequeant.

+ subaudere

In oratori

In xi. Odiß.

Cæterum etiam ex præpositione, et duobus uocabulis duo uidetur struxisse Pacuuius: Nerei repãdro strũ incuruiceruicum pecus. Iunguntur autem, aut ex duobus latinis integris ut superfui, subterfugi, quãquam ex integris an composita sine quæritur. Aut ex integro & corrupto, ut maleuolus: Aut ex corrupto & integro, ut noctiuagus: Aut duobus corruptis, ut pediſequus: Aut ex nostro & peregrino, ut bicliniũ: aut contrà, ut epitogius & Anticato: Aut ex duobus peregrinis, ut Epirhediũ. Nam cum sit præpositio ἐπὶ græca, rheda gallicum, nec Græcus tamen, nec Gallus utitur composito, Romani suum ex utroq; alieno fecerunt. Frequenter autem præpositiones quoq; copulatio ista corrumpit, inde abstulit, aufugit, amisit, cum præpositio sit ab sola: & coit, cum sit præpositio con, sic ignaui & erep. & similia: sed res tota magis Græcos decet, nobis minus succedit, nec id fieri natura puto, sed alienis fauemus, ideoq; cum κυρταυχένα mirati sumus, incuruiceruicũ uix à risu defendimus. Propria sunt uerba, cum id significant, in quod primum denominata sunt. Translata, cum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vsitatis tutius utimur. Noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt oratori, repudiata, etiam in ios exeunt. Audendum tamen, nanq; ut Cicero ait, etiam quæ primo dura uisa sunt, usu molliũtur. Sed minimè nobis concessa est ὀνοματοποιία, quis enim ferat, si quid simile illis meritò laudatis λιγὺ βιόᾳ, & σιγῇ ἀνεμόεν fingere audeamus? Iam ne balare, aut hinnire fortiter

Ab.) Cũ tamen dicaſa & abs. Sed uideri uult Quintilianꝰ hæc compoſita à præpoſitiõe ab. Sola igitur hoc eſt extra cõpoſitionem. Nã abp̃poſitio, quaſi primitiua & à & abs fit.

diceremus, nisi iudicio uetustatis niterentur. Est etiam
sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. Sermo cõstat
ratione, uetustate, autoritate & consuetudine. Ratione
præstat præcipue analogia, nonnunquam et etymologia.
Vetera maiestas quædam, & ut sic dixerim, religio com
mendat. Autoritas ab oratoribus uel historicis peti solet.
Nam Poetas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil
impediente in utroq; , modulatione pedum alterum ma
luunt qualia sunt: Imo de stirpe recisum. &: Aeneid. II.
Aëriæ quo congessere palumbes. &:
Silice in nuda. & similia, cum summorum in eloquen
tia uirorum iudicium pro ratione, & uel error honestus
est, magnos duces sequentibus. Consuetudo uero certissi
ma loquendi magistra, utendumq; planè sermone, ut nu
mo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt
+acre iudicium, in analogia præcipue, quam proxime ex +graue Analogia.
græco transferentes in latinum, proportionem uocauc
runt: Eius hæc uis est, ut id quod dubium est, ad aliquid
simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis
probet. Quod efficitur duplici uia, comparatione simili
um, in extremis maxime syllabis (propter quod ea quæ
sunt è singulis, negantur debere rationem) & diminu
tione. Comparatio in nominibus, aut genus deprehẽdit,
aut declinationem: Genus, ut si quæratur, funis masculi
num sit an fœmininum, simile illi sit panis: Declinatione,
ut si ueniat in dubium, hac domu dicendum sit, an hac do
mo, & domuum an domorum, similia sunt domus, anus,
manus. Diminutio genus modo detegit. Et ne ab eodem

D

exemplo recedam, funem masculinum esse funiculus ostendit. Eadem in uerbis quoq; ratio comparationis, ut si quis antiquos secutus, feruere breui media syllaba dicat, deprehenditur uitiose loqui, quod omnia quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadem si in infinitis e literam media syllaba acceperunt, utique productam habent, prandeo, pendeo, spondeo: prandere, pendere, spondere. At quæ o solam habent, dummodo per eandem literam in infinito exeant, breuia fiunt, lego, dico, curro, legere, dicere, currere. Etiamsi est apud Lucilium: Feruit aqua & feruet, feruit nunc, feruet ad annum. Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si feruit putat illi simile currit, & legit, feruo dicetur, ut curro & lego, quod nobis inauditum est. Sed non est hæc uera comparatio: nam feruit illi est simile feruit, quam proportionem sequenti dicere necesse est feruire, ut seruire. Prima quoque aliquando positio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto conuictos à me qui reprehenderant, quod hoc uerbo usus essem pepegi: Nam id quidem dixisse summos autores confitebantur, rationem tamen negabant permittere, quia prima positio paciscor, cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito pactus sum. Nos præter autoritatem oratorum atque historicorum, analogia quoque dictum tuebamur. Nam cum in XII tabulis legeremus: ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadunt. Inde prima positio, etiam si uetustate exoleuerat, apparebat pago, ut cado: unde nõ erat dubiũ, sic pepigi nos dicere, ut cecidi.

Sed meminerimus, non per omnia duci analogiæ posse rationem, cum sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quædam sine dubio conantur eruditi defendere, ut cum deprehensum est lepus & lupus simili positione, quantum casibus numerisque dissentiant, ita respondent, non esse paria: quia lepus epicœnum sit, lupus masculinum: Quanquam Varro, in eo libro quo initia Romanæ urbis enarrat, lupum fœminam dicit, Ennium, Pictorémque Fabium secutus. Illi autem ijdem cum interrogantur, cur de per apri, & pater patris faciat, illud nomen positum, hoc ad aliquid contendunt. Præterea quoniam utrunque à Græcis ductum est, ad eam rationem recurrunt, ut ὡς βοὸς patris, κάπρος capri faciat. Illi tamen quomodo effugient, ut nomina quamuis fœminina, singulari nominatiuo u s finita, nunquam genitiuo casu in ris syllabam terminantur, faciat tamen Venus Veneris? Item cum e s literis finita per uarios exeant genitiuos, nunquam tamen eadem ris syllaba terminatos? Ceres cogat dici Cereris? Quid uero, quæ tota positionis eiusdem in diuersos flexus exeunt? cum Alba faciat Albanos & Albenses, uolo, uolui & uolaui. Nam præterito quidem tempore, uarie formari uerba prima persona o litera terminata, ipsa analogia confitetur. Siquidem facit cado cecidi, spondeo, spopondi, pingo pinxi, lego legi, pono posui, frango fregi, laudo laudaui. Non enim cum primum fingerentur homines, analogia demissa cœlo, formam loquendi dedit, sed inuenta est posteà quam loquebamur, & notatum in sermone, quid quo

modo caderet: itaq; non ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed obseruatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quàm consuetudo. Inhærent tamẽ quidam molestißima diligentiæ peruersitate, ut audaciter potius dicant, quàm audacter, licet omnes oratores aliud sequantur, & emicauit non emicuit, & conire non coire. His permittamus & audiuisse & sciuisse, & tribunale, & faciliter dicere, frugalis quoque sit apud illos non frugi, nam quo alio modo fiat frugalitas? Iidem centum milia nummûm, & fidem deûm ostendunt duplices solœcismos esse, quando & casum mutant & numerum. Nescie bamus enim, ac non cõsuetudini et decori seruiebamus, sicut in plurimis, quæ Tullius in Oratore diuine, ut omnia, exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, quod is calidum dicere, quàm calodum malit, non quia nõ sit latinum, sed quia sit odiosum, & ut ipse græco uerbo significauit φειδεγόν. Atque hanc quidam ὀρθοέπειαν solam putant, quam ego minime excludo: Quid enim tam necessarium, quàm certa locutio? imò inhærendum ei iudico quoad licet, diu etiam mutantibus repugnandum, sed abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cuiusdã est, et friuole in paruis iactãtiæ. Multũ enim est literatus, qui sine aspiratione, & producta secunda syllaba salutauit, auete (est enim) & calefacere dixerit potius, quàm quod dicimus, & cõseruauisse: his adijciat face & dice, & similia. Recta est hæc uia, quis negat? sed adiacet & mollior, & magis trita. Ego tamẽ non alio magis angor, quàm quod obliquis casibus

Caiũ & Luciũ nepotes ex Iulia & Agrippina Augusti habuit, quorũ C. in Lycia, Lucio Massiliæ defuncto est, unius epistolæ Augusti exemplũ ad C. extat apud Gelliũ lib. 15. cap. 7.

ducti etiam primas sibi positiones non inuenire, sed mutare permittunt, ut cum ebur & robur ita dicta ac scripta in summis autoribus, in o literam secundæ syllabæ transferunt, quia sit roboris et eboris. Sulphur autem et guttur u literam in genitiuo seruent, ideoq; etiam iecur & femur controuersiam fecerunt, quod non minus est licentiosum, quam si sulphuri & gutturi subijcerent in genitiuo literam o mediam, quia esset eboris & roboris, sicut Antonius Gnipho, qui robur quidem & ebur, atque etiã marmur fatetur esse, uerũ fieri uult ex his robura, ebura, marmura. Quod si animaduerterẽt literarũ affinitatẽ, scirent sic ab eo, quod est robur, roboris fieri, quo modo ab eo qd' est miles, limes, militis, limitis: iudex, uindex, iudicis, uindicis, et quæ supra iam attigi. Quid? non similes quoq;, ut dicebam, positiones, in longe diuersas figuras per obliquos casus exeunt, ut uirgo, Iuno, fusus, lusus, cuspis, puppis, & mille alia, cum illud etiam accidat, ut quædam pluraliter non dicantur, quædam contrà singulari numero, quædam casibus careant, quædam à primis statim positionibus tota mutentur, ut Iupiter. Quod uerbis etiam accidit, ut fero tuli, cuius præteritum perfectum, & ulterius non inuenitur. Nec plurimum refert, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari, quid spes plurali faciet? Quomodo autem quire et ruere, uel in præterita faciendi modo, uel in participia transibunt? Quid de alijs dicam, cum senatus senatuis senatui, an senatus senati senato faciat, incertum sit? Quare mihi non inuenuste dici uidetur, aliud esse la-

Gnipho Grãmaticę Ciceronis se culo, quẽ & audiuisse illẽ in prætura quoq; tradit à Trãquillo.

time, aliud grammatice loqui. Hæc de analogia nimium.

Etymologia.

Etymologia, quæ uerborum originem inquirit, à Cicerone dicta est notatio, quia nomen eius apud Aristotelē inuenitur συμβολον, quod est nota: nam uerbum ex uerbo ductum, id est uerriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui uim potius intuiti originationē uocent. Hæc habet aliquando usum necessarium, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget, ut cum M. Cælius se esse hominem frugi uult probare, non quia abstinēs sit (nam id ne mentiri quidem poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignatur etymologiæ locus. Nonnunq; etiam barbara abe nendatis conatur discernere, ut cum triquetram dici Siciliam, an triquedram, meridiem, an medidiem oporteat, quæritur, aliaq; quæ consuetudini seruiunt. Continet in se multam eruditionem, siue illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipue Aeolica ratione, cui est sermo noster simillimus, declinata, siue ex historiarum ueterum notitia, nomina hominū, locorum, gentium, urbium requiramus, unde Bruti, Publicolæ, Pithici: cur Latium, Italia, Beneuentum, quæ Capitolium, & collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio. Iam illa minora, in quibus maxime studiosi eius rei fatigātur qui uerba paulum declinata, uarie & multipliciter ad ueritatem reducunt, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut permutatis literis syllabis ue. Unde prauis ingenijs ad fœdissima usq; ludibria labūtur: Sit ne consul à consulēdo, an à iudicādo: Nā & hoc con

Cic. in Topicis.

Cicero Tuscul. iij. Nonnunq; etiam.) hoc est etymologia ostēdere uult q̄ dictionū naturalis facies sit, si quando illā usus quasi lucauit.

Aeolica ut mutatio ou in breue u, & interpositio u pro cōsonante, ut ouū Dauus. Bruti.) Vide Liuiū lib. 1. De publicola lib. 11.

Consulere.

fulere uocauerunt. Vnde adhuc remanet illud, rogat bo
ni consulas, id est bonum iudices, Senatui nomen dederit
etas: nam ijdē patres sunt, ut rex, rector, et alia plurima
indubitata. Nec abnuerim tegulæ, regulæq;, & similium
his, rationem. Iam sit & classis à calando, & lepus leuis
pes, & uulpes uolipes, etiam interpretatiōem rectā
sequendam, improbandam contrariam, à con
trarijs aliqua sinemus trahi, ut lucus, quia umbra opacus
parū luceat, & ludus, quia sit longissime ab lusu, & dis
quia minime diūcs, etiā ne hominē appellari, quia sit hu
mo natus, quasi uero nō oībus animalibus cadē origo, aut
illi primi mortales ante nomē imposuerint terræ q̄ sibi,
& uerba ab aēre uerberato. Pergamus, sic peruenietis
cousq;, ut stella, luminis stilla credatur, cuius etymologiæ
autorem clarum sanè in literis nominari in ea parte quā
à me reprehēditur, inhumanū est: qui uero talia libris cō
plexi sunt, nomina sua ipsi inscripserūt, ingenioseq; sibi
uisus est + Caius cœlebes dicere, ueluti cœlites, quod one + Gabinius.
re grauissimo uacent, idq; græco argumēto, nihil enim
eadem de causa dici affirmant. Nec ei cedit Modestus in
uentioe. Nam quia Cœlo Saturnus genitalia abscidit, hoc
nomine appellatos, qui uxore careant. + At Lælius pitui + Ait Aeli⁹.
tam, quia petit uitam. Sed cui non post Varronem sit ue
niaq; qui agrū quia in eo agatur aliqd, et graculos qa gre
gatim uolent, dictos Ciceroni persuadere uolait (ad cum
enim scribit) cum alterū ex græco sit manifestū duci, al
terū ex uocibus auiū: Sed hoc tanti fuit uertere, ut meru
la, quia sola uolat, quasi mera uolās nominaretur. Quidā

non dubitauerunt etymologiæ ſubijcere omnem nominis cauſam, ut ex habitu, quemadmodum dixi, longos & ruſſos, ex ſono ſtrepere, murmurare, etiam deriuatã, ut à uelocitate dicitur uelox, & compoſita pleraque his ſimilia, quæ ſine dubio aliunde originem ducunt, ſed arte non egent, cuius in hoc opere non eſt uſus niſi in dubijs.

a Mappam.) Mappas lintea dicebant, quæ cœnantibus in menſam dabantur, aut quæ afferebant ipſi. Martial. XII. Attulerat mappam nemo dum furta timentur. ἀθόνην Græci uocant, Iaci autem à prætore mappam cõſueuiſſe, ludis Circenſibus, uel ex Suetonio manifeſtum eſt. Et Martialis in eo ſimodo citauimus Epigrammate, Cretatam prætor cum uellet mittere mappam. Id autem fuiſſe ſignum magis quàm præmium crediderim.

b Inde olympo.) uide Annotationes Camerarij.

c Sed minime.) Lege Ioach. Camerar.

Cuiuſmodi uerbis ſit utendum. CAP. X.

VErba uetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione: nam & autoritatem antiquitatis habent, et quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem parant. Sed opus eſt modo, ut neq; crebra ſint hæc, nec manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, nec utique ab ultimis & iam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt toper, & antigerio, & exantlare, & proſapia, & Saliorum carmina uix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & conſecratis utendum eſt. Oratio uero, cuius ſumma uirtus eſt perſpicuitas, quàm ſit uitioſa ſi egeat interprete. Ergo ut nouorum optima erunt maxime ueterã, ita ueterum maxime noua. Similis circa autoritatem ratio. Nam etiam ſi

poteſt uideri nihil peccare, qui utitur his uerbis, quæ ſummi autores tradiderunt, multum tamen refert, non ſolum quid dixerint, ſed etiam quid perſuaſerint. Nec tuburchinabundum & lurchabũdum iam in nobis quiſquam ferat, licet Cato ſit autor. Nec hos lodices, quanq; id Pollioni placeat, nec gladiola, atqui Meſſala dixit, nec paricidatũ, quod in Cælio uix tolerabile uidetur, nec colos mihi Cãlius perſuaſerit, quæ nec ipſi iam dicerent.

De conſuetudine. CAP. XI.

SVpereſt igitur conſuetudo: nam fuerit penè ridiculum, malle ſermonem, quo locuti ſint homines, quàm quo loquantur: Sanè quidem eſt aliud uetus ſermo, quàm uetus loquendi conſuetudo. Sed hũc ipſi neceſſarium eſt iudicium, conſtituendúmque in primis id ipſum, quid ſit quod conſuetudinem uocemus: quæ ſi ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculoſiſſimum dabit præceptum, non orationi modò, ſed (quod maius eſt) uitæ. Vnde enim tantũ boni, ut pluribus quæ recta ſunt placeant? Igitur ut uelli, & comam in gradus frangere, et in balneis perpotare, quamlibet hæc inuaſerint ciuitatẽ, non erit conſuetudo, quia nihil horum caret reprehenſione: at lauamur & tondemur, & conuiuimus ex cõſuetudine. Sic in loquẽdo, non ſi quid uitioſe multis inſederit, pro regula ſermonis accipiendum erit. Nam ut tranſeam quem ad modum uulgo imperiti loquuntur, tota ſæpe theatra, & omnem circi turbam exclamaſſe barbare ſcimus. Ergo cõſuetudinẽ ſermonis uocabo conſenſum eruditorum, ſicut uiuendi, conſenſum bonorum.

De orthographia. CAP. XII.

NVnc quoniam diximus quæ sit loquendi regula, dicendũ quæ scribentibus custodienda, quod Græci ὀρθογραφιαν uocant, nos recte scribendi scientiam nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, ut nouerimus quibus quæq; syllaba literis cõstet. Nam id quidem infra grammatici officium est, sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem, in dubijs habet, ut longis syllabis omnibus apponere apicem ineptißimum est, quia plurimæ natura ipsa uerbi, quod scribitur, patent, sed interim necessarium, cum eadem litera alium atq; aliũ intellectũ, prout correpta uel producta est, facit, ut malus, arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba lõga, aliud sequẽti significat. Et cum eadem litera nominatiuo casu breuis, ablatiuo longa est: utrum sequamur plerunq; hac nota monẽdi sumus. Similiter putauerũt illa quoq; seruanda discrimina, ut ex præpositionem, si uerbum sequeretur spectο, adiecta secũdæ syllabæ s litera, exspectο: sed si pecto, remota s scribere mus. Illa quoq; seruata est à multis differentia, ut ad, cum esset præpositio, d literam: cum autem coniunctio, t acciperet. Item cum si tempus significaret, per quom: si comitem, per c, ac duas sequentes scriberetur. Frigidiora hîs alia, ut quicquid, c quartã habaret, ne interrogare bis uideremur. Et quotidie non cotidie, ut sit quod diebus. Verum hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt. Queri solet in scribẽdo, præpositiones, sonum quem iunctæ efficiunt, an quem separatæ, obseruare conueniat, ut cum di

eo obtinuit, secundam enim b literam ratio poscit, aures magis audiunt p. Et immunis, illud n quod ueritas exigit, sequentis syllabæ sono uictum, m gemina cõmutatur. Est etiam in diuidendis uerbis obseruatio, mediam literam consonantem priori, an sequenti syllabæ adiungas. Aruspex enim, quia pars eius posterior à spectando est, s literam tertiæ dabit: Abstemius, quia ex abstinentia temeti compositus uox est, primæ relinquetur. Nam k quidem in nullis uerbis utendum puto, nisi quæ significat etiam ut solet ponatur. †Hoc eo non omisi, quod quidã ea quoties à sequatur necessariam credunt, cum sit c litera, quæ ad omnes uocales uim suam perferat. Verum orthographia quoq; consuetudini seruit, ideoq; sæpe mutata est. Nã illa uetustissima transeo tẽpora, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris earum formæ fuerint, & uis quoq; diuersa, sicut apud Græcos o literæ, quæ interim loga ac breuis, ut apud nos: interim pro syllaba, quã nomine suo exprimit, posita est, ut latinis ueteribus d plurimis in uerbis ultimam adiectam, quod manifestum est etiam ex columna rostrata, quæ est Iulio in foro posita. Interim g quoq; ut in puluinari Solis qui colitur iuxta ædẽ Quirini, uesprug. quod uespergimem accipimus. De mutatione etiã literarũ, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse est. Fortasse enim sicut scribebant, loquebantur. Semiuocales geminare diu non fuit usitatissimi moris, atq; ecõtrario usq; ad Acciũ et ultra, porrectas syllabas gemi nis, ut dixi, uocalibus scripserunt. Diutius durauit, ut e i iungedis eadem ratione, qua Græci e / uterentur, ea casi

†Hoc & nõ omiserim. Apud Græcos)O apud Græcos cũ & u tẽpe solũ modo differãt, sicut o & ω nec u. ne que ω literæ figura prius cognita fuit. Plinius anno tauit Simonidem inuenisse. Porro syllabã quã suo nomine exprimat ac cipio ou. Nãita hanc breuẽ, & alterã u dixerunt. Vno exẽplo satis planũ fieri posse arbitror, pnũciasse uetteres, compertas cũ alia dictiõe præpo

sitiones non integre, sed eo quasq; so no quem sequens litera desideraret. Sic em apud Plautũ uocãti seruus respondet. Assum. Tũ ille. At ego elixo sic uolo, inquit. Has mutatiões Grãmatici uocant.

bus numerisq; discreta est, ut Lucilius præcipit:

Iam puerei uenere e postremum facito atque ei,
Vt puerei plures fiant, ac deinceps. Idem:
Mendacei, fureiq; addes e, cum dare furi Iusseris.

Quod quidem cum superuacuum est, quia i tam longæ q̃ breuis naturam habet, tum incõmodum aliquando. Nam in his, quæ proximam ab ultima literam e habebunt & i longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur e gemina, qualia sunt hæc aurcei, argenteei, & similia, id quod his præcipue, qui ad lectionem instituentur, etiam impedimento erit, sicut in Græcis accidit adiectione i literæ, quam nõ solum datiuis casibus in parte ultima ascribunt, sed quibusdam etiam interponunt, ut in ΧΡΙΣΤΩι, quia etymologia ex diuisione in trisyllabis facta desideret eam literam ac syllabam, cuius nunc e literam ponimus, uarie per a & i efferebant, quidam semper, ut Græci, quidam singulariter tantum, cum in datiuum, uel genitiuum casum incidissent. Vnde Pictai uestis, & + aulai Vergilius amantissimus uetustatis carminibus inseruit. In ijsdem plurali numero utebantur, hi Syllæ, Galbæ. Est in hac quoq; parte Lucilij præceptum, quod quia pluribus explicatur uersibus, si quis parũ credat, apud ipsum in nono requirat. Quid, quod Ciceronis tẽporibus, paulumq; infra, ferè quoties s litera media uocalium longarum, uel subiecta longis esset, geminabatur? ut caussæ, cassus, diuissiones, quomodo & ipsum, et Vergilium quoque scripsisse manus eorum docent. Atqui paulum superiores, illud quod nos gemina dicimus, iussi una dixe-

runt. Etiam optimus, maximus, ut mediam i literam, quæ ueteribus u fuerat, acciperent, C. primum Cæsaris inscriptione traditur factum. Here nunc è litera terminamus, at ueterum comicorum adhuc libris inuenio, heri ad me uenit, quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendauit, deprehenditur. Quid, non Cato Censorius dicam & faciam, dice & face scripsit, eundemq; in cæteris, quæ similiter cadunt, modum tenuit? quod ex ueteribus eius libris manifestũ est. Et à Messala in libro de s litera positum sibe, & quase scriptum in multorum libris est. Sed an hoc uoluerint autores nescio: T. Liuium his usum ex Pædiano comperi, qui & ipse eum sequebatur, hæc nos i litera finimus. Quid dicã uortices, & uorsus, cæteraq; ad eundem modum, quæ primo Scipio Africanus in e literam secundam uertisse dicitur: Nostri præceptores ceruom seruomq; u et o literis scripserunt, quia subiecta sibi uocalis in unum sonum coalescere, & confundi nequiret, nunc u gemina scribũtur ea ratione quã reddidi, neutro sanè modo uox quam sentimus efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam F ad hos usus literam adiecerat. Illud nunc melius, quod cui tribus quas proposui literis enotamus, in quo pueris nobis ad pinguem sane sonum, quoi utebantur, tantum ut ab illo qui distingueretur. Quid, quæ scribuntur aliter quàm enuntiantur? Nam & Gaius C. litera notatur, quæ inuersa mulierem declarat, quia tam Caias esse uocitatas, quàm Cæios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eam literam in prænominis nota accipit, qua sonat, & colum

Ea ratione.) Iem & V in fidere sibi supra docuit in conficit & uulgus. Claud.) Suetonius tradit triũ literarum figuras excogitasse Claudium, ex quibus Aeolicis digamma una, & ⅁ duplicis altera

fuit. τὴν τρίτην χαίρω. Gaias.) Ingrediens mariti domum noua nupta iubebat ita dicere. Vbi tu Gaius, ego Gaia. Anno tauit Plutarchus ratione addita, quòd tũ mulier communẽ administrationẽ rei domesticæ tanquam materfamilias uendicaret sibi. Suburra.) Suc. Vnde à succurrendo Grammatici deduxerunt.

na, exempta an: & Consules geminata eadem litera ss legimus. & suburra cum tribus literis notatur, c tertiam ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hoc quoq; uereor, ne modum tam paruæ quæstionis excesserint. Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus. Nam hoc ualere plurimum debet. Ego, nisi quod consuetudo obtinuerit, sic scribendum quicque iudico quomodo sonat. Hic enim est usus literarum, ut custodiant uoces, & uelut depositum reddant legentibus. Itaq; id exprimere debent, quod dicturi sumus. Hæ ferè sunt emendate loquendi, scribendiq; partes, duas reliquas, significanter ornateq; dicendi, non equidẽ grãmaticis aufero: sed cum mihi officia rhetoris superfint, maiori operi reseruo. Redit autem illa cogitatio, quosdam fore, qui hæc quæ diximus parua nimium, & impedimenta quoq; magis aliquid agendi, putent. Nec ipse ad extremam quoq; anxietatem, et ineptas cauillationes descendendũ, atq; his ingenia cõcidi, & cõminui credo. Sed nihil ex grãmatica nocuerit, nisi qd superuacuum est. An ideo minor est M. Tullius orator, quod idẽ artis huius diligẽtissimus fuit, & in filio, ut epistolis apparet, recte loquendi usq; quaq; asper quoq; exactor? Aut uim C. Cæsaris fregerũt editi de analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdã totos libellos, non uerbis modo singulis, sed etiã literis dedit? Non obstant hæ disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus. Epilogus

a Cęsarem Dictatorem dicit: Hos libros accipio fuisse, quorum mẽtio fit in Bruto à Cicerone ad ipsum scriptorum de lingua Latina.

a asper quoq; exactor?

De lectione pueri. CAP. XIII.

SVpereſt lectio, in quâ puer ut ſciat ubi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco uerſum diſtinguere, ubi claudatur ſenſus, unde incipiat, quando attollenda, uel ſub mittenda uox, quid quoq; flexu, quid lentius, celerius, cõ citatius, lenius dicendum, demonſtrari niſi in opere ipſo non poteſt. Vnum eſt igitur quod in hac parte præci piam, ut omnia iſta facere poſſit intelligat. Sit autem Poe tarũ in primis lectio uirilis, et cùm ſuauitate quadam gra uis, & non quidem proſæ ſimilis quia carmen eſt, et ſe po etæ canere teſtantur, non tamen in canticum diſſoluta, nec + pſalmate, ut nunc à pleriſq; effœminata. De quo ge nere optime C. Cæſarem prætextatum adhuc accepimus dixiſſe: ſi cantas, maſe cantas: ſi legis, cantas. Nec proſo popœias, ut quibuſdam placet, ad + comicum morem pro + ſcenicum nunciari uelim. Eſſe tamen flexum quendam, quo diſtin guantur ab his, in quibus poëta perſona ſua utetur. Cæ tera admonitione magna egent, in primis, ut teneræ men tes tractur æq; altius quicquid rudibus & omnium igna ris inſederit, non modo quæ diſerta, ſed uel magis quæ honeſta ſunt diſcant: ideoq; optime inſtitutum eſt, ut ab Homero, atque Vergilio lectio inciperet, quanquam ad intelligendas eorum uirtutes, firmiore iudicio opus eſſet. Sed huic rei ſupereſt tempus, neque enim ſemel le gentur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat, & ex magnitudine rerum ſpiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtiles tragœdiæ, alunt et Lyrici, ſi ta mẽ in his nõ autores modò, ſed etiã ptes operis elegeris. Homerus. Vergilius. Lyrici.

Horatius.

Vide Ioachi. Camerariũ.

Comœdiæ.

Oeconomia, id est ordo & dipositio ẽdã argumẽti. Ita etiã Cicero lib. VI. scribens Attico. Nec οἰκονομίαν meã institutũ, sed ordinẽ conseruabo tuũ.

Nam et Græci licenter multa, et Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia uero utiq; qua amat, & hendecasyllabica, quibus sunt commata Sotadeorum (Nam de Sotadeis ne præcipiendum quidem est) amoueantur, si fieri potest: si minus, certe ad firmius ætatis robur reseruentur. Comœdiæ, quæ plurimum ad eloquentiam conferre potest, cum per omnes personas et affectus eat, quẽ usum in pueris putem, paulò post suo loco dicam. Nam cum mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda erit, dẽ Menandro loquor, nec tamen excluserim alios. Nam latini quoq; autores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quæ maxime ingenium alant atq; animum augeant, prælegẽda: cæteris quæ ad eruditionem modo pertinẽt, longa ætas spacium dabit. Multum autem ueteres etiam latini conferũt, quanquam plerisq; plus ingenio quàm arte ualuerũt, in primis copiam uerborum, quorum in tragœdijs grauitas, in comœdijs elegantia, & quidam uelut atticismos, inueniri potest. Oeconomia quoq; in his diligentior, quàm in plerisq; nouorum erit, qui omnium operum solam uirtutem sententias putauerunt. Sanctitas certe, et ut sic dicam, uirilitas ab his petenda, quando nos in omnia deliciarũ uitia, dicendi quoq; ratione deflexim⁹. Deniq; credamus summis oratoribus, qui ueterum poëmata, uel ad fidem causarum, uel ad ornamentum eloquẽtiæ assumunt. Nam præcipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam, & cæteros, qui sunt proximi, uidimus Ennij, Accij, Pacuuij, Lucilij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inseri uersus, summa non eru-

ditionis modò gratia, sed etiam iucunditatis, cum poëti
cis uoluptatibus aures à forẽsi asperitate respirent, qui
bus accedit nõ mediocris utilitas, cum sententijs eorum,
uelut quibusdam testimonijs, quæ proposuere confirmẽt.
Verum priora illa ad pueros magis, hæc sequentia ad ro
bustiores pertinebunt, cum grammatices amor, & usus
lectionis, non scholarum temporibus, sed uitæ spacio ter
minentur. In prælegendo, grammaticus & illa quidem
minora præstare debebit, ut partes orationis reddi sibi
soluto uersu desideret, et pedum proprietates, quæ adeò
debent esse notæ in carminibus, ut etiam in oratoria com
positione desiderentur, deprehendantq; quæ barbara,
quæ impropria, quæ contra legem loquendi sunt compo
sita, non ut ex his uticq; improbentur poëtæ: quibus, quia
plerunq; seruire metro coguntur, adeò ignoscitur, ut uio
tia ipsa alijs in carmine appellationibus nominẽtur. Me
taplasmos enim, & schematismos, et schemata, ut dixi, uo
camus, & laudem uirtutis necessitati damus. Sed ut como
neat artificialium, & memoriam agitet. Id quoq; inter
prima rudimenta non inutile, demonstrare quod, quæq;
uerba modis intelligenda sint. Circa glossemata etiam,
id est uoces minus usitatas, non ultima eius professionis
diligentia est. Enimuero maiore cura iam doceat tropos
omnes, quibus præcipue non poëma modò, sed etiam ora
tio ornatur, schemata utraq;, id est, figuras quæq; λέξεως
ὡς, quæq; διανοίας uocantur, quorum ego sicut tropo-
rum tractatum in eum locum differo, quo mihi de orna-
tu orationis dicendũ erit. Præcipue uero illa infigat ani-

mis, quæ in Occonomia uirtus, quæ in decoro rerū, quid personæ cuique conuenerit, quid in sensibus laudandum, quid in uerbis, ubi copia probabilis, ubi modus. His accedat enarratio historiarum, diligens quidem illa, non tamen usque ad superuacuum laborem occupata. Nam

†autoribus

receptas, aut certe claris † oratoribus memoratas exposuisse satis est. Persequi quidem quod quisq; unquam uel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ, aut inanis iactantiæ est, & detinet, atq; obruit ingenia, melius alijs uacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione scedas excutit, anilibus quoq; fabulis accommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grammaticorum commentarij, uix ipsis, qui composuerunt, satis noti. Nam Didymo quoque, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut cum historiæ cuidam tanquam uanæ repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat, quod euenit præcipue in fabulosis usque ad deridicula, quædam etiam pudenda, unde improbissimo cuiq; pleraque fingendi licentia est, adeò ut de libris totis, & autoribus, ut succurrit, mentiatur tutò, quia inueniri, qui nunquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissime deprehenditur à curiosis. Ex quo mihi inter uirtutes grāmatici habebitur, aliqua nescire.

Nescire aliqua uirtutis loco est.

De Officio Grammatici, & quæ primordia sint dicendi. CAP. XIIII.

ET finitæ quidē sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur, id est, ratio loquēdi, & enarratio au

torum, quarum illã methodicen, hanc historicen uocant. Adijciamus tamen eorũ curæ quædã dicendi primordia, quibus ætates nondum rhetoren capientes instituant. Igitur Aesopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximæ succedunt, narrare sermone puro, et nihil se supra modũ extollente. Deinde eandẽ gracilitatẽ stylo exigere cõdiscant uersus primo soluere, mutatis uerbis interpretari, tum paraphrasi audacius uertere, quia & breuiare quædã et exornare, saluo modò poëtæ sensu pmittitur. Quod opus, etiã cõsummatis professoribus difficile, qui cõmode tractauerit, cuicunq; discendo sufficiet, Sententiæ, & chriæ, et ethologiæ, subiectis dictorum rationibus, apud Grãmaticos scribantur, quia initium ex lectione ducũt. Quorum omniũ similis est ratio, forma diuersa, quia sententia uniuersalis est uox, ethologia personis cõtinetur. Chriarũ plura genera traduntur. Vnũ simile sententiæ, quod est positũ in uoce simplici, dixit ille, aut, dicere solebat: Alterum quod est in respondẽdo, interrogatus ille, uel cum ei dictũ esset, respondit: Tertiũ huic non dissimile, cum quis non dixisset, sed aliquid uel fecisset, etiam in ipsorũ factis chriã esse putãt, ut Crates, cum indoctum puerum uidisset, pædagogũ eius percussit. Et aliud penè par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audẽt, sed dicũt χρειώδες, ut Milo, quẽ uitulũ assueuerat ferre, taurum ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdẽ ducitur casus, & tam factorũ q̃ dictorũ ratio est. Narratiunculas à poëtis celebratas, notitiæ causa nõ eloquentiæ tractandas puto. Cætera maioris operis ac spiritus,

Vide Ioach. Camerariũ. Chriæ.

Xpeiωδες Chriæ simile.

†ꝑceptores latini †rhetores relinquendo, necessaria grammaticis fecerunt: Græci magis operum suorum & onera, & modum norunt.

An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. CAP. XV.

HAec de grammatica quàm breuissime potui, non ut omnia dicerem, sectatus, quod infinitum erat, sed ut maxime necessaria: nunc de cæteris artibus, quibus instituendos priusquam tradantur rhetori, pueros existimo, strictim subiungam, ut efficiatur orbis ille doctrinæ, quem Græci ἐγκυκλοπαιδείαν uocant. Nam iisdem fere annis aliarum quoq; disciplinarum studia ingredienda sunt, quæ quia & ipsæ artes sunt, & esse perfecte sine his orandi scientia non potest, nec rursus ad efficiendum oratorem satis ualent solæ, an sint huic operi necessariæ, quæritur. Nam quid, inquiunt, ad agendam causam, dicendámue sententiam pertinet scire, quemadmodum in data linea constitui triangula æquis lateribus poßint? Aut quo melius, uel defendet reum, uel regret consilia, qui citharæ sonos nominibus, & spacijs distinxerit? Enumerent fortasse multos, quamlibet utiles foro, qui nec geometren audiuerunt, nec musicos, nisi hac communi uoluptate aurium, intelligant. Quibus ego primum hoc respondeo, quod & M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur, non eum à nobis institui oratorem, qui sit, aut fuerit, sed imaginem quandã concepisse nos animo perfecti illius, ex nulla parte cessantis. Nam et sapientem formantes, eum qui sit fin

turus consummatus undique & ut dicunt, mortalis quis dam deus, non modo cognitione cœlestium uel mortalium putant instruendum, sed per quædam parua sanè, si ipsa demum æstimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates, non quia ceratinæ, aut crocodilinæ possint facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oportet falli. Similiter oratorem, qui debet esse sapiens, non Geometres faciet, aut Musicus, quæq; his alia subiugam, sed hæ quoque artes, ut sit consummatus, iuuabunt. Nisi forte antidotum quidem, atq; alia, quæ morbis, aut uulneribus medentur, ex multis, atq; interim contrarijs quoque inter se effectibus componi uidemus, quorum ex diuerso fit illa mixtura una, quæ nulli earum similis est, quibus constat, sed proprias uires ex omnibus sumit, & mutat animalia mellis illiu inimitabilem humanæ rationi saporem, uario florum ac succorum genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil præstatius homini dedit prouidentia, pluribus artibus egeat? quæ etiam cum se no ostendut in dicendo, nec proferunt, uim tamen occultam suggerunt, & tacitæ quoque sentiuntur. Fuit aliquis sine his disertus? Ast ego oratorem uolo. Non multum adijciut? Sed æque non erit totum, cui uel parua deerunt, & optimum hoc esse conueniet, cuius etiam si in arduo spes est, nos tamen præcipiamus omnia, ut saltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? natura enim perfectum Oratorem esse non prohibet. Turpiter q; desperatur, quicquid fieri potest.

De Musice & eius laudibus. CAP. XVI.

AT qui ego uel iudicio ueterum poteram esse contentus. Nam quis ignorat Musicen (ut de hac primũ loquar) tanẽ iam illis antiquis tẽporibus non studij modò, uerũetiam uenerationis habuisse, ut ijdem musici, & uates, & sapientes iudicarentur? Mittam alios, Orpheus et Linus, quorum utrunque dijs genitum, alterum uero, quia rudes quoque atq; agrestes animos admiratione mulceret, non feras modo, sed saxa etiam, syluasq; duxisse, posteritatis memoriæ traditum est. Et Timagenes autor est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen extitisse. Et testimonio sunt clarissimi Poëtæ, apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum, atque deorum ad citharam canebantur. Iopas uero ille Vergilij, nonne canit:

Orpheus.) Negat Cicero ex Aristotele lib. 1. de diuina.

Timagenes.

Apud Homerũ Achilles & Phemius.

Aeneid. 1. Errantem lunam, solisq; labores, & cætera.

Quibus certe palam cõfirmat autor eminentissimus, musicen diuinarũ cũ etiam rerũ cognitione esse coniunctã, quod si datur, erit etiam oratori necessaria: siquidem, ut diximus, hæc quoq; pars, quæ ab oratoribus relicta, à philosophis est occupata, nostri operis fuit, ac sine oim talium scientia non potest esse pfecta eloquentia. Atqui claros nomine sapientiæ uiros nemo dubitauerit studiosos musicæ fuisse, cum Pythagoras, atq; eum secuti acceptam sine dubio antiquitus opinionem uulgauerint, mũdum ipsum eius ratione esse compositum, quam postea sit lyra imitata. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia, quam uocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederũt. Nam Plato cum in alijs quibusdam, tum præcipue in

Timæo, ne intelligi quidem, nisi ab his, qui hanc quoque partem disciplinæ diligenter perceperint, potest. Quid de philosophis loquor? quorum fons Socrates iam senex Plato in Eu-
thydemo.
institui lyra non erubescebat. Duces maximos & fidi-
bus, & tybijs cecinisse traditum est: Exercitus Lace-
dæmoniorum musicis accensos modis. Quid autem ali-
ud in nostris legionibus cornua, ac tubæ faciunt? quo-
rum concentus quanto est uehementior, tantum Roma-
na in bellis gloria cæteris præstat. Non igitur frustra
Plato ciuili utro, quem πολιτικὸν uocant, necessariam
musicen credidit. Et eius sectæ, quæ alijs seueriβima, alijs
asperrima uidetur, principes, in hac fuere sententia, ut
existimarent sapientum aliquos nonnullam operam his
studijs accommodaturos. Lycurgus duriβimarum Lace-
dæmonijs legum autor, musices disciplinam probauit. At
que eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labo-
res, uelut muneri nobis dedisse. Siquidem et remiges can
tus hortatur, nec solum in his operibus, in quibus pluri-
um conatus præeunte aliqua iucunda uoce conspirat, sed
etiam singulorum fatigatio, quamlibet se rudi modulatio
ne solatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ uide
or, nondum eam tamen oratori coniungere. Transeamus
igitur id quoque, quod grammatice quondam, ac musice
iunctæ fuerunt. Siquidem Architas, atque Aristoxenus,
etiam subiectam grámaticen musicæ putauerunt, & eos-
dem utriusq; rei præceptores fuisse, cum Sophron ostendit, Sophron.
Mimorum quidem scriptor, sed quem Plato adeò probauit, ut suppositos capiti libros eius, cũ moreretur,

habuisse credatur, tum Eupolis, apud quem Pordamus et Maric⁹. Hoc nomine exagitauit Hypbolũ Eupolis, ut ex nebul. Aristopha. apparet. Significat aũt mollem & effœminatũ, uel ὑποκόρισμα βαρβαρικόν ἐστι, φασίν. Lyra in cœnis. Cicero Tusculi. primo. ἄμουσοι καὶ χαρίτων λίχα. οὐκ οἶδ' ὅτι.

musicen, & literas docet. Et Maricas qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi literas confitetur. Aristophanes quoq; non uno libro, sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo senex, qui reposcenti filium patri uelut rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat, opponens, se psaltrijs et Geometris multa dicit dedisse: Vt de etiam ille mos, ut in conuiuijs post cœnam circumferretur lyra: cuius se imperitũ cum Themistocles confessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorum habent carmen. Quæ cum omnia sint à Numa rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi uidentur, curam musices, quantam illa recipiebat ætas, defuisse. Denique in prouerbium usq; Græcorum celebratum est, indoctos à Musis, atq; Gratijs abesse. Verum quid ex ea proprie petat futurus Orator, disseramus. Numeros musice habet duplices, in uocibus & in corpore: utriusque enim rei aptus quidam modus desideratur. Vocis ratione Aristoxenus musicus diuidit in ῥυθμὸν & μέλος & μέτρον, quorum alterum modulatione, canore alterum, ac sonis cõstat. Num igitur non hæc omnia oratori necessaria? quorũ unum ad gestũ, alterum ad collocationẽ uerborum, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoque plurimi pertinet, Nisi forte in carminibus tantum, & in canticis exigitur structura quædam: & inoffensa

copulatio uocum, in agendo superuacua est, aut non compositio, & sonus in oratione quoq; uarie pro rerum modo adhibetur, sicut in musice. Nanq; & uoce, & modulatione grandia elate, iucunda dulciter, moderata leniter canit, totaq; arte consentit cum eorum, quæ dicuntur, affectibus. Atqui in orando quoq; intensio uocis, remissio, flexus, pertinet ad mouēdos audientium affectus. Alia quoque et collocationis, et uocis (ut eodem utar uerbo) modulatione concitationem iudicum, alia misericordiam petimus, cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diuersum habitum sentiamus. Corporis quoq; decens, et aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, est necessarius, nec aliunde peti potest, in qua pars actionis non minima consistit, qua de re sepositus nobis est locus. Age, si habebit in primis curam uocis orator, quid tam Musices proprium? Sed ne hæc quidem præsumenda pars est, ut uno interim contenti simus exemplo C. Gracchi, præcipui suorum temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus, fistula, quam tonarion uocant, modos, quibus deberet intendi, ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones, uel terreti optimates, uel iam timenti fuit. Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (ut uocant) musa, dubitationem huius utilitatis eximere: nam Poëtas certe legendos oratori futuro concesserint. Num igitur hi sine Musice? at si quis tā cæcus animi est, ut de alijs dubitet, illos certe, qui carmina ad lyram composuerunt. Hæc diutius forent dicenda, si hoc studium uelut nouum præciperem. Cum uero

Historia nota ex Cicero. de Orat. & Gellio.

antiquitus à Chirone, atque Achille usque ad nostra tempora apud omnes, qui modò legitimam disciplinam non sint perosi, duraverit, non est committendum, ut illa duabia faciã, defensionis solicitudine. Quamuis autem satisiam ex ipsis, quibus sum modò usus, exẽplis, credam esse manifestum, quæ mihi, & quatenus Musice placeat, apertius tamen proferendum puto, non hanc à me præcipi, quæ nunc in scenis effœminata, & impudicis modis fracta, non ex parte minima, si quid in nobis uirilis roboris manebat, excidit, sed qua laudes fortium canebantur, quáque & ipsi fortes canebant: Nec psalteria, & †sambuca †spadicas etiam uirginibus probis recusanda, sed nec cognitionem rationis, ad mouendos, leniendosq; affectus plurimum ualet. Nam & Pythagoram accipimus, conscitatos ad uim pudicæ domui afferendam iuuenes, iussa mutare in spondeum modos tibicina, composuisse. Et Chrysippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi, suum quoddam carmen assignat. Est etiam non irerudite ad declamandum ficta materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium cecinerat, acto illo in insaniam, et per præcipitia delato accusari, qd causa mortis extiterit: Quæ si dici debet ab oratore, nec dici citra scientiam Musices potest, quomodo non hanc quoque artem necessariam esse usui nostro, uel iniquiconsemiens?

†sambuca ἀπάδιξ ἡτὸ ὄργανον ἐστι apud Polluce inter organa musica.

De Harmoniis multa Atheneus li. 14.

Commodam Geometriam Oratori.

CAP. XVII.

IN Geometria partem fatentur esse utilem teneris ætatibus, agitari namque animos, & acui, & ingenia ad celeritatem percipiendi uenire, inde concedunt, sed prodesse eam non ut cæteras, cum perceptæ sint, sed cum discatur, existimant. Id uulgaris opinio est, nec sine causa summi uiri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt. Nam cum sit geometria diuisa in numeros atq; formas, numerorum quidem notitia non oratori modò, sed cuicũq; primis saltem literis erudito necessaria est. In causis uero uel frequentissime uersari solet, in quibus actor, nõ dico si circa summas trepidat, sed si digitorum saltẽ incerto, aut indecoro gestu à cõputatiõe dissentit, iudicatur indoctus. Illa uero lineāris ratio, & ipsa quidẽ cadit frequenter in causas: nam de terminis, mensuris q̃ sunt lites, sed habet quandam aliam cum arte oratoria cognatiõem. Iam primum ordo est geometriæ necessarius, nónne et eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat in sequentia, & certis incerta, nónne id in dicẽdo facimus? Quid illa propositarũ quæstionum cõclusio, non tota ferè constat syllogismis? Propter quod plures inuenies, qui dialecticæ similem, q̃ qui rhetoricæ fateantur hanc artẽ. Verum & orator etiam si raro, non tamen nunq̃ probabit dialectice. Nã & syllogismis si res poscet utetur, & certe enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus. Denique probationũ quæ sunt potentissimæ, grammicæ ἀπὸ τῶν ἐπιζητουμένων uulgò dicuntur. Quid aũt magis oratio, q̃ probationem petit? Falsa quoque ueri similia, geometria ratione deprehendit. Fit hoc et in numeris per quasdam, quas

Vide annotationes Ioachimi Cam.

pseudographias uocant, quibus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nam quis non ita proponenti credat: Quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligunt, eorum spacium quoq; quod his lineis continetur, par sit necesse est? at id falsum est. Nam primum refert, cuius sit formæ ille circuitus, reprehensiq; à geometris sunt historici, qui magnitudinem insularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæque forma perfectissima, ita capacissima est. Ideoq; circumcurrens linea, si efficiet orbem, quæ forma est in planis magis perfecta, amplius spacium complectetur, quàm si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus æquis lateribus, quàm inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora, nos facillimum etiam imperitis sequamur experimentũ. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudine patere, nõ ferè quisquam est qui ignoret, & qui sit circuitus, & quantum campi claudat, colligere expeditum. At centeni & octogeni in quamq; partem pedes idem spatium extremitatis, sed multo amplius diuisæ quatuor lineis æreæ faciũt. Id si computare quæpiget, breuioribus numeris idẽ discat: nã deni in quadrã pedes, quadraginta per oram, intrà centum erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint, ex illo quod amplectuntur quartam deducent eodem circumductu. Si uero porrecti utrinq; undeuiceni singulis distent, non plures intus quadratos habebunt, quàm per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autem linea, eiusdem spatij erit.

Iugerum.

†clausi quatuor lineis faciunt.

euius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quæ drati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Ergo etiam id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo cludatur. Hoc in planis: Nam in collibus uallibusq; etiam imperito patet, plus soli esse quàm cœli. Quid? quod se eadem Geometria tollit ad rationem usque mundi, in qua cum siderum certos constitutosq; cursus numeris docet, discimus nihil esse inordinatũ atq; fortuitũ, quod ipsum nonnunquam pertinere ad oratorem potest. An uero cũ Pericles Athenienses Solis obscuratione territos, reddi tis eius rei causis, metu liberauit: Aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione disseruit, ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terre rentur, nõ uidetur esse usus oratoris officio? Quod si Ni cias in Sicilia fecisset, non eodem confusus metu, pulcher rimum Atheniẽsium exercitum perdidisset. Sicut Dion, cum ad destruendam Dionysij tyrannidem uenit, non est tali casu deterritus. Sint exempla licet usus bellici, trãsea musq; quod Archimedes unus obsidionem Syracusarum in longius traxit, illud utiq; iam propriũ ad efficiendum quod intendimus, plurimas quæstiones, quarum difficilio or alia ratione explicatio est, ut de ratione diuidẽdi, de sectione in infinitũ, de celeritate augendi linearibus illis probationibus solui solere, ut si est oratori (quod proxi mus demonstrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nul lo modo sine Geometria esse posit orator.

De Pericle Gallocq; Sul pitio exẽpla sunt apud Valeriũ lib. 8. cap. XI. De Nicia Thucydides lib. VII. De Dione Plutarchus.

De prima pronunciatione, & gestus institutione. CAP. XVIII.

Dandum aliquid Comœdo quoq;, dum eatenus, quã pronunciandi scientiam futurus orator desideret. Non enim puerum quem in hoc instituimus, aut fœmineæ uocis exilitate frangi uolo, aut seniliter tremere, nec uitia ebrietatis effingat, nec seruili uernilitate imbuatur nec amoris, auaritiæ, metus, discat affectũ, quæ neq; oratori sunt necessaria, & menti præcipue in ætate prima teneram adhuc, & rudem inficiunt. Nam frequens imitatio, transit in mores. Nec gestus quidem omnis, ac motus à comœdis petendus est, quanquam enim utrunq; eorum ad quendam modum præstare debet orator, plurimum tamẽ aberit à scenico, nec uultu, nec manu, nec excursionibus nimius. Nam siqua in his ars est dicentium, ea prima est, ne ars esse uideatur. Quod est igitur huius doctoris officium? In primis uitia, siqua sunt, oris emendet, ut expressa sint uerba, ut suis quæq; literæ sonis enũcientur. Quarundam enim uel exilitate, uel pinguitudine nimia laboramus. Quasdam uelut acriores parum efficimus, & alijs nõ dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe e literæ qua Demosthenes quoq; laborauit, λ succedit, quarum uis est apud nos quoq;: & cum c ac similiter g non ualuerũt, in t ac d molliuntur. Ne puero quidem illa circa s literam delicias hic magister feret, nec uerba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare, nec quod minime sermoni puro conueniat, simplicem uocis naturam pleniore quodam sono circumlinire, quod Græci κατατεπλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt fo

raminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddit. Curabit etiã, ne extremæ syllabæ intercidãt, ut parum sibi sermo sit, ut quoties exclamandum erit, laterum conatus sit ille, non capitis, & gestus ad uocem, uultus ad gestum accommodetur. Obseruadum erit etiam, ut recta sit facies dicentis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat, ne supinus uultus, ne deiecti in terrã oculi, ne inclinata utrolibet ceruix: Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos, quorum supercilia ad singulos uocis conatus allcuarentur, aliorum constricta, aliorum etiam dissidentia, cum altero in uerticem tenderent, altero pene oculus ipse premeretur. Infinitum autem, ut mox dicemus, in his quoque rebus momentum est. Et nihil potest placere, quod non decet. Debet etiam docere Comœdus, quomodo narrandum, qua sit autoritate suadendum, qua concitatione consurgat ira, quis flexus deceat miserationem. Quod ita optime faciet, si certos ex comœdijs elegerit locos, & ad hoc maxime idoneos, id est actionibus simíles. Iidem autem ad pronunciandum non modo utilissimi, uerum ad augendam quoque eloquentiam maxime accommodati erunt. Et hæc dum infirma ætas maiorã non capiet. Cæterum cum legere orationes oportebit, cum uirtutes earũ iam sentiet, tum mihi diligens aliquis, ac peritus assistat, neque solũ lectiõe formet, uerũ discere etiam electa ex his cogat, & ea dicere stantem clare, & quemadmodũ agere oportebit, ut protinus pronunciatione uocem & memoriam exerceat. Ne illos quidẽ reprehendendos puto,

qui paulum etiam paleſtricis uacauerunt. Non de his loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino conſumitur qui corporis curamentem obruerunt. Hos enim abeſſe ab eo, quem inſtituimus quamlongiſſime uelim. Sed nomen eſt idem his à quibus geſtus motuſq; formantur, ut recta ſint brachia, ne indoctæ ruſticæ úe manus, ne ſtatus indecorus nequa in proferendis pedibus inſcitia, ne caput oculiq; ab alia corporis inclinatiõe diſſideant. Nã neq; hoc eſſe in parte pronunciationis negauerit quiſq;, nec ipſam pronunciationem ab oratore ſeçernet. Et certe quod facere oporteat, non indignandum eſt diſcere, cum præſertim hæc chironomia, quæ eſt (ut nomine ipſo declaratur) lex geſtus, & ab illis temporibus heroicis orta ſit, & à ſummis Græciæ uiris, & ab ipſo etiam Socrate probata, à Platone quoq; in parte ciuilium poſita uirtutum, & Chryſippo in præceptis de liberorũ educatione compoſitis non omiſſa. Nam Lacedæmonios quidem etiam ſaltationem quandam, tanq; ad bella quoq; utilem, habuiſſe inter exercitationes accepimus. Neque id uetеribus Romanis dedecori fuit. Argumentum eſt ſacerdotum nomine, ac religione durãs ad hoc tẽpus ſaltatio. Et illa in 3. Ciceronis de Oratore li. uerba Craſſi, q̃bus præcepit, ut orator utatur laterum inclinatione forti, ac uirili, non à ſcena & hiſtrionibus, ſed ab armis, aut etiam paleſtra, cuius diſciplinæ uſus in noſtram uſq; ætatem ſine reprehenſione deſcendit. A me tamen nec ultra pueriles annos retinebitur, nec in his ipſis diu: neq; enim geſtum oratoris componi ad ſimilitudinem ſaltatiõis uolo,

Socratẽ cũ ſtudioſe σωμασκῆσαι tradit. Xenophõ ἀπομνημ. primo τοῦτε σώματος ἀμελοῦντας οὐκ ἐπῄνει. De Gymnaſtica Plato de repub. iij. de legib. vij. Lacedemonios ſaltationem πυρρίχην accipio.

sed subesse aliquid ex hac exercitatiõe puerili, unde nos non id agentes, furtim decor ille discentibus traditus prosequatur.

An prædicta discenda sint eodem tempore.

CAP. XIX.

QVæri solet, an, etiam si discenda sint hæc, eodem tempore tamen tradi omnia, et percipi possint. Negant enim quidam, quia cõfundatur animus ac fatigetur, tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipse sufficiat. Et si maxime patiatur hæc ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspiciunt, quantum naturæ humani ingenij ualeat, quæ ita est agilis, & uelox sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum, in plura uero non eodem die modò, sed eodem temporis momento, uim suam impendat. An uero citharœdi, non simul et memoriæ, & sono uocis, et pluribus flexibus seruiunt? cum interim alios neruos dextera percutiunt, alios leua trahunt, continent, probant, ne pes quidem otiosus certam legem temporum seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehẽsi? nónne alia dicimus, alia prouidemus? cum pariter inuẽtio rerum, electio uerborum, compositio, gestus, pronunciatio, uultus motusq; desideretur. Quæ si uelut sub uno conatu tam diuersa parent simul, cur non plurimis curis horas partiamur? cum præsertim reficiat animos, ac reparet uarietas ipsa, contrãq; sit aliquanto difficilius in labore uno perseuerare? Ideo

& ſtylus lectione requieſcit, & ipſius lectionis tædium uicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus, quodam tamen modo recētes ſumus ad id quod inciꝑimus. Quis nō obtundi poſſit, ſi per totum diem cuiuſcunq; artis unum magiſtrum ferat? mutatione recreabitur, ſicut in cibis, quorum diuerſitate reficitur ſtomachus, & pluribus minore faſtidio alitur. Aut dicant iſti mihi, quæ ſit alia ratio diſcendi, ſi grammatico ſoli deſeruiamus, deinde geometræ tātum. Omittamus interim quod didicimus, mox tranſeamus ad muſicum, excidant priora, & cum latinis ſtudebimus literis, non reſpiciamus ad græcas, & ut ſemel finiam, nihil faciamus niſi nouiſſimum. Cur non idem ſuademus agricolis, ne arua ſimul & uineta, & oleas, & arbuſtum colant, ne pratis, & pecoribus, & hortis, et alucaribus auibusq; accōmodent curā? Cur ipſi aliquid foꝛrēſibus negotijs, aliquid deſiderijs amicorum, aliquid rationibus domeſticis, aliquid curæ corporis, nonnihil uoluptatibus quotidie damus? quarum nos una res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeò facilius eſt multa facere quàm diu. Illud quidem minime uerendum eſt, ne laborem ſtudiorum pueri difficilius tolerent: neq; enim ulla ætas minus fatigatur. Mirum ſit forſitan, ſed experimentis deprehendas. Nam & dociliora ſunt ingenia prius quàm obduruerūt. Id uel hoc argumento patet, quod intra bienniū q̄ uerba recte formare potuerunt, quamuis nullo inſtante, omnia ferè loquuntur. At nouitijs noſtris, per quot annos ſermo latinus repugnat? Magis ſcias, ſi quē iam robuſtiū inſtituere literis cœperis, non ſine cauſa

dici παιδομαθες cos, qui in sua quidq; arte optime fa-
ciat. Et patiẽtior est laboris natura pueris, quàm iuueni-
bus, uidelicet ut corpora infantium, ne casus, quo in ter-
rã toties deferuntur, tã grauiter affligit, nec illa per ma-
nus, & genua reptatio, nec post breue tẽpus continui lu-
sus, & totius diei discursus, quia pondus illis abest, nec se
ipsi grauant, sic animi quoq;, quia minore conatu mouen-
tur, nec suo nisu studijs insistunt, sed formando se tanũ-
modo præstant, non similiter fatigantur. Præterea secũ-
dum aliam ætatis illius facilitatem, uelut simplicius doce-
tes sequuntur, nec quæ iam egerint, metiuntur. Abest
illis adhuc laboris iudiciũ. Porrò ut frequẽter experti su-
mus, minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio. Sed ne
temporis quidem unq; plus erit, quia his ætatibus omnis
in audiẽdo profectus est. Cum ad stylum secedet, cum ge-
nerabit ipse aliquid atq; componet, tum inchoare hæc stu-
dia uel non uacabit, uel non libebit. Ergo cum grammati-
cus totum diem occupare non poßit, nec debeat, ne discẽ-
tis animum tædio auertat, quibus potius studijs hæc tem
porum uelut succisiua donabimus? Nam nec ego consumi
studentem in his artibus uolo, nec moduletur, aut musi-
cis notis cantica excipiat, nec ad utiq; minutißima Geo-
metriæ opera descendat, non comœdum in pronunciando,
nec saltatorem in gestu facio: quæ si omnia exigerem,
suppeditabat tamen tempus: longa est enim quæ discit
ætas, & ego non de tardis ingenijs loquor. Denique cur
his omnibus, quæ discenda oratori futuro puto, eminuit
Plato? qui non contentus disciplinis, quas præstare po-

Plato.

terant Athenæ, non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat. Aegypti quoq; sacerdotes adijt, atque eorum arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia præteximus segnitiæ. Neque enim nobis operis amor est, nec quia sit honesta, atq; rerum pulcherrima eloquentia, petitur ipsa, sed ad uilem usum, & sordidum lucrum accimur. Dicant sine his in foro multi, & acquirant, dum sit locupletior aliquis sordidæ mercis negociator, et plus uoci suæ debeat præco, ne uelim quidē lectorē dari mihi quid studia referāt computaturum. Qui uero imaginem ipsam eloquentiæ diuina quadam mente cōceperit, quiq; illam (ut ait Sophocles nō ignobilis tragicus) reginam rerum orationem ponet ante oculos, fructumq; non ex stipe aduocationum, sed ex animo suo, & contemplatione, ac sciētia petet, perpetuum illum, nec fortunæ subiectū, facile persuadebit sibi ut tēpora, quæ spectaculis, campo, tesseris, ociosis deniq; sermonibus, ne dicam somno, & cōuiuiorum mora conterunt, Geometræ potius, ac Musico impendat, quanto plus delectationis habiturus, quàm ex illis ineruditis uoluptatibus? Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus, ut honesta magis iuuarent. Sed nos hæc ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de studiis, quibus antequam maiora capiat puer instituendus est, proximus liber uelut nouum sumet exordium, & ad rhetoris officia transibit.

Oratio regina rerum.

Primi libri finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER SECVNDVS.

(+)

Quando Rhetori sit tradendus puer. CAPVT I.

TENVIT consuetudo, quæ quotidie magis inualescit, ut præceptoribus eloquentiæ, Latinis quidem semper, sed etiam Græcis interim discipuli serius, quàm ratio postulat traderentur. Eius rei duplex causa est, quod & rhetores utique nostri suas partes omiserunt, et grammatici alienis occupauerunt. Nam et illi declamare modò, et scientiam declamandi, ac facultatē tradere, officij sui ducunt, idq; intra deliberatiuas, iudiciales q; materias: nam cætera ut professione sua minora despiciunt. Et hi non satis credunt excepisse quæ relicta erant, quo nomine gratia quoq; his habenda est, sed ad prosopopœias usq; et ad suasorias, in quibus onus dicendi uel maximum est, irrumpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ alterius artis prima erant opera, facta sint alterius nouissima, & ætas altioribus iam disciplinis debita, in schola minore subsidat, ac rhetoricen apud grammaticos exerceat. Ita quod est maxime ridiculū, non ante ad declamandi magistrum

mittendus uidetur puer, q̃ declamare sciat. Nos suum cui
que professioni modum demus, & grãmatice (quã in la-
tinum transferentes literaturam uocauerunt) fines suos
norit, præsertim tantũ ab hac appellationis suæ paupere-
tate, intra quã primi illi cõstitere, prouecta. Nam tenuis
à fonte assumptis poëtarũ historicorumq; uiribus, pleno
iam satis alueo fluit cum præter rationem recte loquẽdi
non parũ alioqui copiosam, propè omnium maximarũ ar-
tiũ scientiã amplexa sit: & rhetorice, cui nomen uis elo-
quendi dedit, officia sua non detrectet, nec occupari gau-
deat pertinentẽ ad se laborẽ, quæ dum opere cedit, iã pe
nè possessione depulsa est. Nec inficiabor, aliquem ex his
qui grammaticen profiteantur, eousq; scientiæ progredi
posse, ut ad hæc quoq; tradẽda sufficiat. Sed cum id aget,
rhetoris officio fungetur, non suo. Nos porrò quærimus,
quãdo his, quæ rhetorice præcipit, percipiẽdis, puer ma-
turus esse uideatur. In quo quidem nõ id est æstimandũ,
cuius quisq; sit ætatis, sed quantũ in studijs iam effecerit.
Et ne diutius differã, quãdo sit rhetori tradẽdus, sic opti-
me finiri credo, cum poterit. Sed hoc ipsum ex superiore
pẽdet quæstiõe. Nam si grãmatices munus usq; ad suaso-
rias, quæ sunt apud rhetorẽ materiæ inter rudimenta di-
cendi, prorogatur, tardius rhetore opus est. At si rhetor
prima officia operis sui nõ recusat, à narratiõibus statim,
& laudandi uituperandiq; opusculis cura eius desidera-
tur. An ignoramus, antiquis hoc fuisse ad augẽdã eloquẽ
tiã genus exercitationis, ut theses diceret, & cõmunes lo
cos, et cætera citra coplexũ rerũ personarũq; quibus uera

ficta æq; cõtrouersiæ continetur? Ex quo palàm est, q̃ tur piter deserat eam partẽ rhetorices institutio, quã et pri mã habuit et diu solã. Quid aũt est ex his, de quibus supra dixi, quod non tũ alia quæ sunt rhetorũ propria, tũ certe in illud iudiciale causæ genus incidat? An nõ in foro nar randũ est? qua in parte nescio an sit uel plurimũ, nõ laus ac uituperatio certaminibus illis frequenter inseritur? Non cõmunes loci? siue qui sunt in uitia directi, quales le gimus à Cicerone compositos, seu quibus quæstiones ge neraliter tractantur? quales sunt editi à Quinto quoq; Hortensio, ut, sit ne paruis argumentis credendum, & pro testibus, & in testes in medijs litium medullis uer santur? Arma sunt hæc quodãmodo præparãda, semper, ut his cum res poscat utaris. Quæ qui pertimere ad ora tionẽ non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet cum eius membra fundentur. Neq; hanc (ut aliqui puta bunt) festinationem meam sic quis q̃ calumnietur, tanquã eum qui sit rhetori tradendus, abducendum protinus à grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoq; tempora sua, neq; erit uerẽdum, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim crescet, sed diuidetur, qui sub uno misce batur labor, & erit sui quisquis operis magister utilior, quod adhuc obtinent Græci, à Latinis omissum est, et fie ri uidetur excusate, quia sunt, qui labori isti successerint.

De moribus & officijs præceptorum. CAP. II.

ERgo cum ad eas in studijs uires peruenerit puer, ut quæ prima esse præcepta rhetorum diximus, mente consequi possit, tradẽdus eius artis magistris erit

Quorum in primis inspici mores oportebit, quod ego nō idcirco potissimū in hac parte tractare sum aggressus, quia non in cæteris quoque doctoribus, idem hoc examinandum quamdiligentissime putem, sicut testatus sum libro superiore, sed quod magis eius rei necessariam mentionem facit ætas ipsa discentium. Nam et adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiam facti perseuerant. Ideoq; maior adhibēda tum cura est, ut et teneriores + animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neq; uero sat est summam præstare abstinentiam, nisi disciplinæ scueritate conuenientium quoq; ad se mores astrinxerit. Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorundem locum, à quibus sibi liberi tradantur, existimet. Ipse nec habeat uitia, nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odiu, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto, ac bono sermo sit. Nam quo sæpius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracundus, nec tamen eorū quæ emendanda erunt dissimulator, simplex in docendo, patiens laboris, assiduus potius quam immodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes perconetur ultrò. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus: quia res altera tædium laboris, altera securitatem parit. In emendando quæ corrigēda erūt nō acerbus, minimeq; contumelios⁹. Nā id quidem multos à proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgant, quasi oderint. Ipse aliquid, imò multa

+ annos

quotidie dicat, quæ secum audita referant. Licet enim sa-
tis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, ta-
men uiua illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipuéque
eius præceptoris, quem discipuli (si modò recte sunt in-
stituti) & amant, & uerentur. Vix autem dici potest,
quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Minime
uero permittenda pueris (ut fit apud plerosque) assur-
gendi, exultandiq; in laudando licentia. Quinetiam iu-
uenum modicum esse, cum audient, testimonium debet.
Ita fiet ut ex iudicio præceptoris discipulus pendeat, at-
que id se dixisse recte, quod ab eo probabitur, credat. Il-
la uero uitiosissima, quæ etiamtam humanitas uocatur,
inuicem qualiacunq; laudandi, cum est indecora, & the-
atralis, & scuere institutis in scholis aliena, tum studio-
rum pernicioſissima hostis. Superuacua enim uidetur
cura, ac labor, parata quicquid effuderint laude. Vultum
igitur præceptoris intueri, tam qui audiũt debent, quàm
ipse qui dicit. Ita enim probanda atq; improbãda discer-
nent, sic stylo facultas continget, auditioni iudicium. At
nunc proni atq; succincti, ad omnem clausulam non exur-
gunt modò, uerumetiam excurrunt, & cum indecora ex-
ultatione conclamant. Id mutuum est, & ibi declamatio-
nis fortuna: Hinc tumor, & uana de se persuasio, usque
adeò, ut illo condiscipulorum tumultu inflati, si parum à
præceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Sed se
quoq; præceptores intente, ac modeste audiri uelint. Nõ
enim iudicio discipulorum dicere debet magister, sed di-
scipuli magistri. Quin, si fieri potest, intẽdendus animus

Suppeditet.) Sicut illud ut amori tuo suppedi tari possit. & de orato re iñ. facile suppeditat oĩs appara t⁹, ornatusq; dicendi. Tñ uiua.) ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργεια aiũt Græci. Estq; apud Ciceronem 2 epist. ad Atticum.

Vultus præceptoris.

in hoc quoq;, ut perſpiciat quæ quiſq;, & quomodo laudet, ut placere quæ bene dicet, non ſuo magis q̃ eorum nomine delectetur, qui recte iudicabunt. Pueros adoleſcentibus ſedere permixtos, non placet mihi. Nam etiamſi uir talis, qualem eſſe oportet ſtudijs, moribusq; præpoſitum, modeſtam habere poteſt etiam iuuentutem, tamen uel infirmitas à robuſtioribus ſeparanda eſt, et carendum non ſolum crimine turpitudinis, uerumetiam ſuſpicione.

Hæc notanda breuiter exiſtimaui: nam ut abſit abultimis uitijs ipſe præceptor, ac ſchola, ne præcipiendũ quidem credo. At ſiquis eſt, qui flagitijq; manifeſta in deligendo filij præceptore non euitet, iam hinc ſciat cætera quoque, quæ ad utilitatẽ iuuentutis cõponere conamur, eſſe ſibi hac parte omiſſa, ſuperuacua.

An protinus præceptore optimo ſit utendum. CAP. III.

NE illorum quidem perſuaſio ſilentio tranſeunda eſt, qui etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamẽ continuo tradendos eminentiſſimo credunt. Sed apud minores aliquandiu detinent, tanquam inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris, eum ad intellectum atq; imitationem facilior, tum ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias minus ſuperba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandũ, ut oſtendam quanto ſit melius optimis imbui, quanta in eluendis quæ ſemel inſederint uitijs difficultas cõſequatur, cum geminatum onus ſuccedentes premat. Et quidem dedocendi grauius, ac prius, q̃ docendi. Propter quod Timotheum clarum in

arte tibiarum, ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Error tamen in re duplex: unus, quod interim sufficere illis minores existimant, & bono + sani stomacho contenti sunt. Quæ quanquam & ipsa reprehensione digna securitas, tamè esset utcunq; tolerabilis, si eiusmodi præceptores minus docerent, non peius. Alter, ille etiam frequentior, quod eos qui ampliorem dicēdi facultatem sine consecuti, non putant ad minora descēdere. Idq; interim fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam, interim quia omnino non possint. Ego porrò eum qui nolit in numero præcipientium non habeo, posse autem si uelit, optimum quenque contendo. Primum quod eum qui eloquentia cæteris præstet, illa quoque, per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligentissime percepisse credibile est: deinde, quia plurimum in præcipiēdo ualet ratio, quæ doctissimo cuique planissima est. Postremo, quia nemo sic in maioribus eminet, ut cum minora deficiant. Nisi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa autem quæ in ornamentum eius operis accedunt, alius melius elaborasset: aut orator loqui nesciet, aut leuiores morbos curare non poterit præstantissimus medicus. Quid ergo? non est quædam eloquentia maior, quàm ut eam intellectu consequi puerilis infirmitas possit? Ego uero confiteor, sed hunc disertum præceptorem, prudentem quoq;, & non ignarū docendi esse oportebit, submittentē se ad mensurā discentis, ut uelocissimus quisq;, si forte iter cum paruulo faciat, det manū, & gradu suū minuat,

+ satis

Vide quę traduxerit ex Pausania de Ioue Phidia Coloachi. Camer.

nec procedat ultra, quàm comes posit. Quid? si plerumque accidit, ut faciliora sint ad intelligendum, & lucidiora multò, quæ à doctissimo quoq; dicuntur? Nam & prima est eloquentiæ uirtus perspicuitas, & quo quisq; ingenio minus ualet, hoc se magis attollere, & dilatare conatur: ut staturâ breues in digitos eriguntur, & plurâ infirmi minantur. Nam tumidos, & corruptos, & †tinnulos, & quocunq; alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non uirium, sed infirmitatis uitio laborare, ut corpora non robore, sed ualetudine intumescant, & recto itinere lapsi, plerunq; diuertunt. Erit ergo etiam obscurior quo quisq; deterior. Non excidit mihi scripsisse me libro priore, cum potiorem in scholis eruditionem esse ꝙ domi dicerem, libentius se prima studia, teneros q; professus ad imitationem condiscipulorum quæ facilior esset, erigere: Quod à quibusdam sic accipi potest, tanquam hæc, quam nunc tueor, sententia priori diuersa sit. Id à me procul aberit: nãq; ea causa uel maxima est, cur optimo cuiq; præceptori sit tradendus puer, quod apud eũ discipuli quoq; melius instituti, aut dicẽt quod inutile nõ sit imitari, aut si quid errauerint, statim corrigentur. At indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa, & placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo tã eloquentia, quàm moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat.

† tremulos Cacozeliæ.) Hoc est pravæ imitationis, ut si quis in Oratione horrorẽ Sallustianæ, in carmine similiter asperitatẽ Catullianam, aut Propertij incompositos ꝙsus dicat se imitari. Hoc eñ ex uiriũ imbecillitate existere solet, sicut cõtraria huic facilitas quoq; ut q̃b⁹ noua ista orationis leuitas placet, qualis eor̃ est in Latini sermonis cõpositione Græcorum quorundam

De primis apud Rhetorem exercitationibus. CAP. IIII.

HInc iam quas primas in docẽdo partes rhetorum

putem, tradere incipiam, dilata parumper illa, quæ sola uulgo uocatur, arte rhetorica. Ac mihi opportunus maxime uidetur ingressus ab eo, cuius aliquid simile apud grammaticos puer didicerit. Et quia narrationum, excepta qua in causis utimur, tres accepimus species: Fabulã, quæ uersatur in tragœdijs atq; carminibus, non à ueritate modò, sed etiam à forma ueritatis remotam: Argumentum, quod falsum, sed uerisimile Comœdiæ fingunt: Historiam, in qua est gestæ rei expositio. Grammaticis autem poeticas dedimus: apud rhetorem initium sit historia, tanto robustior, quanto uerior. Sed narrãdi quidem, quæ nobis optima ratio uideatur, tum demonstrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud sat est, ut sit ea neq; arida prorsus, neq; ieiuna. Nam quid opus erat tantum studijs laboris impendere, si res nudas atq; inornatas indicare satis uideretur? Neq; rursus sinuosa, & accersitis descriptionibus, in quas plerique imitatione poeticæ licentiæ ducuntur, lasciuiat. Vitiũ utrumque, peius tamen illud quod ex inopia, quàm quod ex copia uenit. Nã in pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest, melior autem est indoles lætæ generosiq; conatus, et uel plurã iusto concipiens interim spiritus. Nec unquam me in his discẽtis ãnis offendat, si quid superfuerit, quin ipsis doctoribus hoc esse curæ uelim, ut tenueras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari ueluti quodam iucundioris disciplinæ cibo lacteq; patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat: hinc spes roboris. Maciem nanq;

maximeq; recẽtiũ sunt similimi. Quod in uersuum etiam mollitudine reprehendi possit, & datũ uitio Ouidio fuit. Hoc ita Cicero de oratore. iñ. ut ille apud Homerũ Phœnix, qui se à Peleo patre Achillei iuueni comitẽ esse datum dicit ad bellũ, ut illũ efficeret oratorẽ ẏbor, actoremque rerum. Est apud Homer. Ilia. α. Narrationũ tres species. Sed etiam à forma.) Vt fabula Atrei & Thyestis, Medeæ, Andrestidis & Iphigenię & totę narrati ones μιτα μορφώσεως.

infirmitatem in posterum minari solet, protinus omnibus membris expressus infans. Audiet hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, sint licet illa non satis sicca interim ac seuera. Facile remedium est hubertatis, sterilia nullo labore uincuntur: Illa mihi in pueris natura minimum spei dederit, in qua ingenium iudicio præsumitur. Materiam esse primum uolo uel abundantiorem, atque ultra quàm oporteat fusam. Multum inde decoquet anni, multum ratio limabit, aliquid uelut usu ipso deteretur. Sit modo unde excidi possit, & quod excalpi, erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, & quam cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus sentire minus mirabitur, qui apud Ciceronem legerit: Volo enim se efferat in adolescente fœcunditas. Quapropter in primis cuitandus, & in pueris præcipue, magister aridus, non minus quàm teneris adhuc plantis siccum & sine humore ullo solum. Inde fiunt humiles statim, & uelut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonem attollere audeant. Macies illis pro sanitate, & iudicij loco infirmitas est: & dum satis puto tant uitio careye, in idipsum incidunt uitium, quod uirtutibus carent. Quare mihi ne maturitas quidem ipsa festinet, nec musta in lacu statim austera sint: sic & annos ferent, & uetustate proficient. Ne id quidem quod admoneamus indignum est, ingenia puerorum nimia interim emendationis seueritate deficere: nam & desperant, & dolent, & nouissime oderunt: & quod maxime nocet, dum oia timent, nihil conãtur, quod etiam rusticis notum

Iudicio præsu.) Hoc est ubi ingeniũ iudicio constat seu cõcipitur, ingeniũ etiam naturalis est uis. Iudiciũ studio paratur.

Cicero de oratore 2.

est, qui frondibus teneris non putant adhibẽdam esse fal
cem, quia reformidare ferrũ uidentur, & nõdũ cicatricẽ
pati posse. Iucundus ergo tum maxime debet esse præce
ptor, ut remedia, quæ alioqui natura sunt aspera, molli
manu leniatur, laudare aliqua, ferre quædã, mutare etiã,
reddita cur id fiat ratione, illuminare, interponendo ali
quid sui. Nõnumq̃ hoc quoq; erit utile, totas ipsum dicta
re materias, quas & imitetur puer, et interim tanq̃ suas
amet. At si tam negligens ei stylus fuerit, ut emẽdatione
non recipiat, expertus sum prodesse, quoties eandẽ mate
riam rursus à me retractatã scribere de integro iuberẽ:
posse enim eum adhuc melius, quatenus nullo + magis stu + adhue
dia, q̃ spe gaudent. Aliter aũt alia ætas emendanda est, et
pro modo uirium, & exigendũ, & corrigendũ opus. So
lebã ego dicere pueris aliquid ausis licẽtius aut lætius,
laudare me adhuc, uenturum tempus, quo idem non per
mitterem, ita & ingenio gaudebant, & iudicio non falle
bantur. Sed ut eo reuertar unde egressus sum, narratio
nes stylo componi, quanta maxima possit adhibita dili
gentia, uolo. Nam ut primo cum sermo instituitur, dice
re quæ audierint, utile est pueris ad loquendi facultatẽ,
ideoq; & retro agere expositionẽ, & à media in utrãq;
partẽ discurrere sane meritò cogantur, sed ad gremium
præceptoris, & dũ non possunt, & dum res ac uerba cõ
nectere incipiunt, ut protinus memoriã firment, ita cum
iam formã recte atq; emẽdatæ orationis accipient, extẽ
poralis garrulitas, nec expectata cogitatio, et uix surgẽ
di mora, circulatoriæ uere iactationis est. Hinc parentũ

imperitorum inane gaudium, ipsis uero contemptus ope
ris, & inuerecunda frons, & consuetudo pessime dicen
di, & malorum exercitatio, & quae magnos quoq; pro
fectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio in
nascitur. Erit suum parandae facilitatis tempus, neque à
nobis negligenter locus iste trãsibitur. Interim satis est,
si puer omni cura & summo (quantum illa aetas capit) la
bore aliquid probabile scripserit, in hoc assuescat, huius
rei sibi naturam faciat. Ille demum in id quod quaerimus,
aut ei proximum poterit euadere, qui ante discet recte
dicere, quàm cito. Narrationibus non inutiliter subiun
gitur opus destruendi confirmãdiq; eas, quod ἀναγκῆν
ἢ ἀνάγκην uocatur. Id porrò non tantum in fabulo
sis, & carmine traditis fieri potest, uerumetiam in ipsis
annalium monumentis, ut si quaeratur, an sit credibile su
per caput Valerij pugnantis sedisse coruum, qui os ocu
losq; hostis Galli rostro atque alis euerberaret. Sit in u
tranq; partem ingẽs ad dicendum materia, ut de serpen
te quo Scipio traditur genitus, & Lupa Romuli, et Ae
geria Numae. Nam graecis historicis plerunque poeticae
similis est licentia. Saepe etiam quaeri solet de tempore,
de loco, quo gesta res dicitur, nonnunquam de perso
na quoque, sicut Liuius frequentissime dubitat, & alij ab
alijs historicis dissentiunt. Inde paulatim ad maiora ten
dere incipiet, laudare claros uiros, & uituperare impro
bos, quod non simplicis utilitatis opus est. Nanq; & in
genium exercetur multiplici uariaq; materia, & animus
contemplatione recti, praui q; formatur, & multa inde

De Valerio Corui. Liuio li. vñ. Apud Gelli. lib. 11. cap. 11. Idem de Scipionis angue memorat li. 7. cap. 1. De Lupa Romuli lib. 1. Liuius. Item q; de Aegeria.

cognitio rerum uenit, exemplisq; quæ sunt in omni ge-
nere causarum potentissima, iam tum instruitur, cum res
poscet usurus. Hinc illa quoque exercitatio subit compa-
rationis, uter melior, uter ue deterior: quæ quanquam
uersatur in ratione simili, tamen & duplicat materiam,
et uirtutum uitiorumq;, non tantum naturam, sed etiam
modum tractat. Verum de ordine laudis, contráq; quo-
niam tertia hæc rhetorices pars est, præcipiemus suo tẽ
pore. Et communes loci (de his loquor, quibus extra per-
sonas in ipsa uitia moris est perorare, ut in adulterum,
aleatorem, peculatorẽ) ex mediis sunt iudicijs: & si reu
adijcias, accusationes, quanquam hi quoque ab illo gene-
rali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut si po-
natur adulter cæcus, aleator pauper, petulans senex. Ha
bent autem nonnunquam etiam defensionem. Nam &
pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim pa
rasitusq; defenditur, sic ut non homini patrocinemur,
sed crimini. Theses autem quæ sumuntur ex rerum com
paratione, ut rusticá ne uita, an urbana potior: iurispe-
riti, an militaris uiri laus maior, mire sunt ad exercita
tionem dicendi + speciosæ atque uberes, quæ uel ad suæ
dendi officium, uel etiam ad iudicium disceptationemq;
iuuant plurimum. Nam posterior ex prædictis locus, in
causa Muræne copiosissime à Cicerone tractatur. Sunt
& illæ penè totæ ad deliberatiuum pertinentes genus,
ducendá ne uxor, petẽdi ne sint magistratus. Nanq; hæc
personis modò adiectis suasoriæ erunt. Solebant præce-
ptores mei, nec inutili, & nobis etiam iucundo genere

+ speciosa

exercitationis, præparare nos coniecturalibus causis, cũ quærere atq; exequi iuberet, cur armata apud Lacedemonios Venus, & quid ita crederetur Cupido puer, ac uolucer, et sagittis ac face armatus, & similia. In quibus scrutabamur uoluntatẽ, cuius in cõtrouersijs frequẽs quæstio est, quod genus chriæ uideri possit. Nam locos quidẽ quales sunt de testibus, semper ne his credendum, et de argumentis, an habenda etiã paruis fides, adeò manifestũ est ad forenses actiones pertinere, ut quidã nec ignobiles in officijs ciuilibus, scriptos eos, memoriæq; diligẽtissime mãdatos, in prõptu habuerint, ut quoties esset occasio, extẽporales eorũ dictiones his uelut emblematis exornarentur. Quo quidẽ (nec enim huius rei iudicium differre fustineo) summã uidebantur mihi infirmitatẽ de se cõfiteri. Nam quid hi possint in causis (quarũ uaria ac noua semper est facies) propriũ inuenire? quomodo propositis ex parte diuersa respõdere, altercationibus uelociter occurrere? testẽ rogare? qui etiã in his, quæ sunt cõmunia, & in plurimis causis tractantur, uulgatissimos sensus uerbis, nisi tãto ante præparatis, prosequi neque ausi? + Necesse est his, cum eadem iudicijs pluribus dicãt, aut fastidiũ moueant, ueluti frigidi & repositi cibi, aut pudorem, deprehensa toties audientium memoria, infelix suppellex, quæ sicut apud pauperes ambitiosos, pluribus & diuersis officijs conteratur, cum eo quidem, quod uix ullus est tam + communis locus, qui possit cohærere cũ causa, nisi aliquo propriæ quæstionis uinculo copulatus appareat, atq; eum non tam insertum quàm

De Venere Ausonij extat epigramma. Picturę aũt Cupidinis, reddit causas Properti us lib. 2.

+Nec uero

+continens

pplicitum, uel quod dissimilis est cæteris, uel quod plerunq; assumi etiam parum apte solet, non quia desiderat, sed quia paratus est, ut quidam sententiarum gratia uerbosissimos locos arcessunt, cum ex locis deberet nasci sententia: ita sunt autem speciosa hæc & utilia, si oriuntur ex causa. Cæterũ quamlibet pulchra locutio, nisi ad uictoriam tendit, utiq; superuacua, sed interim etiam cõtraria est. Verum hactenus euagari satis fuerit. Laudes & uituperatio iam maiores, ac prope summis oratoribus sufficturas uires desiderãt, quæ quidem suasorijs, an cõtrouersijs magis accõmodata sit exercitatio, cõsuetudine et iure ciuitatũ differt. Apud Græcos enim lator earũ ad iudicẽ uocabatur, Romanis pro concione suadere, ac dissuadere moris fuit. Vtroq; aũt modo pauca de his, & ferè certa dicuntur. Nam & genera sunt tria, forensi, publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad laudem magis spectat, si quis eã per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod ad religionẽ deũm cõparata sit. Ea quidẽ de quibus quæri solet, cõmunia omnibus. Aut enim de iure dubitari potest eius qui rogat, ut de P. Clodio qui nõ rite creatus Tribunus arguebatur, aut de ipsius rogatione, quod est uarium, siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die, siue contra intercessiones, uel auspicia, aliúd ue quid quod legitime obstet, dicitur lata esse, uel ferri, siue alicui manentiũ legũ repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes nõ pertinent: nã sunt hæc extra complexum personarũ, temporum, causarũ. Reliqua eadem fere uero ficto que certamine huiusmodi

Exẽpla possint esse Demosthenis orationes ὑπὲρ Λεπτίνου & κατὰ τιμοκράτους.

P. Clodio.) Suetonius in Cæsare scribit, Traduxisse Cæsarẽ Publium Clodium cũ Ciceronis in senatu querela fuisset offensus. Hic aũt locus explicat Ciceronis inuectiõe in Clodiũ, pro domo sua.

Siue non trino.) Nundinis Macrobius ait, solitas rusticas tribus in urbē uenire mercium causa. Itaq; leges et consulta tertiis nūdinis promulgabātur, quas dixere trinūdinum, & trinum nundinum. Video accepisse ąſdam pro loco, quod tribus in locis promulgationes fieri solerent, pro quibus Fabius facere uideri possit.

tractantur. Nam uitium, aut in uerbis, aut in rebus est. In uerbis quæritur an satis significent, an sit in his aliqd ambiguum: In rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in populum referri debeat, an in singulos homines. Maxime uero commune est quærere, an sit honesta an utilis. Nec ignoro plures fieri à plerisque partes, sed nos iustum, religiosum, cæteraq; his similia, honesto complectimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solet. Aut enim de re ipsa quæritur, ut digna ne pœna, uel præmio sit: aut de modo premij pœnæue, qui tā maior q̄ minor culpari potest. Vtilitas quoq; interim natura discernitur, interim tempore. Quædam an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehēdi solere, cū exemplum rei utriusque nobis claris orationibus præbeatur. Nec me fallit, eas quoque leges esse, quæ non in perpetuum rogentur, sed de honoribus, aut imperijs, qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi potest. Constat enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate. His ferè ueteres facultatem dicendi exercuerunt, assumpta tamen à dialecticis argumentandi ratione. Nam fictas ad imitationem fori, consiliorumq; materias, apud Græcos dicere, circa Demetrium Phaleria institutum ferè constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentum (ut alio quoque libro sum confessus) parum comperi. Sed nec hi quidem qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo autore nituntur. Latinos uero dicēdi præceptores, ex

tremis L. Craſsi temporibus cœpiſſe Cicero autor eſt, quorum inſignis maxime Plotius fuit.

Ciceronem ait hoc ſcribere Suetonius in epiſtola ad Tirenium. Senec. declamatio. 2. Primus omnium Latinus Romæ Plotius fuit, puero Ciceroe.

De lectione Oratorum, & Hiſtoricorum apud Rhetorem. CAP. V.

SEd de ratione declamandi poſt paulò, interim quia prima rhetorices rudimenta tractamus, non omittendum uidetur id quoq; ut moneam, quantum ſit collaturus ad profectum diſcentiũ rhetor, ſi quemadmodum à grammaticis exigitur poëtarũ enarratio: ita ipſe quoque hiſtoriæ, atq; etiam magis orationum lectione, ſuſceptos à ſe diſcipulos inſtruxerit, quod nos in paucis, quorum id ætas exigebat, et parentes utile eſſe crediderãt, ſeruauimus. Cæterũ ſentientibus iam tum optima, duæ res impedimento fuerunt, quod & longa conſuetudo aliter docendi fecerát legẽ, et robuſti ferè iuuenes, nec hũc laborem deſiderantes, exemplum noſtrum ſequebantur. Nec tamen etiam ſi quid noui uel ſero inueniſſem, præcipere in poſterum puderet. Nunc uero ſcio id fieri apud Græcos, ſed magis per adiutores, quia no uidentur tempora ſuffectura, ſi legentibus ſingulis præire ſemper ipſi uelint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, ut facile atque diſtincte pueri ſcripta oculis ſequantur, etiam illa quæ uim cuiuſque uerbi, ſi quid minus uſitatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium exiſtimanda eſt. At demonſtrare uirtutes, uel ſiquando ita incidat, uitia, id profeſſionis eius atque promiſſi, quo ſe magiſtrum eloquentiæ pollicetur, maxime proprium eſt, co quidem ualidius, quod non utique hunc laborem docen-

Reuocatis.) Id est, non iubeo, ut magister prælegat singulis eos libros qs attulerint, ut astruas, reuocatis ad deseruiat.

tium postulo, ut ad gremiũ reuocatis cuius quisq; eorum uelit libri lectioni deseruiãt. Nã mihi cũ facilius, tum etiam multo uidetur magis utile, facto silentio, unum aliquem (quod ipsum imperari per uices optimũ est) consistuere lectorem, ut protinus pronunciationi quoq; assuescant, tum expositã causa, in quam scripta legitur oratio (nam sic clarius quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil otiosum pati, quodq; in inuentione, quodq; in elocutione annotandum erit, quæ in proœmio conciliandi iudicis ratio, quæ narrandi lux, breuitas, fides, quod aliquando consilium, et quàm occulta calliditas. Nanque ea sola in hoc ars est, quæ intelligi, nisi ab artifice non possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quàm subtilis & crebra argumentatio, quibus uiribus inspiret, qua iucunditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, ut denique dominetur in affectibus, atque in pectora irrumpat, animumq; iudicum similem his, quæ dicit, efficiat. Tum in ratione eloquendi, quod uerbum proprium, ornatum, sublime, ubi amplificatio laudanda, quæ uirtus ei contraria, quid speciose translatum, quæ figura uerborum, quæ lenis & quadrata, sed uirilis tamen compositio. Ne id quidẽ inutile, etiam corruptas aliquando & uitiosas orationes, quas tamẽ plerisq; iudiciorũ prauitate mireneur, legi palàm pueris, ostẽdiq; in his q̃ multa impropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciua effœminata sint, quæ non laudãtur modò à plerisq;, sed, qd peius est, propter hoc ipsum quod sunt praua, laudantur. Nam sermo rectus, & se-

cundum naturam enunciatus, nihil habere ex ingenio uidetur. Illa uero, quæ utcunq; deflexa sunt, tanq; exquisitiora miramur, non aliter quàm distortis, & quocunq; modo prodigiosis corporibus, apud quosdam maius est preciũ, quàm his, quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Atq; etiam qui specie capiuntur, uulsis, leuatisq;, & iniustas comas acu comentibus, & non suo colore nitidis, plus esse formæ putant, q̃ possit tribuere incorrupta natura, ut pulchritudo corporis uenire uideatur ex malis moribus. Neq; solum hæc ipse debebit docere præceptor, sed frequenter interrogare, & iudiciũ discipulorũ experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quæ dicentur perfluent aures, simulq; ad id perducẽtur, quod ex hoc quæritur, ut inueniant ipsi & intelligant. Nam quid aliud ãgimus docendo eos, q̃ ne semper docendi sint? Hoc diligentiæ genus ausim dicere plus collaturum discẽtibus, q̃ omnes omnium artes, quæ iuuant sine dubio multum, sed latiore quadam comprehensione, per omnes quidem species rerum quotidie penè nascentium ire qui possunt? Sicut de re militari, quanquam sunt tradita quædã præcepta cõmunia, magis tamẽ proderit scire, qua ducũ quisq; ratione, in quali loco, tẽpore sit usus sapienter, aut contrà. Nam in omnibus ferè minus ualẽt præcepta quàm experimenta. An uero declamabit quidem præceptor, ut sit exẽplo suis auditoribus, nõ plus cõtulerint lecti Cicero aut Demosthenes? Corrigetur palàm, si quid in declamando discipulus errauerit. Non potentius erit emẽdare orationẽ? quinimò etiã iucundius?

aliena enim uitia quisque reprehendi mauult quàm sua.
†nec Nec deerant plura, quæ dicerem, † sed neminem hæc utilitas fugit, atque utinam tam non pigeat facere istud, quàm non displicebit.

Qui primi legendi. CAP. VI.

QVod si potuerit obtineri, non ita difficilis superet quæstio, qui legendi sint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilior eorum intellectus uidebatur, probauerunt, alij floridius genus, ut adolenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorum candidissimum quenque, & maxime † compositum exposítum uelim, ut Liuium à pueris magis quàm Sallustium, & hic historiæ maioris est autor, ad quem tamen intelligendum iam profectu opus sit. Cicero, ut mihi quidē uidetur, & iucundus incipientibus quoque, & apertus est satis, nec prodesse tantum, sed etiam amari potest, †Plinius tum quemadmodum † Liuius præcipit, ut quisq; erit Ciceroni similimus. Duo autem genera maxime cauenda pueris puto: Vnum ne quis eorū antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum, Catonisq;, & aliorum similium lectione durescere uelit: fient enim horridi atque incuti. Nam neq; uim eorū adhuc intellectu cōsequuntur, & elocutione, quæ tum sine dubio erat optima, sed nostris temporibus aliena contenti (quod est pessimum) similes sibi magnis uiris uidebuntur: Alterum, quod huic diuersum est, ne recentis huius lasciuiæ floscul is capti, uoluptate praua deliniantur: ut prædulce illud genus, et

puerilibus ingenijs hoc gratius, quo propius est, adament. Firmis autem iudicijs, iamq; extrà periculum positis, suaserim & antiquos legere, ex quibus si assumatur solida ac uirilis ingenij uis, deterso rudis seculi squalore, tum noster hic cultus clarius enitescet, & nouos, quibus ipsis multa uirtus adest. Nec enim nos tarditatis natura damnauit, dicendi mutauimus genus, & ultra nobis quàm oportebat indulsimus, + ita nõ tam ingenio illi nos superauerunt, quàm proposito. Multa ergo licebit eligere. Sed curãdum erit, ne his quibus permixta sunt, inquinentur. Quosdam uero etiam quos totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nunc esse quidem libenter non concesserim modò, uerumetiam contenderim. Sed hi qui sint, non cuiusque est pronunciare. Tutius circa priores imitatio est uel erratur. Ideoq; hanc nouorum discipuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

+ item

De diuisione. CAP. VII.

FVit etiam in hoc diuersum præcipientium propositum, quod eorum quidam materias, quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti diuisione dirigere, latius dicendo prosequebantur, nec solum probationibus implebant, sed etiam affectibus: Alij, cum primas modo lineas duxissent, post declamationes quod omisisset q̃s; tractabat, quosdã uero locos non minore cura, q̃ cũ ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. Vtile utrunq;, & ideo neutrum ab altero separo. Sed si facere tantum alterum necesse sit, plus proderit demonstrasse protinus quàm, quàm reuocare ab errore iam lapsos. Primum,

quia emẽdationem auribus modo accipiunt, diuisionem uero ad cogitationem etiam & stylum perferunt. Deinde etiam quod libentius præcipientem audiunt, quàm reprehendentem. Si qui uero paulò sunt uiuaciores, in his præsertim moribus, etiam irascuntur admonitioni, et tanquam aduersa pugnant. Neq; ideo tamen minus uitia aperte coarguenda sunt. Habenda enim ratio cæterorum, qui recta esse, quæ præceptor non emẽdauerit, credent. Vtraque autẽ ratio miscenda est, & ita tractanda, ut res ipsæ postulabunt. Nanq; incipientibus danda erit uelut præformata materia, secundũ cuiusq; uires. At cum satis cõposuisse se ad exemplũ uidebũtur, breuia quædam demõstranda uestigia, quæ persecuti, iam suis uiribus sine adminiculo progredi possint. Nõnunq; credi sibi eos oportebit, ne mala consuetudine semper alienum laborem sequendi, nihil per se conari & quærere sciant. Quod si satis prudenter dicenda uiderint, iam propè consummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint, adhuc erunt ad ducẽ reducendi. Cui rei simile quiddã facientes aues cernimus, quæ teneris infirmisq; fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur. At cum uiſi sunt adulti, paulum egredi nidis, & circumuolare, sedem illam præcedentes ipsæ docent, tum expertas uires libero cœlo, suæque ipsorum fidutiæ permittunt.

De ediscendo. CAP. VIII.

Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his, de quibus nunc disserimus ætatibus, ne omnia quæ scripserint ediscant, & certa, ut moris est,

die dicant. Quod quidem maxime partes exigunt, atque ita demum studere liberos suos, si quamfrequentissime declamauerint, credunt, cum profectus præcipue diligentia constet. Nam ut scribere pueros, plurimumque esse in hoc opere planè uelim, sic ediscere electos ex orationibus, uel historijs, alioue quo genere dignorum ea curra uoluminum locos, multo magis suadeam. Nam & exercebitur acrius memoria, aliena complectendo quàm sua: & qui erunt in difficiliore huius generis labore uersati sine molestia, quæ ipsi composuerũt, iam familiarius animo suo affiget et assuescet optimis, semperq; habebũt intra se quod imitentur. Etiam non sentientes formam oratiõis illã, quam mente penitus acceperint, exprimẽt. Abundabunt autem copia uerborum optimorum, & cõpositione, ac figuris iam non quæsitis, sed sponte ex repposito uelut thesauro se offerentibus. Accedit his & iucunda in sermone bene à quoq; dictorum relatio & in causis utilis. Nam & plus † autoritatis afferunt ea, quæ non præsentis gratia litis sunt comparata, et laudem sæpe maiorem, quàm si nostra sint, conciliant. Aliquando tamen permittendum quæ ipsi scripserint dicere, ut laboris sui fructum, etiam ex illa, quæ maxime petitur, laude plurimum capiant. Verum id quoque tum fieri oportebit, cum aliquid commodius limauerint, ut eo uelut præmio studij sui donentur, ac se meruisse, ut dicerent, gaudeant.

Profectus diligentia constat.

† utilitatis

An secundum sui quisque ingenij docendus sit naturam. CAP. IX.

VIrtus præceptoris haberi solet, nec immeritò, diligenter in his quos erudiendos susceperit, notare discrimina ingeniorum, & quò quenq; natura maxime ferat scire. Nam est in hoc incredibilis quædam uarietas, nec pauciores animorum penè quàm corporũ formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest, qui tantum inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis, quamuis plurimi se ad eorũ, quos probant, imitationem composuerint. Vtile deinde pleriſq; uisum est, ita quenque instituere, ut propria naturæ bona doctrina fouerent, & in id potissimum ingenia quò tenderet, adiuuarẽtur: Vt si quis palæstræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnasium uenerit, expertus eorũ omni modo corpus, animum quoq; discernat, cui quisq; certamini præparãdus sit: Ita præceptorem eloquentiæ cum sagaciter fuerit intuitus, cuius ingeniũ pressio limatoq; genere dicendi, cuius acri, graui, dulci, aspero, nitido, urbano maxime gaudeat, ita se commodaturũ singulis, ut in eo quo quisq; eminet prouehatur, quod & adiuta cura natura magis eualescat: & si in diuersa ducatur, nec in his quibus minus aptus est, satis possit efficere, & ea in quæ natus uidetur, deserẽdo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim uel contrà receptas persuasiones ratione sequenti sententia est) in parte uerum uidetur. Nam proprietates ingeniorũ dispicere prorsus necessarium est. In his quoq; certum studiorum facere delectum, nemo dissuaserit. Nanque erit alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris,

ut nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicendi magister, quo modo Palæstricus ille cursorem faci a
et, aut pugilem, aut luctatorem, aliúd ue quid ex his, quæ
sunt sacrorum certaminum. Verum ei, qui foro destinabitur, non in unam partem aliquam, sed in omnia quæ
sunt eius operis, etiam si qua difficiliora uidebuntur elaborandum est. Nam & omnino superuacua erat doctrina, si natura sufficeret. An si quis ingenio corruptus, ac
+tumidus (ut plerique sunt) inciderit in hoc cum ire pa- +timidus
tiemur? Aridum atq; ieiunum non alemus, & quasi uetustiemus? Nam si quædam detrahere necessarium est, cur
non sit adijcere concessum? Neq; ego contra naturam pugno: non enim deserendum id bonum, si quod ingenium est, existimo, sed augendũ addendumq; quod cesset. An +non clarissimus ille præceptor Isocrates, quem +uero
nõ magis libri bene dixisse, quàm discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atque Theopompo sic iu- b
dicaret, ut alteri frenis alteri calcaribus opus esse diceret, aut in illo lentiore tarditatem, aut in hoc penè
præcipiti, concitationem adiuuandam docẽdo existimauit, cum alterum alterius natura miscendum arbitraretur? Imbecillis tamen ingenijs sanè sic obsequendum sit,
ut tantum in id quo uocat natura, ducantur. Ita enim qd'
solum possunt, melius efficient. Si uero liberalior +natura contigerit, & in qua meritò ad spem oratoris simus +materia
aggressi, nulla dicendi uirtus omittenda est. Nam licet
sit aliquam in partem pronior, ut necesse est, cæteris tamen non repugnabit, atque ea cura paria facict his, in

quibus eminebit. Sicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus) exercendi corporą peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire, uel calce tantum, aut
†cæteros nexus modo, atque in his †certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Erit qui ex his aliqua nõ
posit, in id maxime quod poterit incumbet. Nam sunt hæc duo uitanda prorsus: Vnum, ne tentes, quod efficere non posit: Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud, cui minus est idoneus, transferas. At si fuerit qui
Nicostratꝰ. docebitur, ille, quem adolescentes senem uidimus, Nicostratus, omnibus in eo docẽdi partibus similiter utetur,
c efficietq; illum, qualis hic fuit, luctando, pugnando q; quorũ utroq; certamine ijsdem diebus coronabatur inuictum. Et quãto id magis oratoris futuri magistro prouidendum erit? Non enim satis est dicere presse tamũ, aut subtiliter, aut asperè, nõ magis quam phonasco, acutis tantum, aut mediis, aut grauibus sonis, aut horum etiam particulis excellere. Nã sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.

a Palæstricus.) Id est, gymnastes. Nam palęstram gymnasium dixere. Sunt autem gymnica agonismata stadium, πένταθλον, διαυλος, δολιχος, ὁπλίτης. Suntq; hæc cursuũ nomina, πυγμὴ hoc est, Cestus. πάλη, hoc est, Lucta. παγκράτιον, cum totis uiribus decertabãt, pugnando luctandoq; ἅλμα, saltus.

b Hoc apud Ciceronem de claris oratoribus copiosius. apud Suidam quoq; sic legitur. ἔφορος κυμαῖος ἢ βυζάντιος δαμασιστράτου χῖος. ἀμφω ἰσοκράτους μαθηταὶ ἀπ' ἐναντίων εἰς τοὺς λόγους ὁρμώμενοι. ὁ μὲν γὰρ ἔφορος ἦν τοῦ ἤθους ἁπλοῦς, τὴν δὲ

ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς, καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτα
σιν. ὁδὶ θεόπομπος ἦθος πικρὸς καὶ κακοήθης. τηδὶ φράσῃ πολὺς
καὶ συνεχὴς, καὶ φορᾶς μισός φιλαλήθης ἐν οἷς ἔγραψεν. οὗτοι ἱσοῦρά
της, ἦν μὲν ἴφη χαλινῷ δεῖσθαι τόνδε ἔφορον κέντρου.

c Nicostratus ἐκ πρυμνήσου ἦ φρυγίας. Isodori filius, quem septimum ponit Pausanias in eorum numero qui iisdem diebus uicerint παγκράτιον καὶ πάλην, helia ὧν primo. Hoc loco obseruabis interpretatum esse Fabium παγκράτιον, pugnã. Quod certamen quale fuerit, pauloante descripsit, omnibus enim uiribus in eo utebantur, & quomodocunque poterant aduersarium impetebãr. Ne igitur dixeris pugiles τοὺς παγκρατιαστὰς, qui sunt πυκταί. Phonascum autem uocat magistrũ uocalitatis, in qua mirum in modum elaborasse Græcos intelligi etiam ex Ciceronis libro potest de Oratore i.

De officio discipulorum. CAP. X.

PLura de officijs docentium locutus, discipulos id unum interim moneo, ut præceptores suos non minus quàm ipsa studia ament, & parentes esse, non quidem corporum, sed mentium credant. Multum hæc pietas confert studio. Nam & libenter audient, & dictis credent, & esse similes concupiscent. In ipsos deniq; cœtus scholarũ læti et alacres conuenient, emẽdati non irascentur, laudati gaudebunt, ut sint charissimi studio merebuntur. Nam ut illorum officium est docere, sic horũ præbere se dociles. Alioqui + neutrum sine altero suffi + alterum cit. Et sicut hominis ortus ex utroq; gignentium confertur, & frustra sparseris semina, nisi illa præmollitus foueritsulcus, ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis, accipientisq; concordia.

De utilitate, & ratione declamandi. CAP. XI.

IN his primis operibus, quæ non ipsa parua sunt, sed maiorum quasi membra atq; partes, bene instituto atque exercitato, iam ferè tempus appetet aggrediēdi suasorias, iudicialesq; materias: quarum antequam uiam ingrediar, pauca de ipsa mihi declamandi ratione dicenda sunt, quæ quidem ut ex omnibus nouissime inuenta, ita multò est utilissima. Nā & cuncta de quibus diximus in se ferè continet, & ueritati proximam imaginem reddit. Ideoq; ita est celebrata, ut pleriq; uideretur ad formandam eloquentiam uel sola sufficere. Neq; enim uirtus ulla, perpetuæ duntaxat orationis, reperiri potest, quæ non sit cum hac dicendi meditatione communis. Eò quidem res ista culpa docentium recidit, ut inter præcipuas quæ corrūperent eloquentiam causas, licentia, atq; insciti declamātium fuerit. Sed eo quod natura bonum est, bene utilicet. Sint ergo & ipsæ materiæ, quæ fingentur, quàm simillime ueritati, Et declamatio in quantum maxime potest, imitetur eas actiones, in quarum exercitationem reperta est. Nam magos, & pestilentiam, & responsa, et sæuiores tragicis nouercas, aliaq; magis ad huc fabulosa, frustra inter sponsiones, et interdicta quæremus? Quid ergo? Numquam hæc supra fidem, & poëtica (ut uere dixerim) themata iuuenibus pertractare permittemus, ut expatientur, & gaudeant materia, et quasi in corpus eant? Optimum. Sed certe sint grandia & tumida, non stulta etiam & acrioribus oculis intuenti ridicula, ac si iam cedendum est, impleat se declamator dilquādo, dum sciat, ut quadrupedes cum uiridi pabulo die-

stentæ sunt, sanguinis detractione curantur, & sic ad ci
bos uiribus conseruandis idoneos redeunt, ita sibi quoq;
tenuandos adipes, et quicquid humoris corrupti contra
xerit, emittendum, si esse sanus, ac robustus uolet. Alio
qui tumor ille inanis, primo cuiuscunq; ueri operis co
natu deprehendetur. Totum autē declamandi opus, qui
diuersum omnino à forensibus causis existimant, hi pro
fectò ne rationem quidem, qua ista exercitatio inuenta
sit, peruident. Nā si foro non præparat, aut scenicæ ostē
tationi, aut furiosæ uociferationi similimū est. Quid e
nim attinet iudicem præparare, qui nullus est? narrare
quod omnes sciant falsum? probationes adhibere causæ,
de qua nemo sit pronunciaturus? Et hæc quidem otiosa
tantum. Affici uero ira, uel luctu permouere, cuius est lu
dibrij? nisi pugnæ cuiusdam simulacris ad uerum diseri
men aciemq; iustam consuescimus. Nihil ergo inter fo
rense genus dicendi, atq; hoc declamatorium intererit?
Si profectus gratia dicimus, nihil. Vtinámque adijci ad
consuetudinem posset, ut nominibus uteremur et perple
xe magis, & longioris aliquando actus controuersiæ fin
gerentur, & uerba in usu quotidiano posita minus time
remus, & iocos inserere moris esset, quæ nos quamlibet
per alia in scolis exercitati sumus, tyrones in foro inue
niunt: Si uero in ostentatiōem comparetur declamatio,
sanè paululum aliquid inclamare ad uoluptatem audien
tium debemus. Nam & his actionibus, quæ in aliqua sine
dubio ueritate uersantur, sed sunt ad populārem aptatæ
delectationem, quales legimus Panegyricos, totúmque Panegyrici.

hoc demonstrationum genus, permittitur adhibere plus cultus, omnemq; artem, quæ latere plerunque in iudicijs debet, & non confiteri modò, sed ostentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio, quoniam est iudiciorum, consiliorumq; imago, similis esse debet ueritati, quoniam aũt aliquid in se habet ἐπιδεικτικόν, nonnihil sibi nitoris assumere, qd faciũt actores comici, q̃ nec ita prorsus ut nos uulgo loquimur, pronunciant, quod esset sine arte, nec tamen procul à natura recedunt, quo uitio periret imitatio, sed mõrem communis huius sermonis decore quodam scenico exornant. Sic quoque aliqua nos incõmoda ex his quas finxerimus cõsequentur, in eo præcipue quod multa in his relinquuntur incerta, quæ sumimus, ut uidentur ætates, facultates, liberi, parẽtes, urbium ipsarum uires, iura, mores, alia his similia. Quin aliquando etiam argumenta ex ipsis positionum uitijs ducimus. Sed hæc suo quæque loco. Quamuis enim omne propositum operis à nobis destinati eò spectet, ut orator instituatur, tamen ne quid studiosi requirant, etiam si quid erit, quod ad scholas pertineat proprie, in trã situ non omittemus.

Sumimus.) Id est quæ p nostro arbitrio ponimus.

a Nam magos &.) Exemplum Magi declamatio. X. earũ quæ Quintiliano adscribuntur. Nouercæ prima. Responsa quarta. Pestilentiæ uidetur posse tale dari, Pestilentia grassante missi sunt qui oraculum consulerẽt. Respondit Deus, si immolata fuisset, quæ nondum esset mater, cessaturum malum. Priusquam uates de responso cognouisset priuatus filiam suam mactauit. Vates statuere iuuencam, id est, βοῦν ἀντὶ μόσχου, immolandam. Cessauit pestilentia, qui filiam occiderat postulatur homicidij.

An artis necessaria cognitio sit. CAP. XII.

IAm hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere initium solent, qui priora omiserunt, quã quam uideo quosdam in ipso statim limine obstaturos, qui nihil egere eiusmodi præceptis eloquentiam putent, sed natura sua, & uulgari modo, & scholarum exercitatione contenti, rideant etiam diligentiam nostram, exemplo magni quoq; nominis professorum, quorũ aliquis (ut opinor) interrogatus quid esset schema et noëma, ne scire se quidẽ, sed si ad rem pertineret, esse in sua declamatiõe respõdit. Alius percõtanti, Theodoreus an Apollodoreus esset, ego, inq;, parmularius sum: Nec sanè potuit urbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi. Porrò hi, quia & beneficio ingenij præstãtes sunt habiti, et multa etiã memoria digna exclamauerũt, plurimos habẽt similes negligentiæ suæ, paucissimos naturæ. Igitur impetu dicere se, & uiribus uti gloriantur. Nec enim opus esse probatione, aut dispositione in rebus fictis quoq;, sed cuius rei gratia plenũ sit auditorium, sententijs grãdibus, quarũ optima quæq; à periculo petatur. Quinetiam in cogitando, nulla ratione adhibita, aut tectum intuentes, magnum aliquid quod ultrò se offerat pluribus sæpe diebus expectant, aut murmure incerto, uelut classico instincti, concitatissimum corporis motum non enuntiandis, sed quærendis uerbis accommodant. Nonnulli certa sibi initia priusquã sensum inuenerint, destinant, quibus aliquid diserti subiungendum sit, eaq; diu secũ ipsi clareq; meditati, desperata connectendi facultate deserũt, et ad

alia deinceps, atq; inde alia non minus cõmunia atque nota diuertunt. Qui plurimũ uidentur habere rationis, nõ in causas tantum laborem suum, sed in locos intendunt, atq; in his non corpori prospiciunt, sed abrupta quædam, ut forte ad manum uenere, iaculantur. Vnde fit, ut dissoluta & ex diuersis congesta oratio cohærere non possit, similisq; sit commentarijs puerorum, in quos ex quæ alijs declamantibus laudata sunt, regerũt. Magnas tamẽ sententias, & res bonas (ita enim gloriari solẽt) eli dũt, nã & barbari, et si hoc sat est, nulla est ratio dicẽdi.

Quare ineruditi ingeniosiores uulgo habeantur.

CAP. XIII.

NE hoc quidem negauerim, sequi plerunque hanc opinionem, ut fortius dicere uideantur indocti. Primum, uitio male iudicantiũ, qui maiorem habere uim credunt ea, quæ non habent artem, ut effringere q̃ aperire, rumpere quàm soluere, trahere quàm ducere putant robustius. Nam & gladiator, qui armorum inscius in rixam ruit, & luctator, qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit incumbit, fortior ab his uocatur, cum interim et hic frequenter suis uiribus ipse prosternitur, & illum uehemẽtis impetus, excipit aduersarij mollis articulus. Sed sunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant: nam & diuisio cum plurimum ualeat in causis, speciem uirium minuit, & rudia politis maiora, & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædam uirtutum uitiorumq; uicinia, quã maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copio-

so accipitur. †Maledicit autẽ imeruditus apertius, & sæ †Maledicus
pius uel cum periculo suscepti litigatoris, frequenter eti
am suo. Affert & ista res opinionem, quia libentißime
homines audiũt ea, quæ dicere ipsi noluissent. Illud quo
que alterum quod est in elocutione ipsa periculum, mi
nus uitat, conaturq; perdite. Inde euenit nonnunquam,
ut aliquid grãde inueniat, qui semper quærit quod nimi
um est, uerum & raro euenit, & cætera uitia non pen
sat. Propter hoc quoq; interdum uidentur indocti copi
am habere maiorem, quod dicunt omnia, doctis est ele
ctio & modus. His accidit, quod à cura †docẽdi quod in †dicendi
tenderint, recedũt. Itaq; illud quæstionũ & argumento
rum apud corrupta iudicia frigus euitant, nihilq; aliud
quàm quo uel prauis uoluptatibus aures aßistẽtium per
mulceant, quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ, quas solas pe
tunt, magis eminent, cum omnia circa illas sordida &
abiecta sint, ut lumina nõ inter umbras, quemadmodum
Cicero dicit, sed planè in tenebris clariora sint. Itaque
ingenioßi uocentur, ut libet, dum tamen constet, contu
meliose sic laudari diśertum. Nihilominus confitendum
est etiam detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudi
bus, & cotes hebetibus, & uino uetustatem, sed uitia de
trahit, atque eo solo minus est, quod literæ perpolierũt,
quo melius. Verum hi pronunciatione quoq; famam di
cendi fortius quærunt. Nam & clamant ubiq;, & omnia
leuata, ut ipsi uocant, manu emugiunt, multo diścursu, an
helitu, jactatione, gestu, motu capitis furentes. Iam colli
dere manus, terræ pedem incutere, fœmur, pectus, fron

tem cædere, mire ad pullatum circulum facit, cum ille eruditus, ut in oratione multa submittere, uariare, dispo nere: ita etiam in pronunciando suum cuiq; eorum, quæ dicet colori accõmodare actũ sciat, & si quid sit perpe tua obseruatione dignũ, modestus esse et uideri malit. At illi hanc uim appellant, quæ est potius uiolentia. Cũ inte rim non actores modò aliquos inuenias, sed quod est tur pius, præceptores etiam qui breuẽ dicendi exercitatio nem consecuti, omissa ratione, ut tulit impetus, passim tu multuentur, eosq; qui plus honoris literis tribuerunt, in eptos & iciunos, et trepidos, et infirmos, ut quod q; uer bum contumeliosissimum occurrit, appellent. Verũ illis quidem gratulemur, sine labore, sine ratione, sine disci plina disertis. Nos quando præcipiendi munus & iam pridem deprecati sumus, & in foro quoq; dicendi, quia honestissimum finem putabamus, desinere dum desidera remur, inquirendo scribendoq; talia, consolemur ocium nostrum, quæ futura usui bonæ mentis iuuenibus arbi tramur, nobis certe sunt uoluptati.

Violentia.

Quis modus sit in arte. CAP. XIIII.

NEmo autem à me exigat id præceptorum genus, quod est à pleriſq; scriptoribus artium traditũ, ut quasi quasdam leges immutabili necessitate +conscri ptas studiosis dicẽdi feram. Vtiq; proœmium, & id qua le, proxima huic narratio quæ lex deinde narrandi, pro positio post hãc, uel ut quibusdam placuit, excursio, tum certus ordo quæstionum, cæteraq; uelut si aliter facere fas non sit, quidam tanq; iussi sequuntur. Erat enim Rhe

+cõstrictas

torice res prorsus facilis ac parua, si uno & breui præ-
scripto contineretur. Sed mutantur pleraq; causis, tem-
poribus, necessitate, occasione. Atq; ideo res in oratore
præcipua consilium est, quia uarie, & ad rerum momẽ
ta cõuertitur. Quidẽ si enim præcipias Imperatori, quo
tics aciem instruit, dirigat frontem, cornua utrinq; pro
moueat, equites pro cornibus locet. Erit hæc quidem re
ctissima fortasse ratio, quoties licebit, sed mutabitur na
tura loci, si mons occurret, si flumen obstabit, collibus, syl
uis, aliá ue asperitate prohibebitur. Mutabit hostium ge
nus, mutabit præsentis cõditio discriminis, nunc acie di
recta, nunc cuneis, nunc auxilijs, nunc legione pugnabi
tur, nonnunq; terga etiam dedisse simulata fuga prode-
rit. Ita proœmiũ necessarium an superuacuum, breue an
longius ad iudicem omni sermone directo, an aliquando
auerso per aliquam figuram, dicendũ sit, constricta an la
tius fusa narratio, cõtinua an diuisa, recta an ordine per
mutato, causæ docebũt. Itemq; de quæstionũ ordine, cum
in eadẽ controuersia aliud alij parti propius quæri fre-
quenter expediat. Neq; enim rogationibus plebisue sci
tis sancta sunt ista præcepta, sed hoc quicquid est, utili-
tas excogitauit. Non negabo autẽ sic utile esse plerũq;,
alioqui nec scriberẽ: uerũ si eadẽ illa nobis suadebit utili
tas, hanc, relictis magistrorum autoritatibus, sequemur.
Equidem id maximẽ præcipiã, ac repetens iterumq; ite
rumq; monebo. Res duas in omni actu spectet orator,
quid deceat, quid expediat. Expedit aũt sæpe mutare ex
illo cõstituto, traditoq; ordine aliqua, & interim decet,

ut in statuis atque picturis uidemus, uariari habitus, uultus, status. Nam recti quidem corporis uel minima gratia est. Nempe enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes, & à summis ad ima rigens opus, flexus ille, & ut sic dixerim, motus dat actum quendam effictis. Ideo nec ad unum modum formatæ manus, & in uultu mille species. Cursum habent quædam & impetum, sedent alia, uel incumbunt, nuda hæc, illa uelata sunt, quædam mixta ex utroq;. Quid tam distortum & elaboratum, quam est ille Discobolos Myronis? Si quis tamẽ ut parum rectum improbet opus, nónne ab intellectu artis abfuerit, in qua uel præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas ac difficultas? Quam quidem gratiam et delectationem afferunt figuræ, quæq; in sensibus, quæq; in uerbis sunt. Mutãt etiam aliquid à recto, atq; hanc præ se uirtutem ferunt, quod à consuetudine uulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies. Apelles tamẽ imaginẽ Antigoni latere tantũ altero ostẽdit, ut †amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quædam, siue ostendi non debent, siue exprimi pro dignitate nõ possunt? ut fecit Timantes, ut opinor, Cithnius in ea tabula, qua Colotẽ Teium uicit. Nam cum in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Calchantem tristiorem Vlyssem addidisset, Menelao quem summum poterat ars efficere mœrorẽ, consumptis affectibus non reperiens quo digne modo patris uultum posset exprimere, uelauit eius caput, et suo cuiq; animo dedit æstimãdum. Nónne huic est illud simile Sallustianum: Nam de

Carthagine tacere satius puto, quàm parum dicere? Propter quæ mihi semper moris fuit quamminime alligare me ad præcepta, quæ καθολικὰ uocãt, id est (ut dicamus quomodo possumus) uniuersalia, uel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua, & subrui possit. Sed de his pleniùs suo quicq; loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis instructos, si quem ex his qui breues plerunq; circumferuntur, artis libellum edidicerint, & uelut decretis technicorum tutos putent: Multo labore, assiduo studio, uaria exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præsentissimo consilio cõstat ars dicendi. Sed adiuuatur his quoq;, si tamen rectã uiam, non unã orbitam monstrent, à qua declinare qui crediderit nefas, patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Itaq; & stratum militari labore iter sæpe deserimus compendio ducti, & si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogemur, & si ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Late fusum opus est, et multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquã dicta erũt omnia. Quæ sunt tamẽ tradita, quid ex his optimum, & siqua mutari, adijci, detrahi melius uidebitur, dicere experiar.

Diuisio totius operis. CAP. XV.

Rhetoricen in latinum tranferentes, tum Oratoriam, tum Oratricem nominauerunt. Quos equidem non fraudauerim debita laude, quod copiam Romani sermonis augere tentauerunt. Sed non omnia nos du-

centes ex græco sequuntur, sicut ne illos quidem, quotiens suis utiq; uerbis signare nostra uoluerunt, & hæc interpretatio non minus dura est, q̃ illa Plauti, essentia atque entia. Sed ne propria quidem: nam oratoria sic efferetur, ut elocutoria, oratrix, & elocutrix. Illa autẽ de qua loquimur rhetorica talis est, qualis eloquentia. Nec dubie apud Græcos quoq; duplicem intellectum habet. Nanq; uno modo fit appositũ ars rhetorica, ut nauis piratica: altero nomen rei qualis est philosophia, amicitia. Nos ipsam nũc uolumus significare substantiã, ut grãmatice literatura est non literatrix, quemadmodũ oratrix, nec literatoria quẽadmodũ oratoria, uerũ in rhetorice non fit. Non pugnemus igitur, cum præsertim plurimis alioqui Græcis sit utendũ. Nam certe & Physicos, Musicos & Geometras dicã, ne uim afferã his nominibus in decora in latinum sermonem mutatione. Deniq; cum M. Tullius etiã ipsis librorũ, quos hac de re primũ scripserat, titulis Græco nomine utatur, profectò non est uerẽdũ, ne temere uideamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse. Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillationis utemur hac apellatione) sicut opinor optime diuidetur, ut de arte, artifice, de opere dicamus. Ars erit quæ disciplina percipi debet, ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui præcipit hanc artem, id est orator, cuius est summa bene dicere. Opus quod efficitur ab artifice, id est bona oratio. Hæc omnia rursus diducuntur in species. Sed illa sequentia suo loco, nũc quæ de prima parte tractanda sunt, ordiar.

Quid sit Rhetorice, & quis eius finis. CAP. XVI.

ANte omnia quid sit rhetorice, quæ finitur quidem uariæ, sed quæstionem habet duplicem: aut enim de qualitate ipsius rei, aut de comprehensione uerborum dissentio est. Prima ac præcipua opinionum circa hæc differentia, quod alij malos quoque uiros posse oratores dici putant: Alij (quorum nos sententiæ accedimus) nomen hoc, artemq; de qua loquimur, bonis demum tribui uolunt. Eorum aũt, qui dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda uitæ laude secernunt. Quidam rhetoricen uim tantum, quidam scientiam, sed non uirtutem, quidam usum, quidam artem quidem, sed à scientia, & uirtute seiunctam, quidam etiam prauitatem quandam artis, id est κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi aũt ferè in persuadendo, aut in dicendo apposite ad persuadendum, positum orandi munus sunt arbitrati: id enim fieri potest ab eo quoque, qui uir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis rhetoricæ uis persuadendi. Quod ego uim appello, pleriq; potestatem, nonnulli facultatem uocant: quæ res ne quid afferat ambiguitatis, †uim dico πλὴν δ' ἀναμίμ. Hæc opinio originẽ ab Isocrate (si tamen re uera ars quæ circũfertur, eius est) duxit. Qui cũ longe sit à uolũtate infamantiũ oratoris officia, finẽ artis temere cõprehẽdit, dicẽs esse rhetoricẽ persuadẽdi opificẽ, id est, σαθρὸς δ' ἡμιεργόν. Neq; enim mihi pmiserim eadẽ uti declaratione, qua Ennius M. Cethegũ Suadæ medullam uocat. Apud Platonem quoq; Gorgias in libro, qui nomine eius inscriptus est, idem ferè dicit,

†Aliàs, uim dicere malĩ.

ſed hanc Plato illius opinionem uult accipi, non ſuam. Cicero pluribus locis ſcripſit, oratoris officium eſſe, dicere appoſite ad perſuadendum. In rhetoricis etiã quos ſine dubio ipſe non probat, finem facit perſuadere. Verũ & pecunia perſuadet, et gratia, et autoritas dicentis, et dignitas, poſtremo aſpectus etiam ipſe ſine uoce, quo uel recordatio meritorum cuiuſq;, uel facies aliqua miſerabilis, uel formæ pulchritudo ſententiam dictat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius, cum ſciſſa ueſte cicatrices quas is pro patria pectore aduerſo ſuſceperiſſet, oſtendit, non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani attulit uim, quem illo ipſo aſpectu maxime motum in hoc ut ſolueret reum, creditum eſt. Seruium quidem Galbam miſeratione ſola, qua non ſuos modò liberos paruulos in concionem produxerat, ſed Galli etiam Sulpicij filium ſuis ipſe manibus circumtulerat, elapſum eſſe, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione teſtatum eſt. Et Phrynen non Hyperidis actione quanquã admirabili, ſed conſpectu corporis, quod illa ſpecioſiſſimum alioqui, deducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam. Quæ ſi omnia perſuadent, non eſt hic, de quo locuti ſumus, idoneus finis. Ideoq; diligẽtiores ſunt uiſi ſibi, qui cum de rhetorice idẽ ſentirent, exiſtimarunt eam uim dicendo perſuadendi. Quem finem Gorgias in eodem, de quo ſupra diximus libro, uelut coactus à Socrate facit. A quo non diſſentit Theodectes, ſiue ipſius id opus eſt, quod de rhetorice nomine eius inſcribitur, ſiue, ut creditum eſt, Ariſtotelis, in quo eſt, finem eſſe

De Aquilio Cicero de Oratore 2.

De Gall. Sulp. Cicero de Orat. 1.

Phrynen meretricẽ Theſpienſem capitis ream factam ab Euthyna, defendit Hyperides. Qui cũ ſenſiſſet non permoueri oratione ſua Iudices, productæ in medium ueſtẽ diſcidit & pectus nudauit. Tum o-

rhetorices, ducere homines dicendo in id quod actor uelit. Sed ne hoc quidem satis est comprehensum. Persuadent enim dicendo, uel ducunt in id quod uolunt alij quo que, ut meretrices, adulatores, corruptores. At contra non persuadet semper orator, ut interim non sit proprius hic finis eius, interim sit cõmunis cum his qui ab oratore procul absunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Apollodorus, dicens, iudicialis orationis primum & super omnia esse, persuadere iudici, & sententiam eius ducere in id quod uelit. Nam & ipse oratorem fortunæ subijcit, ut si non persuaserit, nomen suum retinere non possit. Quidam recesserunt ab euentu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est uis inueniendi omnia in oratione persuasibilia. Qui finis & illud uitium, de quo supra diximus, habet, et insuper quod nisi inuentionem cõplectitur, quæ sine elocutione non est oratio. Hermagoræ, qui finem eius esse ait persuasibiliter dicere, & alijs qui eandẽ sententiã nõ ijsdem tantũ uerbis explicant, ac finem esse demonstrant, dicere quæ oporteat omnia ad persuadendum, satis responsum est, cum persuadere non tantum oratoris esse cõuicimus. Addita sunt his alia uarie. Quidam enim circa res omnes, quidam circa ciuiles modò uersari rhetoricen putauerunt, quorum uerius utrum sit, in eo loco, qui huius quæstionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse oratori uidetur Aristoteles, cũ dixit, uim esse dicendi, quid in quaque re, possit esse persuasibile. Et Patrocles, qui non quidem adijcit in quaque re, sed nihil excipiendo idem ostendit, uim enim uo-

mni oratiõe ad miserationem conuer sa extorsit iudicibus absolutionem. Vñ lege cautũ postea fuit ne quis reo dicẽs miserationibus, neue reus in iudicio aspiceretur. Athenæus lib. xiij.

cat inueniendi quod sit in oratione persuasibile, qui fines & ipsi solam amplectuntur inuentionem. Quod uitium fugiens Theodorus, uim putat inueniendi & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione. Sed cum eodem modo credibilia, quo persuasibilia non orator inueniat, adijciendo in omni oratione, magis quàm superiores cõcedit scelera quoq; suadentibus, pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem suadẽdi se artificem in iudicijs & alijs cœtibus esse ait. De iustis quoq; & iniustis tractare, cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facultatem. Qui uero non omnia subijciebant oratori, solicitius ac uerbosius, ut necesse erat, adhibuerunt discrimina, quorum fuit Ariston, Critolai Peripatetici discipulus, cuius hic finis est: scientia uidendi & agendi in quæstionibus ciuilibus per + orationem popularis persuasionis. Hic scientiam, quia Peripateticus est, non ut Stoici, uirtutis loco ponit, popularem autem comprehendendo persuasionem, etiam contumeliosus est aduersus artẽ orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnibus qui circa ciuiles demum quæstiones oratorẽ iudicant uersari, dictum sit, excludi ab his plurima oratoris officia, illam certe laudatiuam totam, quæ est rhetorices pars tertia. Cautius Theodorus Gadaræus, ut tã ad eos ueniamus, qui artem quidem esse eam, sed non uirtutem putauerunt: Ita enim dicit (ut ipsis eorum uerbis utar, qui hoc ex græco transtulerunt) Ars inuentrix, & iudicatrix, et enunciatrix, decente ornatu secundũ mentionẽ eius, quod in quoq; potest sumi persuasibile in ma-

+operationem.

teria ciuili. Itemq; Cornelius Celsus qui finem rhetorices ait, dicere psuasibiliter in dubia uel ciuili materia. Quibus sunt non dissimiles, qui ab alijs traduntur, qualis est & ille: Vis † dicendi & eloquendi de rebus ciuilibus subiectis sibi, cum quadam persuasione, et quodam corporis habitu, & eorum quæ dicet pronunciatione. Mille alia, sed aut eadem, aut ex ijsdem composita, quibus item cum de materia rhetorices dicendum erit, respondebimus. Quidam eam neq; uim, neq; scientiam, neq; artẽ putauerũt, sed Critolaus usum dicendi. Nã hoc τριβὴν significat. Athenæus fallendi artem. Plerique aũt dum pauca ex Gorgia Platonis à prioribus imperite excerpta, legere contenti, neq; hoc totum, neq; alia eius uolumina euoluunt, in maximum errorem inciderunt, creduntq; eum in hac esse opinione, ut rhetoricen non artem, sed peritiã quandam gratiæ ac uoluptatis existimet: & alio loco, ciuilitatis particulæ simulacrum, & quartam partem adulationis, quod duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem atq; iusticiam: Adulationem autem medicinæ, uocet coquorum artificium, & exercitatricis mangonum, qui colorem fuco, & uerum robur imani sagina mentiantur, legalis cauillatricẽ, iustitiæ rhetoricẽ. Quæ omnia sunt quidẽ scripta in hoc libro, dictaq; à Socrate cuius persona uidetur Plato significare quid sentiat. Sed alij sunt eius sermones ad cõarguendos, quicontrà disputant compositi, quos ἐλεγκτικοὺς uocant, alij ad præcipiendum, qui δογματικοὶ appellantur. Socrates aũt, seu

† uidendi

In hæc loca q̃ de Platone sumpta sunt, lege an notat. Cam.

Socratis persona in Platone.

Plato, eam quidem, quæ tum exercebatur, rhetoricen talem putat, nam & dicit his uerbis: τοῦτον δὴ τὸν τρόπον, ὃν ὑμεῖς νῦν πολιτεύεσθε. Non ueram autem & honestam intelligit. Itaq; disputatio illa contra Gorgiam ita claudi-
tur: οὐκοῦν ἀνάγκη τὴν ῥητορικὴν δίκαιον εἶναι, τὴν δὲ δί-
καιον βούλεσθαι δίκαια, καὶ πρὰττειν. Ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsideratior, contra quem illa de simulacro & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior, qui tamen ad hanc perducitur clausulam, ἀλλὰ μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι, δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι τὴν ἐπιστή-
μονα τῶν δικαίων, ut appareat Platoni non rhetoricen uideri malum, sed eam ueram, nisi iusto ac bono non contingere. Adhuc autem in Phædro manifestius facit, hanc artē consummari citra iusticiæ quoq; scientiā non posse, cui opinioni nos quoq; accedimus. An aliter defensionē Socratis, & eorum qui pro patria cecidерant laudem scripsissetꝰ quæ certè sunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod facultate dicendi male utebatur, inuectus est. Nam & Socrates inhonestam sibi credidit orationem, quam ei Lysias reo composuerat, & tum maxime scribere litigatoribus quæ illi pro se ipsi dicerent, erat moris, atq; ita iuri, quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctores quoq; eius artis, parum idonei Platoni uidebantur, qui rhetoricen à iustitia separarent, & ueris incredibilia præferrent. Nam id quod dicit in Phædro. Consensisse autem illis superioribus uideri potest etiā Cornelius Celsus, cuius hæc uerba

Cicero de Orat. 1.

talieno

sunt: Orator simile tantũ ueri petit. Deinde paulò post: Non enim bona conscientia, sed uictoria litiganeis est præmium. Quæ si uera essent, pessimorum hominum forret, hæc tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta, & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suæ uiderint. Nos autem ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse bonum uirum uolumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiunt, reuertamur. Rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiæ ciuilis partem uocat: ciuilis autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ, quorum est Isocrates: Huic substantiæ maxime conuenit finitio, rhetoricen esse benedicendi scientiam. Nam & orationis omnes uirtutes semel complectitur, & protinus mores etiam oratoris, cum bene dicere non possit, nisi bonus. Idem ualet Chrysippi finis ille ductus à Cleante, scientia recte dicendi. Sunt plures eiusdem, sed ad alias quæstiones magis pertinẽt. Idẽ sentiret finis hoc modo comprehensus, persuadere quod oporteat, nisi quod artem ad exitum alligat. At bene artis, dicere secundũ uirtutem orationis. Excludunt à rhetorice malos, & illi qui scientiam ciuiliũ officiorum eam putauerũt, si scientiam uirtutem iudicant, sed anguste intra ciuiles quæstiones coërcent. Albutius non obscurus professor atq; autor, scientiam bene dicendi esse consentit, sed exceptionibus peccat, adijciẽdo circa ciuiles quæstiones, & credibiliter, quarum iam utrique responsum est. Probabilis & illi uoluntatis, qui recte sentire & di-

Ciuilis scientia.

Albutius.

cere rhetorices putauerunt. Hi sunt ferè fines maxime illustres, & de quibus præcipue disputatur. Nam omnes quidem persequi nec attinet, nec possum, cum prauum quoddã, ut arbitror, studium circa scriptores artiũ exti terit, nihil iisdem uerbis, quæ prior aliquis occupasset si niendo, quæ ambitio procul aberit à me. Dicam enim nõ utiq; quæ inuenero, sed quæ placebunt, sicut hoc, rhetori cen esse bene dicendi scientiam, cum reperto quod est op ptimum, qui quærit aliud, peius uelit. His approbatis, si mul manifestũ est illud quoq;, quem finem, uel quid sum mum & ultimum habeat rhetorice, quod τέλος dicio tur, ad quod omnis ars tendit. Nam si est ipsa bene dicẽ di scientia, finis eius & summum est bene dicere.

Cicero de finib. Vltimũ Cicero esse ait, quod omnium philosophorũ sententia tale debet esse, ut ad id oĩa referri oporteat, ipsum autẽ nusq̃.

An utilis sit Rhetorice. CAP. XVII.

SEquitur quæstio, an utilis Rhetorice: nam quidam uehementer in eam inuehi solent, & quod sit indignissimum, in accusationem orationis utuntur orandi uiribus, eloquentiam esse, quæ pœnis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiões modò, turbæq; populares, sed bel la etiam †inexpiabilia excitentur, cuius deniq; tum maxime sit usus, cum pro falsis cõtra ueritatem ualet. Nam & Socrati obijciunt comici, docere eum quomodo peiorem causam meliorem faciat, & conera Tisian, & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adijciunt exempla Græcorum Romanorumq;, & enumerant, qui pernicioſa non singulis tantum, sed rebus etiam publicis, usi eloquentia, turbauerint ciuitatum status, uel euerterint,

†inexpugnabilia.

De Socrate notũ est ex nubibus Aristophanis. Græci autẽ hoc ita dicũt ὁ νῦν τῶν λόγων κρείττων ποιῶν.

eoque & Lacedæmoniorum ciuitate expulsam, & Athenis quoque, ubi actor mouere affectus uetabatur, uelut recisam orandi potestatem. Quo quidem modo nec duces erunt utiles, nec magistratus, nec medicina, nec denique ipsa sapientia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciæ magistratus, & in medicinis uenena, & in his qui philosophorum nomine male utuntur, grauissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt. Cibos aspernemur, attulerunt sæpe ualetudinis causas, nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, potest uti eodem ferro latro. Quis nescit, ignes, aquas, sine quibus nulla sit uita, & (ne terrenis immorer) solem lunámque præcipua siderum, aliquãdo etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem Cæcus ille Appius dicendi uiribus diremisse? Aut non diuina M. Tullij eloquentia, & contra leges Agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & supplicationes, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Nónne perterritos militum animos frequenter à metu reuocat oratio? & tot pugnandi pericula ineunti bus laudem uita potiorem esse persuadet? Nec uero me Lacedæmonij, aut Athenienses magis mouerint, quàm populus Romanus, apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit. Equidem nec urbium conditores reor aliter effecturos fuisse, ut uaga illa multitudo coiret in populos, nisi docta uoce commota: nec legum repertores sine summa ui orandi consecutos, ut se ipsi homi-

2 De Flaminio contra prodigia cõfligente cum Annibale & interfecto Liuius libro xxij. De C. & T. Gracchorum fratrum seditionibus. Itẽq; de Saturnini & Glauciæ notũ, uel ex Bruto Ciceronis. Cæcus ille. Historiam annotauit Florus ex xiij. libro Liuij.

nes ad seruitutẽ iuris astringerent. Quin ipsa uitæ præ
cepta, etiamsi natura sunt honesta, plus tamen ad formã
das mentes ualent, quoties pulchritudinem rerum, clari
tas orationis illuminat. Quare etiamsi in utranq; partẽ
ualẽt arma facundiæ, non tamẽ est æquum id haberi ma
lum, quo bene uti licet. Verũ hæc apud eos forsitan quæ
rantur, qui summam rhetorices ad persuadendi uim re
tulerunt. Si uero est bene dicendi scientia, quem nos fi
nem sequimur, ut sit orator in primis uir bonus, utilem
certe esse eam confitendum est. Et hercle deus ille primo
ceps, parens rerum, fabricatorq; mundi, nullo magis ho
minem separauit à cæteris, quæ quidẽ mortalia essent,
animalibus, quàm dicendi facultate. Nam corpora qui
dem magnitudine, uiribus, firmitate, patientiã, uelocita
te præstantiora in illis mutis uidemus, eadem minus ege
re acquisitæ extrinsecus opis. Nam & ingredi citius, et
pasci, & tranare aquas, citra docentem natura ipsa scio
unt. Et pleraque contra frigus ex suo corpore uestiun
tur, & arma his ingenita quædam, & ex obuio fere uic
tus, circa quæ omnia multus hominibus labor est. Ratio
nem igitur nobis præcipuam dedit, eiusq; nos socios esse
cum dijs immortalibus uoluit. Sed ipsa ratio neque tam
nos iuuaret, neq; tam esset in nobis manifesta, nisi quæ
concepissemus mente, promere etiã loquendo possemus,
quod magis deesse cæteris animalibus, quàm intellectum
& cogitationem quandam uidemus. Nam & moliri cubi
lia, & nidos texere, & educare fœtus, & excludere,
quinetiam reponere in hyemem alimẽta, opera quædam

nobis inimitabilia, qualia sunt cerarum, ac mellis efficere, non nullius fortasse rationis est: sed quia carent sermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia uocantur. Deniq; homines, quibus negata uox est, quantulum adiuuat animus ille cœlestis? Quare si nihil à dijs oratione melius accepimus, quid tam dignum esse cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præstare hominibus, q̃ quo ipsi homines cæteris animalibus præstent? Eo quidem magis, quod nullâ in parte plenius labor gratiam refert. Id adeò manifestum erit, si cogitauerimus unde, & quousque iam prouecta sit orandi facultas, & adhuc augeri potest. Nam ut omittam defendere amicos, regere consilijs senatum, populum, exercitum in quæ uult ducere, quàm sit utile, cõueniatq; bono uiro, nónne pulchrũ uel hoc ipsum est, ex communi intellectu uerbisq;, quibus utantur omnes, tantum assequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare, sed quod Pericli contigit, fulgurare, ac tonare uidearis?

a Vbi actor mouere.) Athenæus XIII. ἢ ἐφιθείσης ἐγραφη μείᾳ ταῦτα ψήφισμα, μηδ' ἕνα οἰκεῖον τῶν λεγόντων ὑπέρ τινος, μὴ ἀβλεπόμενον τὴν κατηγορούμενον, ἢ τὴν κατηγορημένην κρίνεσθαι. Hoc est: Absoluta Phryna, scitum factum est, ne cui diceretur pro altero miseratione uti liceret, neue reum aut ream in iudicio aspici fas esset.

b Pericli contigit.) Aristophanes ἀχαρνεῦσι. ἐυθὺς ὀργὴ πέρικλέης οὐλύμπιος ἤστραπτε μεβρόντα, ξυνεκύκα τὴν ἑλλάδα. Id est, Ibi tum furens Pericles ille Olympius, fulmine tonitruq; conturbabat Græciam.

An Rhetorice sit ars. CAP. XVIII.

Finis non erit si expatiari parte in hac, et indulgere uoluptati uelim. Transeamus igitur ad eam quæstio

nem quæ sequitur, an rhetorice ars sit. Quod quidem ideò ex his qui præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiam ipsis librorum titulis testatum sit, scriptos eos de arte rhetorica: Cicero uero etiam eam, quæ rhetorice uocetur, esse artificiosam eloquentiam dicat. Quod non oratores tantũ uendicauerunt, ut studijs aliquid suis præstitisse uideantur, sed cum his philosophi, & Stoici, et Peripatetici plerunq; cõsentiunt. Ac me dubitasse confiteor, an hanc partem quæstionis tractãdam putarẽ. Nam quis est adeò non ab eruditione modò, sed à sensu remotus hominis, ut fabricandi quidem & texendi, & è luto uasa diducendi artem putet: rhetoricen autem, maximum ac pulcherrimũ, ut suprà diximus, opus in tam sublime fastigium existimet sine arte uenisse? Equidem illos, qui contrà disputarunt, non tam id sensisse quod dicerent, q̃ exercere ingenia materiæ difficultate credo uoluisse, sicut Polycratem cum Busirim laudaret, & Clytemnestram: quanquam is, quod his dissimile non esset, composuisse orationem, quæ est habita contra Socratem, dicitur. Quidam naturalem esse rhetoricen uolunt, & tamen adiuuari exercitatione non diffitentur, ut in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, obseruationem quandam esse, non artem. Quod non ideò, ut pro uero accipiamus, est positum, sed ut Antonij persona seruetur, qui dissimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuisse Lysias uidetur, cuius sententiæ talis defensio est, quod indocti & barbari, & serui pro se cum loquuntur, aliquid dicant simile principio, narrent, pro-

Antonij persona apud Ciceronem.

bent, refutent, & (quod uim habeat epilogi) deprecentur. Deinde adijciunt illas uerborum cauillationes, nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse, atq; dixisse homines pro se, & in alios semper, doctores artis sero iam, & circa Thysiã & Coraca primum repertos: orationẽ igitur ante artẽ fuisse, eoq; artẽ non esse. Nos porrò quãdo cœperit huius rei doctrina, non laboramus exquirere, quam quam apud Homerũ etiam præceptorẽ Phœnicem, tum agendi, tum & loquẽdi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoq; proposita eloquentiæ inter iuuenes inuenimus. Quin in cælatura clypei Achillis, et lites sunt, et actores. Illud enim admonere satis est, omnia quæ ars consummarit à natura initia duxisse, aut tollatur medicina, quæ ex obseruatione salubriũ atq; his contrariorum reperta est: & ut quibusdã placet, tota constat experimentis. Nam & uulnus deligauit aliquis, antequã hæc ars esset, et febrẽ quiete & abstinentia, non quia rationem uidebat, sed quia id ualetudo ipsa coëgerat, mitigauit. Nec fabrica sit ars, casas enim primi illi sine arte fecerũt. Nec musica, cãtatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si rhetorice uocari debet sermo quicunq; fuisse eã anteq; esset ars, cõfitebor. Si uero non quisquis loquitur orator est, et tamen non tanq; oratores loquebantur, necesse est oratorem factũ arte, nec ante artem fuisse fateantur. Quo illud quoq; excluditur, quod dicunt, non esse artis id qđ faciãt qui non didicerint, dicere aũt homines, et qui nõ didicerint. Ad cuius rei cõfirmationẽ afferunt Demadẽ

De Orator. lib. 1.

Supra indicatum est.

De cælatura Iliados. 6.

remigem & Aeschinem hypocriten oratores fuisse, fal
so. Nam neq; orator esse qui non didicit, potest, & hos
sero potius, q̃ nunquam didicisse quis dixerit: quanquam
Aeschines ab initio sit uersatus in literis, quas pater ei-
us etiam docebat. Demadem neq; non didicisse certũ sit,
& continua dicendi exercitatio potuerit tantum, quan-
tuscunq; postea fuit, fecisse. Nam id potentißimum di-
scendi genus est. Sed + adhuc præstantiorẽ, si didicisset,
futurum fuisse dicere licet. Neque enim orationes scri
bere est ausus, ut eum multum ualuisse in dicendo scia-
mus. Aristoteles, ut solet, quærendi gratia quædam subti
litatis suæ argumenta excogitauit in Gryllo, sed idem et
de arte rhetorica tres libros scripsit, et in eorum primo
non artem solum eam fatetur, sed ei particulam ciuilita-
tis, sicut dialecticis, assignat. Multa Critolaus contrà,
multa Rhodius Athenodorus. Agnon quidem detraxit
sibi in scriptione ipsa fidem, qua rhetorices accusationẽ
Epicurus discipli- nas fugit. professus est. Nam de Epicuro, qui disciplinas omnes fu
git, nihil miror. Hi complura dicunt, sed ex paucis locis
ducta. Itaq; potentißimis eorum breuiter occurram, ne
in infinitum quæstio euadat. Prima his argumentatio ex
materia est: Omnes enim artes aiunt materiam, quod est
uerum, rhetorices nullam esse propriã, quod esse falsum
in sequentibus probabo: altera est calumnia, nullam ar-
tem falsis assentire opinionibus, quia constitui sine con-
ceptione non possit, quæ semper uera sit, rhetoricen as-
sentiri falsis, non esse igitur artem. Ego rhetoricen non
nunq̃ dicere falsa pro ueris confitebor, sed non ideo in

falsa quoq; esse opinione cõcedã, quia lõge diuersum est ipsi quid uideri, & ut alij uideatur efficere. Nã & imperator falsis utitur sæpe, ut Hannibal, cum inclusus à Fabio, sarmentis circum cornua boum deligatis, incensisq; per noctem in aduersos montes agens armenta, speciem hosti abeũtis exercitus dedit, sed illum fefellit, ipse quid uerum esset non ignorauit. Nec uero Theopompus Lacedæmonius, cum permutato cum uxore habitu, è custodia ut mulier euasit, falsam de se opinionem habuit, sed custodibus præbuit. Item orator cum falso utitur pro uero scit falsum esse, eoq; se pro uero uti: non ergo falsam habet ipse opinionem, sed fallit alium. Nec Cicero cum se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentij gloriatus est, nihil ipse uidit. Et pictor cum ui artis suæ efficit, ut quædam eminere in opere, quædam recessisse credamus, ipse ea plana esse non nescit. Aiunt etiam omnes artes habere finem aliquem propositum ad quem tendant, hunc modò nullum esse in rhetorice, modò non præstari eum qui promittatur, mentiuntur. Nos enim esse finem iam ostendimus, & quis esset diximus, præstabit hunc semper orator, semper enim bene dicet. Firmum autem hoc quod opponitur, aduersus eos fortasse sit, qui persuadere finem putauerunt. Noster orator, arsq; à nobis finita non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad uictoriam qui dicit, sed cum bene dixit, etiamsi non uincat, id quod arte continetur effecit. Nam & gubernator uult salua naue in portum peruenire, si tamen tempestate fuerit abreptus, nõ ideo minus erit gubernator, dicetq; no-

Theopõp⁹. De Minyis hoc scribit Herodotus. Et est exemplum apud Valer. lib. 4. Cap. 6.

Dum clauū rectū teneā.

tum illud, dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit, si tamen aut ualetudinis ui, aut intemperantia ægri, alioue quo casu summa non contigit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidit. Ita oratori bene dixisse finis est. Nã est ars ea, ut post paulum clarius ostendemus, in actu posita, nõ in effectu. Ita falsum erit illud quoq; quod dicitur, artes scire quando sint finem consecutæ, rhetoricen nescire. Nam se quisq; bene dicere intelligit. Vti etiam uitijs rhetoricen, quod ars nulla faciat, criminantur, quia & falsum dicat, & affectus moueat. Quorũ neutrum est turpe, cum ex bona ratiõe proficiscitur, ideoq; nec uitium. Nam & mẽdacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est: & affectus, si aliter ad æquitatem perduci iudex non poterit, necessariò mouebit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipsum fallendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dentur, sapientum conciones, atque omne concilium, nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio præsumpta, falsiq; testes, perquàm sit exiguus eloquentiæ locus, & prope in solã delectatione ponatur. Sin et audientium mobiles animi, & tot malis obnoxia ueritas, arte pugnandum est, & adhibenda quæ prosunt: neque enim qui recta uia depulsus est, reduci ad eam, nisi alio flexu potest. Plurima uero ex eo contra rhetoricen cauillatio est, qđ ex utraq; causæ parte dicatur. Inde hoc, nullam esse artem sibi contrariam. Nullam artem destruere quod efficerit, accidere hoc rhetorices operi. Itẽ, aut dicẽda eam

docere, aut non dicenda, ita uel per hoc non esse artem, quod non dicenda præcipiat, uel per hoc, quod cum dicenda præceperit, etiam contraria his doceat. Quæ omnia apparet de ipsa rhetorice dici, quæ sit à bono uiro, atq; ab ipsa uirtute seiuncta, alioqui ubi iniusta causa est, ibi rhetorice non est, adeo ut uix ex admirabili quodam casu possit accidere, ut ex utraq; parte orator, id est uir bonus, dicat: tamen quoniam hoc quoq; in rerum natura cadit, ut duos sapientes aliquando iustæ causæ in diuersum trahant, quandoq; etiam pugnaturos inter se eos, si ratio ita duxerit, credunt, respondebo propositis, atq; ita quidem, ut appareat hæc aduersus eos quoq; frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgẽt. Nam rhetorice non est contraria sibi, causa enim cũ causa, non illa secum ipsa componitur. Nec si pugnent inter se qui idẽ didicerint, idcirco ars, quæ utriq; tradita est, non erit: alioqui nec armorũ, quia sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componuntur, nec gubernandi, quia naualibus prælijs gubernator est gubernatori aduersus, nec imperatoria, quia Imperator cum imperatore contendit. Item non euertit opus rhetorice quod efficit: neq; enim positum à se argumentum soluit orator, sed ne rhetorice quidem. Quia apud eos, qui inter se bonos uiros cõposuerit, ueri similia quærentur, persuadendo finẽ putant, aut si quis, ut dixi, casus, duos, Non autem si quid est altero credibilius, id ei contrarium est, quod fuit credibile. Nam ut candido candidius, & dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili pro-

babilius. Nec præcipit unquam non dicenda, nec dicendis contraria, sed quæ in quaq; causa dicenda sunt. Non semper autẽ, etiamsi frequentissime ueritas tuenda erit, sed aliquando exigit cõmunis utilitas, ut etiam falsa defendantur. Ponuntur hæ quoq; in secundo Cic. de Orat. lib. contradictiones, artem earum rerum esse quæ sciantur, oratoris omnem actionem opinione non scientia cõtineri, quia & apud eos dicat, qui nesciant, & ipse dicat, aliquando quæ nesciat. Ex his alterum, id est, an sciat iudex de quo dicatur, nihil ad oratoris artem, alteri, respondendum. Ars earum rerum est, quæ sciuntur, rhetorice est ars bene dicendi, bene autem dicere scit orator. Sed nescit an uerũ sit, quod dicit. Ne hi quidem, qui ignem, aut aquã, aut quatuor elementa, aut corpora indiuisecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerunt, tradunt: nec qui interualla siderum, & mensuras solis, ac terræ colligunt, disciplinam tamen suam artem uocant. Quod si ratio efficit, ut hæc non opinari, sed propterea probationum scire uideantur, eadẽ ratio idem præstare oratori potest. Sed an causa uera sit, nescit. Ne medicus quidem, an dolorem capitis habeat, qui hoc se pati dicet, curabit tamen tanquam id uerum sit, et erit ars medicina. Quid? quod rhetorice non utiq; propositum habet semper uera dicendi, sed semper ueri similia, scit autem esse ueri similia quæ dicit. Adijciunt hi qui contrà sentiunt, quod sæpe quæ in alijs litibus impugnarunt actores causarum, eadem in alijs defendant, quod non artis, sed hominis est uitium. Hæc sunt præcipua, quæ con

tra rhetoricen dicantur, alia et minora, & tamen ex his fontibus deriuata. Confirmatur autem eam esse artem breuiter. Nam siue, ut Cleanthes uoluit, ars est potestas, uia, id est ordine efficiēs esse certam uiam atq; ordinem in bene dicendo, nemo dubitauerit: siue ille ab omnibus ferè probatus finis obseruatur, artem constare ex præceptionibus consentientibus, & coëxercitatis ad finem utilem uitæ, iam ostendimus nihil non horum in rhetorice esse. Quidē quod & inspectione, & exercitatione, ut artes cæteræ, constat. Nec potest ars non esse, si est ars dialectice, quod ferè constat, cum ab ea specie magis quàm genere differat. Sed nec illa omittēda sunt, qua in re alius se inartificialiter alius artificialiter gerat, in ea esse artē, et in eo quod qui didicerit, melius faciat quàm qui non didicerit esse artem. Atqui non solum doctus in doctum, sed etiam doctior doctum in rhetorico opere superabit, nec essent eius aliter tā multa præcepta, tamq; magni qui docerent, id quod cum omnibus confitendum est, tum nobis præcipue qui rationem dicendi à bono uiro non separamus.

Probatus.) Quod Græcè ita dicit. τέχνη ἔστι σύστημα ἐκ κατα-λήψεων ἐγγυμνασμένων πρὸς τι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ.

a Pater eius.) Atrometes, hoc exprobrat Aeschini Demosthenes περὶ στεφάνου. ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τοῦ διδασκαλείου προσρυῶν, τὸ μίλαν τριβωνιον καὶ τὰ βάθρα ἀσογγίων, ἢ παιδαγωγῶν ὑπορῶν, οἰκέτης τάξιν οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων. Demades autē nautæ filius fuit, & ipse nauta primū, mox rhetor, quem negant orationem ullam scriptam emittere uoluisse.

Inspectio. θεωρήσει καὶ πράξει.

Generalis diuisio artium, & ex quibus sit Rhetorica. CAP. XIX.

CVm sunt autem artium aliæ positæ in inspectione,

id est cognitione & æstimatione rerum, qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ uocatur: Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficiuntur, nihilq; post actũ operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis est saltatio: Aliæ in effectu, quæ operis (qđ oculis subijcitur) consummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis est pictura, ferè iudicandũ est, rhetoricen in actu consistere. Hoc enim quod est officij sui perficit, atq; ita ab omnibus dictum est. Mihi aũt uidetur etiam ex illis cæteris artibus multum assumere. Nam et potest aliquando ipsa res per se inspectione esse contenta. Erit enim rhetorice in oratore etiam tacente, & si desierit agere, uel proposito, uel aliquo casu impeditus, non magis desinet esse orator, q̃ medicus, qui curã di fecerit finem. Nam est aliquis, ac nescio an maximus etiã ex secretis studijs fructus, ac tum pũrã uoluptas literarũ, cum ab ictu id est opere recesserunt, & cõtẽplatione sui fruũtur. Sed effectiue quoq; +aliquid simile scriptis orationibus, uel historijs, quod ipsum opus in parte oratoria meritò ponimus, consequetur. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius usus actu continetur, atq; est in eo frequentissime, dicatur actiua, uel administratiua. Nam & hoc eiusdem rei nomen est.

+aliud

Vtrum plus conferat eloquentiæ ars, an natura.

CAP. XX.

SCio quæri etiam, naturã ne plus ad eloquentiam cõferat, an doctrina. Quod ad propositum quidem

nostri operis nihil pertinet: nec enim consummatus orator, nisi ex utroq; fieri potest, plurimum tamen referre arbitror, quam esse quæstionē in hoc loco uelimus. Nam si parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiam sine doctrina multum ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coēant, in mediocribus quidem utris q; maius adhuc naturæ credam esse momentum, cōsummatos autē plus doctrinæ debere, q̄ naturæ putabo. Sicut terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit, è terra uberi utile aliquid etiam nullo colente nascetur. At in solo fœcundo plus cultor, q̄ ipsa per se bonitas soli efficiet. Etsi Praxiteles signū aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. At si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset, q̄ in marmore. Deniq; natura materiæ, ars doctrinæ est. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia. Materiæ etiam sine arte pretium est. Ars summa, materia optima melior.

An uirtus sit rhetorica. CAP. XXI.

ILla quæstio est maior, an ex medijs artibus, quæ neque laudari per se, neque uituperari possunt, sed utiles, aut secus secundum mores utentium fiunt, habenda sit rhetorice, an sit, ut compluribus etiam philosophorū placet, uirtus? Equidē illud quod in studijs dicēdi plerique exercuerunt & exercent, aut nullā artē, quæ ἀτεχνίαν nominatur, puto (multos enim uideo sine ratione, sine literis, qua uel impudētia, uel fames duxit, ruētes) aut malam quasi artē, quā κακοτεχνίαν dicimus. Nā & fuisse

& esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterunt. ματαιοτεχνία quoque est quædam, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed uanũ laborem, qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò, & sine frustratione inserebat. Quem cum spectasset Alexander, donasse dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere dignissimum. His ego comparandos existimo, qui in declamationibus, quas esse ueritati dissimilimas uolunt, ætatẽ multo studio ac labore consumunt. Verum hæc quam instituere conamur, & cuius imaginem animo cõcepimus, quæ bono uiro conuenit, quæq; est uera rhetorice, uir tus erit. Quod philosophi quidem multis & acutis conclusionibus colligunt, mihi uero etiam planiore hac proprieq; nostra probatione uidetur esse perspicuum. Ab his hæc dicuntur: Si consonare sibi in faciendis, ac non faciendis uirtutis est, quæ pars eius prudentia uocatur, eadem in dicendis, ac non dicendis erit. Et si uirtutes sunt, ad quas nobis etiã antequam doceremur, initia quædam, ac semina sunt concessa natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoq; ac barbaris apparet aliqua imago, nos certe sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, etiam si non perfecte, tamen ut inessent quædam, ut dixi, semina eius facultatis, manifestum est. Non eadẽ autem his natura artibus est, quæ à uirtute sunt remotæ. Itaque cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quæ rhetorice dicitur, altera concisa, quæ dialectice:

quas quidem Zenon adeò coniunxit, ut hanc compressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem, etiam disputatrix uirtus erit, adeò de hac quæ speciosior, atq; apertior tanto est, nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idē atq; apertius intueri ex ipsis operibus uolo. Nam quid orator in laudando faciet, nisi honestorū, ac turpium peritus? Aut in suadendo nisi utilitate perspectā? aut in iudicijs, si iustitiæ sit ignarus? Quid? non fortitudinem postulat res eadem, cum sæpe contra turbulentas populi minas, sæpe cum periculosa potentium offensa, nōnunquā, ut iudicio Miloniano, inter circunfusa militum arma dicendum sit? ut si uirtus non est, nec perfecta quidem esse possit oratio. Quod si ea in quoq; animalium est uirtus, qua præstat cætera, uel pleraque, ut in leone impetus, in equo uelocitas: hominē porrò ratione atq; oratione excellere cæteris certum est. Cur non tam in eloquentia, q̄ in oratione uirtutem eius esse credamus? Rectēq; hoc apud Ciceronē disserit Crassus: Est enim eloquentia una de summis uirtutibus. Et ipse Cicero sua persona, cum ad Brutum in epistolis, tum etiam alijs locis, uirtutē eam appellat. At procemium aliquando, & narrationem dicit malus homo, & argumenta, sic ut nihil sit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, uirtus tamen erit fortitudo, et tormenta sine gemitu feret malus seruus, tolerantia tamen doloris, laude sua non carebit. Multa fiūt eadem, sed aliter. Sufficiant igitur hæc, quia de utilitate supra tractauimus.

Quæ sit materia Rhetorices. CAP. XXII.

Materiam Rhetorices quidam dixerũt esse orationem, quã in sententia ponitur apud Platonem Gorgias: Quæ si ita accipitur, ut sermo quacũq; de re compositus dicatur oratio, nõ materia, sed opus est, ut statuarij, statua: nam & oratio efficitur arte, sicut statua. Sin hac appellatiõe uerba ipsa significari putamus, nihil hæc sine rerum substantia faciunt. Quidam argumenta persuasibilia, quæ & ipsa in parte sunt operis, et arte fiũt, & materia egent. Quidam ciuiles quæstiones, quorũ opinio non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia rhetorices, sed non sola. Quidam, quia uirtus sit rhetorice, materiam eius totam uitam uocant: Alij, quia non omnium uirtutum materia sit tota uita, sed pleræque earum uersentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia, proprijs officijs & suo fine intelliguntur: rhetoricen quoq; dicunt in una aliqua parte ponendam, eique locum in ethice negocialem assignant, id est πραγματικόν. Ego, neque id sine autoribus, materiam esse rhetorices iudico omnes res, quæcunq; ei ad dicendum subiectæ erũt. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgiæ uidetur, non in uerbis esse materiam, sed in rebus. Et in Phædro, palàm non in iudicijs modò et cõcionibus, sed in rebus etiam priuatis, ac domesticis rhetoricen esse demonstrat. Quo manifestum est, hanc opinionem ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices uocat res, quæ subiectæ sunt ei, sed certas demum putat esse subiectas: alio uero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem uerbis:

De Orat. 1.

Quanq̃ uis oratoris, profeßioq; ipsa bene dicendi hoc
ſuſcipere ac polliceri uideatur, ut omni de re, quæcunq;
ſit propoſita, ornate ab eo copioſeq; dicatur. Atque ad-
huc alibi: Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum ui
ta (quãdoquidem in ea uerſatur orator, atq; ea eſt ei ſub-
iecta materia) omnia quæſita, audita, lecta, diſputata,
tractata, agitata eſſe debent. Hanc aũt, quam nos mate-
riam uocamus, id eſt res ſubiectas, quidam modò infini-
tas, modo non proprias rhetorices eſſe dixerunt, eamq;
artem circumcurrente uocauerunt, quod in omniũ ma-
teria diceret, cũ quibus mihi minima pugna eſt. Nam de
omni materia dicere eam fatentur, propriam habere ma
teriam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neq; infini-
ta eſt, etiamſi eſt multiplex, & aliæ quoq; artes minores
habẽt multiplicem materiam, uelut architectonice. Nam
ea in omnibus quæ ſunt in ædificio utilia, uerſatur: Et
cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit.
Nam ſculptura etiam lignum, ebur, marmor, uitrũ, gem-
mas, præter ea quæ ſupra dixi, complectitur. Nec pro-
tinus non eſt materia rhetorices, ſi in eadem uerſatur et
alius. Nam ſi quærã quæ ſit materia ſtatuarij, dicetur æs:
ſi quærã quæ ſit † excuſoris, id eſt eius fabricæ, quã Græ † ſcalptoris
ci uocant χαλκοθυκὴν, ſimiliter æs eſſe reſpõdeant. At
qui plurimum ſtatuis differunt uaſa. Nec medicina ideo
non erit ars, quia unctio et exercitatio cum palæſtrica,
ciborum uero qualitas etiam cum coquorũ ei ſit arte cõ-
munis. Quod uero de bono utili, iuſto differere, philoſo
phiæ officiũ eſſe dicũt, non obſtat. Nam cũ philoſophum

De Orat. 3.

dicunt, hoc accipi uolunt, uirum bonum. Cur igitur oratorem, quem à bono uiro non separo, in eadem materia uersari mirer? Cum præsertim primo libro iam ostenderim, philosophos omissam hanc ab oratoribus partem occupasse, quæ rhetorices propria semper fuisset, ut illi potius in nostra materia uersentur. Deniq; cum sit dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit autem dialectices oratio concisa, cur non eadem perpetuæ quoq; materia uideatur? Solet à quibusdam et illud poni: Omnium igitur artium peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. Possem hic Ciceronis respondere uerbis, apud quem hæc inuenio: Mea quidē sententia, nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit omniū rerum magnarum, atq; artium scientiam consecutus. Sed mihi satis est, eius esse oratorē rei, de qua dicit, non inscium. Neq; enim omnes causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicet? de quibus didicit. Similiter de artibus quoq;, de quibus dicendum erit, interim discet, & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo, non faber aut de fabrica melius, aut de musice musicus? Si nesciat orator quid sit, de quo quæratur planè melius. Nam & litigator rusticus illiteratusq; de causa sua melius quàm orator, qui nescit quid in lite sit. Sed accepta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius orator, quàm ipse qui docuerit. Verū & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, si quid confirmationem desiderauerit, dicet, non erit quidem orator, + sed faciet illud quasi orator. Sicut cum uulnus imperitus deligabit, non erit

De Orat. 2.

+ Hęc clausula non erat in ueteri exemplari.

medicus, sed faciet ut medicus. An huiusmodi res, nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium ueniũt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensi deliberatum est, non debuit dicere sententiam orator? atqui opus erat ratione architectorum. Liuores & tumores in corpore, eruditatis, an ueneni signa sint, non tractat orator? At est id ex ratione medicinæ. Circa mensuras, & numeros non uersabitur? Dicamus has geometriæ esse partes. Equidem omnia credo posse ferè casu aliquo uenire in officium oratoris, quod si non accidet, non erunt ei subiecta. Ita sic quoq; rectè diximus materiam rhetorices, esse omnes res ad dicendum ei subiectas. Quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione testamur. Gorgias quidem adeo rhetori de omnibus putauit esse dicẽdum, ut se in auditorijs interrogari pateretur, qua quisq; de re uellet. Hermagoras quoque, dicendo materiam esse in causa, & in quæstionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quæstiones si neget ad rhetoricen pertinere, dissentit à nobis. Si autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoq; adiuuamur. Nihil est enim, quod non in causam, aut in quæstionem cadat. Aristoteles tres faciendo partes orationis, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, penè et ipse oratori subiecit omnia, nihil enim nõ in hæc cadit. Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumentum uoco, sine quo formari materia, & in quod uelimus effici opus non possit. Verũ hoc

ego artem non credo egere, sed artificem. Neq; enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata, etiam si nihil faciat, sed ille opifex, ut cælator cælum, & pictor penicilla. Itaq; hæc in eum locum, quo de oratore dicturi sumus, differamus.

Libri secundi finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER TERTIVS.

(+)

De scriptoribus artis Rhetoricæ. CAP. I.

Per transitionem ut solet, hunc librum etiam auspicatur.

QVONIAM IN SECVNDO libro quæsitum est quid esset Rhetorice, & quis finis eius, artem quoque esse eam, & utilem, & uirtutem, ut uires nostræ tulerunt, ostendimus, materiámque ei res omnes de quibus dicere oporteret, subiecimus, iam hinc unde cœperit, quibus constet, quo quæq; in ea modo inuenienda, atq; tractanda sint, exequar. Intra quem modum plerique scriptores artium constiterunt, adeò ut Apollodorus contentus solis iudicialibus fuerit. Nec

sum ignarus hoc à me præcipue, quod hic liber inchoat opus, studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionum, quæ diuersissimæ fuerunt, longe difficilimum, ita nescio, an minime legentibus futurum uoluptati, quippe quod propè nudam præceptorum traditionem desideret. In cæteris enim admiscere tentauimus aliquid nitoris, non iactandi ingenij gratia (nanque in id eligi materia poterat uberior) sed ut hoc ipso alliceremus magis iuuentutem ad cognitionem eorum, quæ necessaria studijs arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea, quorum ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, & aures (præsertim tam delicatas) raderet, uerebamur. Qua ratione se Lucretius dicit præcepta philosophiæ carmine esse complexum. Nanq; hac, ut est notum, similitudine utitur:

Apodioxis inutilè esse opiniões recensere.

Occupatio.

Raderet ut Cicero strin geret uenusta metapho ra.

Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Aspirant mellis dulci flauoq; liquore.

Lucr. lib. 1.

Et quæ sequuntur. Sed nos uereмur, ne parum hic liber mellis, & absinthij multum habere uideatur, fitq; salubrior studijs, quàm dulcior. Quin etiam hoc timeo, ne ex eo minorẽ gratiam ineat, quod pleraq; non inuenta per me, sed ab alijs tradita continebit, habeat etiam quosdam qui contrà sentiant, & aduersemur, propterea quod plurimi autores, quamuis eôdem tenderent, diuersas tamen uias + munierunt, atq; in suam quisq; induxit sequẽtes. Illi autem probant qualecũq; ingressi sunt iter: nec facile inculcatas pueris persuasiones mutaueris, quia

Quid libro suo uereat.

+ inuenerũt

Ab autoꝝ uarijs opinionibus.

nemo non didiciſſe mauult, quàm diſcere. Eſt autem, ut procedente libro patebit, infinita diſſenſio autorum, primo ad ea quæ rudia atque imperfecta adhuc erant, adijcientibus quod inueniſſent ſcriptoribus, mox, ut aliquid ſui uiderentur afferre, etiam recta mutantibus. Nam primus poſt eos quos Poëtæ tradiderunt, mouiſſe aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur. Artium autem ſcriptores antiquiſſimi Corax & Thyſias Siculi, quos inſecutus eſt uir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus, Empedocliſ, ut traditur, diſcipulus. Is beneficio lõgiſſimæ ætatis (nam centum et nouem uixit annos) cum multis ſimul floruit. Ideoq; et illorum, de quibus ſupra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem uſq; durauit. Thraſymachus Chalcedonius cum hoc, & Prodicus Chius, & Abderites Protagoras, à quo decem milibus denariorum didiciſſe artem, quam edidit, Euathlus dicitur, & Hippias Elæus, et quem Palameda Plato appellat, Alcidamas Eleates. Antiphon quoq; & primus omnium orationem ſcripſit, et nihilominus artem & ipſe compoſuit, & pro ſe dixiſſe optime eſt creditus. Etiam Polycrates, à quo ſcriptam in Socratem diximus orationem. Et Theodorus Byzantius, ex his & ipſe, quos Plato appellat λογοδαιδαλους. Horum primi communes locos tractaſſe dicuntur, Protagoras, Gorgias, Prodicus & Thraſymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem ſcriptum quicquam, qd' ornatum oratorium habeat, eius aliqua ferri. Equidem non reperio quicquam tantæ eloquentiæ fama dignum. Ideoq; minus miror, eſſe qui nihil ab eo ſcriptum putẽt,

Primi rhetorices.

Cicero in Catone & Lucianus de longæuis.

De Protagora Gellius & Laertius.

Logodædali ſtructores & ædificatores ingenioſi orationis & ſermonis, aſſeritur id ex Platonis Phædro.

hæc autem quæ feruntur, ab alijs esse composita. His succ
cessere multi, sed clarissimus Gorgiæ auditor Isocrates, Isocrates.
quanquam de præceptore eius inter autores non conue-
nit. Nos autem Aristoteli credimus. Hinc uelut diuersæ
secari cœperunt uiæ. Nam et Isocratis præstantissimi di
scipuli fuerunt in omni studiorum genere, eoq; iam seni
ore (octauum enim & nonagesimum impleuit annum)
pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem ora- Præcipere, p
toriam cœpit, noto quidē illo, ut traditur, uersu ex Phi- docere.
loctetа frequenter usus:

Αἰσχρόν σιωπᾶν, κοὐχὶ Ἰσοκράτη λέγειν.

†Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere. †In uetustis
Ars est utriusq;, sed pluribus eam libris Aristoteles com desideratur
plexus est. Eodē tempore Theodectes fuit, de cuius ope hęc interpre
re supra dictum est. Theophrastus quoq; Aristotelis di tatio.
scipulus, de rhetorice scripsit, atq; hinc uel studiosius phi
losophi quàm rhetores, præcipue Stoicorum atq; Peri-
pateticorū principes. Fecit deinde uelut propriam Her
magoras uiā, quam plurimi sunt secuti, cui maxime par,
atq; æmulus uidetur Athenæus fuisse. Multa post Apol
lonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicar- Arius quem
nasseus Dionysius. Præcipue tamen in se conuerterunt Cicero au-
studia Apollodorus Pergamenus, qui præceptor Apollo diuit.
niæ Cæsaris Augusti fuit, & Theodorus Gadaræus, qui
se dici maluit Rhodium, quē studiose audisse, cum in cā
insulam secessisset, dicitur Tyberius Cæsar. Hi diuersas
opiniones tradiderūt, appellatiq; inde Apollodorei, et
Theodorei, ad morē certas in philosophia sectas sequen

di. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas, quorum diligentissimus in tradendo latine fuit C. Valgius, græce Atticus. Nam ipsius sola uidetur ars edita ad Matium, quia cæteras, missa ad Domitium epistola non agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorē Hermagoram sunt qui uiderint. Romanorum primus, quantum ego quidem sciam, condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Censorius, pòst M. Antonius inchoauit. Nam hoc solum opus eius atq; idipsum imperfectum manet. Secuti minus celebres, quorum memoriam si quo loco res poscet, non omittam. Præcipuum uero lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoque eius dedit unicum apud nos specimē orandi, docendiq; oratorias artes M. Tullius, post quem tacere modestissimum foret, nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret, & in Oratorijs hæc minora, quæ pleriq; desiderant, sciens omisisset. Scripsit de eadē materia nō pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio, accuratius uero priores Gallione Celsus, & Lenas, & ætatis nostræ Verginius, Plinius, Rutilius. Sunt & hodie clari eiusdem operis autores, qui si omnia complexi erant, consuluisse labori meo, sed parco nominibus uiuentium. Veniet eorum laudi suum tempus, ad posteros enim uirtus durabit non perucniet inuidia. Non tamen post tot tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis posuisse sententiam. Neque enim me cuiusquam sectæ uelut quadam superstitione imbutus, addixi, & electuris quæ uolent faciendæ copia fuit. Sicut ipse pluriū in unum confero in-

Animaduerte in ætatem Quintiliani. Latini rhetores.

Cicero.

Lib. 1. de Orat.

Huius Galli onis putant esse libros ad Herēniū, pleriq; uero Galli.

A suo iudicio & ratione docendi.

uenta, ubicunq; ingenio non erat locus, curæ testimonium meruisse contentus.

Quod initium Rhetorices. CAP. II.

NEc diu nos moretur quæstio, quæ rhetorices origo sit. Nam cui dubium est, quin sermonẽ ab ipsa rerũ natura geniti protinus homines acceperint? quod certe principium est eius rei. Huic studium & incremẽtum dederit utilitas: summam, ratio & exercitatio? Nec uideo quare curam dicẽdi putant quidam inde cœpisse, quod hi qui in discrimen aliquod uocabantur, accuratius loqui defendendi sui gratia instituerint. Hæc enim ut honestior causa, ita non utique prior est, cum præsertim accusatio præcedat defensionem, nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius compararit. Initium ergo dicendi dedit natura, initium artis obseruatio. Homines enim sicut in medicina cum uiderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo, alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum, uitandumq;, & quædam secundum rationem eorũ adiecerunt ipsi quoque, hæc confirmata sunt + usu, tum quæ sciebat quisque docuit. Cicero quidem initium orandi conditoribus urbium, ac legumlatoribus dedit, in quibus fuisse uim dicendi necesse est, cur tamen hanc primam originem putet, non uideo, cum sint adhuc quædã uagæ, & sine urbibus, ac sine legibus gentes, et tamen qui sunt in his nati, & legationibus fungantur, et accusent aliqua, ac defen

Confutatio.

Probat à simili.

+ cura & usu

In proœmio inuentionis.

dant, & deniq; alium alio melius loqui credant.

Quinque esse partes Rhetoricæ. CAP. III.

†oratores †autores

OMnis autem orandi ratio, ut plurimi maximiq; tradiderunt, quinque partibus constat, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, siue actione: utroq; enim modo dicitur. Omnis enim sermo, quo quidem uoluntas aliqua enunciatur, habeat necesse est rem & uerba. Ac si est breuis, & una conclusione finitus, nihil fortasse ultra desideret. At oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quomodo dicamus, sed etiam quo loco. Opus ergo est & dispositione. Sed neq; omnia quæ res postulat, dicere, neque suo quæque loco poterimus, nisi adiuuante memoria. Quapropter ea quoq; pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit, ac propemodum perdit indecora uel uoce, uel gestu pronunciatio, huic quoque tribuendus est necessariò quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tris modo primas esse partes uolunt, quia memoria atq; actio natura, non arte contingant, quarũ nos præcepta suo loco dabimus, licet Thrasimachus quoque idem de actione crediderit. His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterent, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porrò ne inuenisse quidem credo eum, qui non iudicauit, nec enim contraria, communia, stulta inuenisse dicitur quisquam, sed non uitasse. Et Cicero quidẽ adeò primis tribus partibus uidetur esse permixtũ, nam

Confutatio.

†Rhetoricis in †Topicis

neq; dispositio sine eo, neque elocutio fuerit, ut pronunciationem quoque uel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in partitionibus oratorijs ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque peruenit partes: Nam cum dupliciter primum diuisisset in inuentionem atq; elocutionem, res ac dispositionem inuentioni, uerba & pronunciationem elocutioni dedit, quintam quoq; constituit communem, ac uelut custodem omnium, memoriam. Idem in Oratore, quinque rebus cõstare eloquentiam dicit, in quibus postea scriptis certior eius sententia est. Non minus mihi cupidi nouitatis Confutatio. alicuius uidentur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio, quàm rerum in ordinem optima collatio. Dion inuentionem modò & dispositionem tradidit, sed utranq; duplicem, rerum ac uerborum, ut sit elocutio inuentionis, pronunciatio dispositionis: his quinta pars memoria accedat. Theodorei ferè inuentionem duplicem, rerum atq; elocutionis, deinde tris partes cæteras. Hermagoras, iudicium, partitionem, ordinem: quæq; elocutionis sunt, subiecit Oeconomiæ, quæ græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine latino caret. Est & circa hoc quæstio, quod memoriam in ordine partium quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerunt, nobis quartus eius locus placet. Non enim tantum inuenta tenere ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur, sed etiam uerbis formata, memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia quæcunq; in orationem collata

Oeconomia.

Confutatio per cõtrariã illationem.

sunt, continentur. Fuerunt etiã in hac opinione non pauci, ut has non rhetorices partes esse existimarent, sed opera oratoris. Eius enim esse, inuenire, disponere, eloqui, & cætera. Quod si accipimus, nihil arti relinquemus. Nam bene dicere est oratoris: rhetorice tamen erit bene dicendi scientia: Vel, ut alij putant, artificis est persuadere, uis autem persuadendi artis: ita inuenire quidem & disponere oratoris, inuentio autem & dispositio rhetorices propria uideri potest. In eo plures disserunt, utrúm ne hæ partes essent rhetorices, an ciusdẽ opera, an (ut Athenæus credit) elementa, quæ uocant

†note στοιχεῖα. Sed neq; elementa † recte quis dixerit, alioqui tantum initia erunt, ut mundi, uel humor, uel ignis, uel materia, uel corpora insecabilia, nec operum recte nomẽ accipient, quæ non ab alijs perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cũ ex his rhetorice, fieri non potest, ut totum ex partibus constet, quæ non sunt partes totius, ex quibus constet. Videntur autem mihi, qui hæc opera dixerunt eo quoq; moti, quod in alia rursus diuisione nollent in idẽ nomen incidere, partes enim rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicialem. Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius, quàm artis. Nanque in his singulis rhetorice tota est, quia & inuentionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronunciationem quæcunque earum desiderat. Itaque quidam genera ea tria rhetorices dicere maluerunt, optime autem hi, quos secutus est Cicero qui genera causarum.

Tria esse genera causarum. CAP. IIII.

SEd tria, an plura sint, ambigitur: nec dubie prope omnes utiq; summæ apud antiquos autoritatis scriptores, Aristotelem secuti, qui nomine tantum alio consionalem pro deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tunc leuiter est tentatum, tum apud Græcos quosdam, tum apud Ciceronem in libris de Orat. & nunc maxime tempore nostrorum autorum propè impulsum, ut non modo plura hæc genera, sed pene innumerabilia uideantur. Nam si laudandi ac uituperandi officium in parte tertia ponimus, in quo genere uersari uidebimur, si querimur, consolamur, mitigamus, concitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obscure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renunciamus, optamus, opinamur? & plurima alia, ut mihi in illa uetere persuasione permanenti, uelut petenda sit uenia, quærendumque quo moti priores rem tam late fusam, tam breuiter astrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quod in his ferè uersari tum oratores uidebant. Nam & laudes, & uituperationes scribebantur, & ἐπιταφίους dicere erat moris, & plurimum in consilijs ac iudicijs insumebatur operæ, ut scriptores artiũ pro solis comprehenderint frequentissima. Qui uero defendunt, tria faciunt genera auditorũ: unum quod ad delectationem conueniat, alterum quod consilium accipiat, tertiũ quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimanti, talis †quædã ratio

De Orat. II. Innumera causarum genera.

†quidem Venusta di-

ſtributione colligit tria præcipua cauſarũ genera.

ſuccurrit, quod omne oratoris officium, aut in iudicijs eſt, aut extra iudicia. Eorũ de quibus iudicio quæritur, manifeſtum genus eſt: ea quæ ad iudicem non ueniunt, aut præteritum habent tempus, aut futurum: Præterita laudamus, aut uituperamus: de futuris deliberamus. Ité omnia, de quibus dicẽdum eſt, aut certa ſint neceſſe eſt, aut dubia: Certa, ut cuiq; eſt animus, laudat, aut culpat: ex dubijs partim nobiſipſis ad electionem ſunt libera, de his deliberatur, partim aliorũ ſententiæ cõmiſſa, de his lite contenditur. Anaximenes iudicialẽ & concionalem generales partes eſſe uoluit. Septem autem ſpecies hortandi, dehortandi, laudandi, uituperandi, accuſandi, defendendi, exquirendi, quod & ἐξεταστικὸν dicitur, quarum duæ primæ deliberatiui, duæ ſequentes demonſtratiui, tres ultimæ iudicialis generis ſunt partes. Protagoram tranſeo, qui interrogandi, reſpondendi, mandandi, precandi, quod εὐχωλὴν dixit, partes ſolas putat. Plato in Sophiſte iudiciali, & concionali tertiam adiecit πρὸς ὁμιλητικὴν, quam ſanè permittamus nobis dicere ſermocinatricem, quæ à forenſi ratione diſiungitur, & eſt accommodata priuatis diſputationibus, cuius uis eadem profectò eſt, quæ dialecticæ. Iſocrates in omni genere

A ſuo conſilio.

meſſe laudem ac uituperationem exiſtimauit. Nobis autem & tutiſsimum eſt autores plures ſequi, & ita uidetur ratio dictare. Eſt igitur, ut dixi unum genus, quo laus ac uituperatio continetur, ſed eſt appellatum à parte meliore laudatiuum, idem alij demonſtratiuum uocant utrunque nomen ex græco creditur fluxiſſe. Nam

et ἐγκωμιαστικὸν & ἐπιδεικτικὸν dicunt. Sed mihi ἐπιδεικτικὸν non tam demonstrationis uim habere, quàm ostentationis uidetur, & multum ab illo ἐγκωμιαστικῷ differre: nam ut contineat laudatiuum in se genus, ita nō intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit Panegyricos ἐπιδεικτικοὺς esse? Atqui formam suadendi habent, & plerunq; de utilitatibus Græciæ loquuntur, ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negotijs, tum in ostentatione posita. Nisi fortè non ex græco mutuantes demonstratiuum uocant, uerū id sequuntur, quod laus ac uituperatio quale sit quicq; demonstrat: Alterum est deliberatiuum, tertium iudiciale. Cæteræ speties in hæc tria incidunt genera. Nec inuenietur ex his ulla, in qua non laudare aut uituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid uel depellere debeamus. Illa quoque sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere concitandis, componendis'ue affectibus animos audientium fingere. Ne his quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorum, deliberatiuam utilium, iudicialem iustorum, quæstione contineri putant, celeri magis, ac rotunda usi distributione quàm uera. Stant enim quodāmodo mutuis auxilijs omnia. Nam et in laude iustitia, utilitas q; tractantur, & in consilijs honestas, et raro iudicialem inueneris causam, cuius non parte aliquid eorum, quæ supra diximus, reperiatur.

Panegyricos.) Quāuis hoc nomē cum ipsa re postea tāmodo ad tum fit.

Confutatio.

Quibus constituatur omnis ratio dicendi. CAP. V.

OMnis aūt oratio constat, aut ex his quæ significātur, aut ex his quæ significant, id est rebus et uer

bis. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione, cui quartam partem adijciunt quidam imitationis, quam nos arti subijcimus. Tria sunt item quæ præstare debeat orator, ut doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuisio, quàm eorum qui totum opus in res, & in affectus partiũtur. Non semper autem omnia, in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus, qui ut non ubique habent locum, ita quocunque irruperint, plurimum ualent. Præstantissimis autoribus placet, alia in rhetorica esse, quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent, cum quibus ipse consentio. Quidam uero, ut Celsus, de nulla re dicturum oratorem, nisi de qua quæritur existimant, cui cum maxima pars scriptorum repugnet, tum etiam ipsa partitio, nisi fortè laudare, quæ constet esse honesta, & uituperare, quæ ex confesso sunt turpia, non est oratoris officium. Illud iam omnes fatentur, esse quæstiones aut in scripto, aut in non scripto: in scripto, sunt de iure, in non scripto, de re: illud legale, hoc rationale genus. Hermagoras, atque eum secuti, uocant νομικὸν & λογικόν. Idem sentiunt, qui omnem quæstionem ponunt in rebus & in uerbis. Item cõuenit quæstiones esse aut infinitas, aut finitas. Infinitæ sunt, quæ remotis personis, & temporibus, & locis, cæteris q; similibus in utranque partem tractantur, quod Græci θέσιν dicunt, Cicero propositum, alij quæstiones uniuersales ciuiles, alij quæstiones philosopho conuenientes. Athenæus

Imitatio arti subiecta.

Quæstiões.

Nempe cum partẽ causæ appellat. Hoc genus Cicero scientia et actio

ne distinguit, ut sit scientiæ, an prouidentia mundus regatur: Actionis, an accedendũ ad rempub. administranda. Prius triũ generũ: an sit, quid sit, quale sit, omnia enim hæc ignorari possunt: Sequens duorum, quomodo adipiscamur, quomodo utamur. Finitæ autem sunt ex cõplexu rerum, personarum, temporum, cæterorumq;, hæ ὑποθέσεις à Græcis dicuntur, causæ à nostris: In his oĩs quæstio uidetur circa res, personasq; consistere. Amplior est semper infinita, inde enim finita descẽdit, Quod ut exemplo pateat, infinita est, an uxor ducenda: finita, an Catoni ducenda. Ideoq; esse suasoria potest. Sed etiam remotæ à personis proprijs, ad aliquid referri solẽt. Est enim simplex, an respub. administrãda. Refertur ad aliquid, an in tyrannide administranda. Sed hic quoque subest uelut latens persona, tyrannus enim geminat quæstionem, subestq; & temporis, & qualitatis tacita uis, nondum tamen hoc propriæ dixeris causam. Hæ autem quas infinitas uoco, et generales appellantur, quod si est uerum, finitæ speciales erunt. In omni autẽ speciali utiq; inest generalis, ut quæ sit prior. Ac nescio, an in causis quoq; quicquid in quæstionem uenit uelut qualitatis, generale sit: Milo Clodiũ occidit: iure occidit insidiatorẽ. Nonne hoc quæritur, an sit ius insidiatorem occidendi? Quid in cõiecturis? non illa generalia, an causa sceleris odium, cupiditas: an tormentis credendũ, testibus, an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendi, nihil non in uniuersum certum erit. Quidam putant etiam eas posse thesis aliquando nominari,

simpliciter q̃ritur ut res cognoscat. Actione uero an præter scientiam, id ipsum etiam aggrediundum & agendum sit.

quæ personis causisq; contineantur, aliter tantummodo positas, ut causa sit cũ Orestes accusatur: Thesis, an Orestes recte sit absolutus. Cuius generis est, an Cato recte Martiã Hortẽsio tradiderit. Hi thesim à causa sic distinguunt, ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ: Illic enim ueritatis gratia tantũ disputari, hic negotium agi. Quã quam inutiles quidã oratori putant uniuersales quæstiones, quia nihil prosit quod cõstet ducẽdã esse uxorẽ, uel administrandã rempub. si quis uel ætate, uel ualetudine impediatur. Sed non in omnibus eiusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, sit ne uirtus finis: regatur ne mundus prouidentia. Quinetiam in his, quæ ad personã referuntur, ut non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perueniri ad speciem, ni illa prius excussa, non potest. Nam quomodo an sibi uxor ducenda sit deliberabit Cato, nisi constiterit uxores esse ducendas? Et quomodo an ducere debeat Martiam quæretur, nisi Catoni ducenda uxor est? Sunt tamen inscripti nomine Hermagoræ libri, qui confirment illam opinionem, siue falsus est titulus, siue alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa
De inuẽtio. composuit? Cum sicut ex Ciceronis quoq; Rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in thesis, et causas diuiserit. Quod reprehendit Cicero, ac thesim nihil ad oratorẽ pertinere cõtendit, totũq; hoc genus quæstionis ad philosophos uocat ac refert. Sed me liberauit reprehẽdẽdi uerecũdia, et quod ipse hos libros improbat,
De Orat. 3. & quod in Oratore scripsit, & Topicis præcipit, ut à

proprijs personis atq; temporibus auocemus controuersiam, quia latius liceat dicere de genere, quàm de specie, & quod in uniuerso probatum est, id in parte probatũ esse necesse sit. Status autem in hoc omne genus materiæ ijdem, qui in causas cadunt. Adhuc adijcitur, alias esse quæstiones in rebus ipsis, alias quæ ad aliud referantur: Illud an uxor ducẽda: hoc, an seni ducenda. Illud, an fortis: hoc, an fortior, et similia. Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgij discipuli eius utar, ita: Causa est negotium omnibus suis partibus spectans ad quæstionem: aut, causa est negotium *cuius finis est controuersia*. Ipsum deinde negotium sic finit: Negotium est congregatio personarum, locorum, temporum, causarum, modorum, casuum, factorum, instrumentorũ, sermonum, scriptorum & non scriptorum. Causam nũc intelligimus ὑπόθεσιν, negotium περίστασιν. Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus negotium. Isocrates causam esse ait quæstionem finitam, ciuilem, aut rerum controuersiam in personarum finitarum cõplexu. Cicero his uerbis: Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum.

Hæclineis in clusa non habentur in ueteri exemplari.

In topicis.

Quid sit Status. CAP. VI.

ERgo cum omnis causa contineatur aliquo statu, prius q̃ dicere aggrediar, quomodo genus quodque causæ sit tractãdum, id quod commune est omnibus, quid sit Status, & unde ducatur, & quot, et qui sint, intuendum puto, quanquam id nonnulli ad iudiciales tan-

tum pertinere materias putauerũt. Quorum inscitiam, cum omnia tria genera fuero executus, res ipsa deprehendet. Quod nos Statum, id quidam constitutionem uocant, alij quæstionem, alij quod ex quæstione appareat. Theodorus generale caput, id est κεφάλαιον γενικότατον, ad quod referũtur omnia. Quorum diuersa appellatio, uis eadem est, nec interest discentium, quibus quidque nominibus appelletur, dũ res ipsa manifesta sit. Statum Græci στάσιν uocant, quod nomen primum ab Hermagora traditum putant, sed alij ab Eucrate Isocratis discipulo, alij à Zopyro Clazomenio. Quanquam uidetur Aeschines quoque in oratione contra Ctesiphonem uti hoc uerbo, cum à iudicibus petit, ne Demostheni permittant euagari, sed eum dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta uel ex eo, quod ibi sit primus causæ congressus, uel quod in hoc causa consistat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid sit. Statum quidam dixerunt primam causarum conflictionem, quos recte sensisse, parum elocutos puto. Non enim est status prima cõflictio, feci sti, non feci, sed quod ex prima conflictione nascitur, id est genus quæstionis, feci sti, non feci, an fecerit: Hoc feci sti, non hoc feci, quid fecerit, quia ex his apparet: illud coniecturæ, hoc finitione quærendum, atque in quo pars utraque insistit, erit quæstio coniecturalis, uel finitiui status. Quid si enim dicat quis, sonus est duorũ corporum inter se cõflictio, erret, ut opinor: non enim sonus est cõflictio, sed ex conflictione. Et hoc leuius: intelligitur enim

Hoc est ad uerbum, caput generalissimum.

Eucratis meminit Suidas, & inter Socratis auditores recẽset, quare fortassis legendum rectius Socratis.

utcunq; dictum, inde uero ingẽs male interpretantibus innatus est error, qui quia primam conflictionem legerant crediderunt statum semper ex prima quæstione discendum, quod est uitiosissimum: nam quæstio nulla non habet utiq; statum, constat enim ex intentione & depulsione, sed aliæ sunt propriæ causarum, de quibus ferenda sententia est, aliæ adductæ extrinsecus, aliquid tamẽ ad summam causæ conferentes, uelut auxilia quædã, quo fit, ut in controuersia una plures quæstiones esse dicantur. Harum porrò plerunque leuissima quæque primo loco fungitur. Nam & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata sint, omittamus, interim sponte nostra uelut donantes, interim ad ea quæ sunt potentiora gradum ex his feciſſe contenti. Simplex autem causa etiamsi uarie defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuncietur, atque inde erit status causæ, quod & orator præcipue sibi obtinendum, & iudex spectandum maxime intelligit. In hoc enim causa consistet. Cæterum quæstionum possunt esse diuersi. Quod ut breuissimo pateat exemplo, cum dicit reus, etiamsi feci, recte feci, qualitatis utitur statu: cũ adijcit, sed non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmius est non feciſſe. Ideóque statum esse in eo iudicabo, quod dicerem, si mihi plus quàm unum dicere non liceret. Recte igitur est appellata causarum prima conflictio, non quæstionum. Nam & pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actionem competere in equitem Romanum neget: Secunda,

nullam ad eum pecuniam peruenisse confirmat. Statum tamen dicam in eo fuisse, quod est potentius. Nec in causa Milonis circa primas quæstiones, quæ sunt †post propositum positæ, iudicabo conflixisse causam, sed ubi totis uiribus insidiator Clodius, ideoque iure interfectus ostenditur. Et hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiam si pro causa plura dicturus est, quid maxime liquere iudici uelit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicendum erit.

† ante

Vnde ducatur status, & reus, an actor statum faciat. CAP. VII.

In Topicis.

ALij statum crediderunt primam eius, cum quo ageretur, deprecationem uel depulsionem. Quã sententiam his uerbis Cicero complectitur: In quo primum insistit, quasi ad repugnandum cõgressa defensio. Vnde rursus alia quæstio, an eum semper is faciat, qui respondet. Cui rei præcipue repugnat Cornelius Celsus, dicẽs non à depulsione sumi, sed ab eo qui propositionem suã confirmet, ut si hominẽ occisum reus negat, status ab accusatore nascatur, quia is uelit probare, si iure occisum reus dicit, translata probationis necessitate, idem à reo fiat, & sit eius intentio. Cui non accedo equidẽ: nam est uero propius quod contra dicitur, nullam esse litẽ si is cũ quo agitur nihil respondeat, ideoq; fieri statũ à respondente. Mea tamen sententia uarium id est, & accidit pro conditione causarum, quia uideri potest propositio aliquando statum facere, ut in coniecturalibus cau-

sis, utitur enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem à reo inficialem esse dixerunt, & in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Sed quia uidetur illis quoq; necessitatem hos status exequendi facere qui negat (is enim si dicat non feci, coget aduersarium coniectura uti, & si dicat, non habet legem, syllogismo) concedamus ex depulsione nasci statum, nihilominus enim res eò reuertetur, ut modo is qui agit, modò is cum quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris intentio, hominem occidisti, si neget reus, faciet statum qui negat. Quod si confitetur, sed iure à se adulterum dicit occisum: nempe legem esse certum est, quæ permittat, nisi aliquid accusator ei respondeat nulla lis est. Non fuit, inquit, adulter. Ergo depulsio incipit esse actoris, ille statum faciet. Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fiet ab accusatore, non à reo. Quid? quod eadē quæstio potest eūdem uel accusatorem facere, uel reum. Qui artē ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat: qui se Prætori in hortis ostenderat, neq; erat productus, sedit in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio est, artem ludicram exercuisti: depulsio, nō exercui artem ludicram: quæstio, quid sit artem ludicram exercere. Si accusabitur theatrali lege, depulsio erit rei: si excitatus fuerit de spectaculis, & aget iniuriarū, depulsio erit accusatoris. Frequentius tamē illud accidet, quod est à pluribus traditum. Effugerunt has quæstiones, qui dixerunt statum esse id quod appareat ex intentione & depulsione, ut fecisti, non feci, aut recte

feci. Viderimus tamen, utrum id sit status, an in eo status. Hermagoras statum uocat, per quem subiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. Nostra opinio semper hæc fuit, cum essent frequenter in causa diuersi quæstionum status, in eo credere statum causæ, quod esset in eo potentissimum, & in quo maxime res uerteretur. Id si quis generalem quæstionem, uel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna, nõ magis quàm si aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit, quanquam tota uolumina in hanc disputationem impendisse multos sciam, nobis statũ dici placet. Sed cum in alijs omnibus inter scriptores summa dissentio est, tum in hoc uidetur mihi precipuum studium quoq; diuersa tradendi fuisse, adeò nec qui sit numerus, nec quæ nomina, nec qui generales, qui'ue speciales sint status conuenit. Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quæ uersari uideatur omnis quæstio οὐσίαν, quã Flauius essentiam uocat. Nec sanè aliud est eius nomen latinum. Sed ea quæritur, an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quantitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnum & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio, & comparatio. Post hæc, ubi, et quando: deinde facere, pati, habere, quod est quasi armatum esse, & uestitum esse: nouissime συγκεῖσθαι, quod est compositum esse, quodammodo, ut calefacere, stare, irasci. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cætera ad quosdã locos argumentorũ uio-

Decẽ elemẽta Aristotelis.

Plautus hoc uerbo primũ usus est, quare recti qui pro Flauius Plautũ substituunt.

dẽtur. Alij nouẽ elementa posuerũt: Personã, quã de animo, corpore, extra positis quæratur, quod pertinere ad coniecturæ et qualitatis instrumenta uideo: Tẽpus, quod χρόνον uocant, ex quo quæstio, an is, quem dum addicta est mater peperit, seruus sit natus: Locus, unde controuersia uidetur, an fas fuerit tyrannum in templo occidere: an exulauerit, qui domi latuit: Tempus iterum, quod καιρὸν appellant, hanc autem uideri uolunt speciem illius temporis, ut æstatem, uel hyemem. Huic subijciatur ille in pestilentia comessator: Actum, id est πρᾶξιν, quod eo referunt, sciens commiserit, an insciens: necessitate, an casu, et talia: Numerum, qui cadit in speciem quã titatis, an + Thrasybulo triginta præmia debeantur, qui tot tyrannos sustulerit: Causam, cui plurimæ subiacent lites, quoties factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum defenditur: Τρόπον, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum, hinc est adulter loris cæsus, uel fame necatus: Occasionem factorum, quod est apertius, quàm ut uel interpretandũ, uel exemplo sit demonstrandum, tamẽ ἀφορμὰς ἔργων uocant. Hi quoq; nullam quæstionem extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, numerum & occasionem, & pro illo quem dixi actu subijciunt res, id est πράγματα. Quæ ne præteriisse uiderer, satis habui attingere. Cæterum his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo, quod apparebit diligentius legentibus, quæ de utraque re dicam. Erunt enim plura multò, quàm quæ his elementis comprehenduntur. Apud plures legi placuisse

+ Trasymacho

quibusdam, unum omnino ſtatum eſſe coniecturalem. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, neque ego uſquam reperire potui. Rationem tamen hanc ſecuti dicuntur, quod res omnis ſignis colligeretur quomodolibet, qualitatis quoque ſolum ſtatum faceret, quia ubique qualis ſit cuiuſque rei natura quæri poteſt, ſed utrocunque modo, ſequetur ſumma confuſio. Neq; intereſt unum quis ſtatum faciat, an nullum, ſi omnes cauſæ ſint conditionis eiuſdem. Coniectura eſt à coniectu, id eſt directione quadam rationis ad ueritatem, unde etiam ſomniorum, atq; omnium interpretes, cõiectores uocamus. Appellatum tamen eſt hoc genus uarie, ſicut in ſequentibus apparebit.

Coniectura unde.

Quot, & qui Status. CAP. VIII.

FVerunt, qui duos ſtatus facerent. Archidemus coniecturalem & finitiuum, excuſa qualitate, quia ſic de ea quæri exiſtimabat, quid eſſet iniquum, quid iniuſtum, quid dicto audientem non eſſe, quod uocat de eodem, & alio. Huic diuerſa ſententia eorum fuit, qui duos quidem ſtatus eſſe uoluerunt, ſed unum inficialem, alterum iuridicialem. Inficialis, quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiendo nomen, alij in totũ dederunt, alij in partem, quia accuſatorem coniectura, reum infitiatione uti putauerunt: Iuridicialis eſt, qui δικαιολογικὸς græce dicitur. Sed quemadmodũ ab Archidemo qualitas excluſa eſt, ſic ab his repudiata finitio. Nam ſubijciunt eã iuridiciali, quærendumq; arbitrantur, iuſtũne ſit ſacrilegium appellari, quod obijciatur, uel furtũ,

uel amentiam. Qua in opinione †Pamphilus fuit: sed qua litatem in plura partitus est. Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem, de qua non constet, & in rem de qua constet. Nam est uerum nec aliter fieri potest, q̃ aut ut certum sit factum esse quid, aut non sit: si non est certum, coniectura sit: si certum est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, cum quæstionem aut in rebus extra positis, quibus cõiectura explicatur, aut in nostris opinionibus existimat positam, quorum illud πραγμα ϖικὸν, hoc περὶ ἔννοιας uocat: idĕq; ἄποροϛ καὶ προλημπτικὸν dicitur, quo dubium, & præsumptum significatur, de quo liquet. Item Theodorus, qui de eo an sit, & de accidentibus ei, quod esse cõstat, id est περὶ οὐσίας, καὶ συμβεβηκότων existimat quæri. Nã in his omnibus prius genus coniecturam habet, sequens reliqua. Sed hæc relinqua Apollodorus duo uult esse, qualitatem, & de nomine, id est finitiuam. Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid. Sunt & qui de eodem, & de alio, modo qualitatem esse, modo finitionem uelint. In duo & Posidonius diuidit, uocem & res. In uoce quæri putat, an significet quicquam multa, quomodo rebus coniecturam, quod κατάστασιν uocat, & qualitatem, & finitionem, cui nomen dat κατ' ἔννοιαν, & ad aliquid. Vnde et †alia diuisio est, alia esse scripta, alia inscripta. Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subiecit finitionem, quia æque quæratur, an sit sacrilegus, qui nihil se sustulisse de templo dicit, & qui priuatam pecuniam confitetur se sustulisse. Qualitatem in rem, & scri-

†Pamphilus. πάμφιλος ὁ ἀπολλοδώρου γράψας περὶ διαθήκης. ut in fragmẽto Herodiani de nominibus, ppriis.

†illa.

ptum diuidit. Scripto quatuor partes legales, excluſa tranſlatione: quantitatem, & mentis quæſtionem coniecturæ ſubiecit. Eſt etiam alia in duos diuidendi ſtatus ratio, quæ docet aut de ſubſtantia controuerſiam eſſe, aut de qualitate. Ipſam porrò qualitatẽ, aut in ſummo genere conſiſtere, aut in ſuccedentibus. De ſubſtantia eſt coniectura. Quæſtio enim tractatur rei, an facta ſit, an fiat, an futura ſit. Interdum etiam mẽtis, idq; melius, q̃ quod his placuit, qui ſtatum eundem facti, nominauerũt, tanq̃ de præterito tantũ, & tantũ de facto quæreretur. Pars qualitatis, quæ eſt de ſummo genere, raro in iudiciũ uenit, quale eſt, id ne ſit honeſtum, quod uulgò laudatur. Succedentiũ aũt aliæ de communi appellatione, ut ſit ne ſacrilegus, qui pecuniã priuatã ex tẽplo furatus eſt, aut de re denominata, ubi & factũ eſſe certũ eſt, nec dubitatur quid ſit, quod factũ eſt. Cui ſubiacent omnes de honeſtis, iuſtis, utilibus quæſtiones. His etiam cæteri ſtatus cõtineri dicuntur, quia et quantitas modò ad coniecturam referatur, ut maiór ne ſol q̃ terra: modò ad qualitatem, quanta pœna quempiam, quantó ue præmio ſit affici iuſtum: & tranſlatio uerſetur circa qualitatem, & definitio pars ſit tranſlationis. Quin & contrariæ leges, & ratiocinatiuus ſtatus, id eſt ſyllogiſmus, & plerunque ſcripti, & uoluntatis, æquo nitantur, niſi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit, quid ſenſerit legis cõſtitutor. Ambiguitatem uero ſemper coniectura explicari neceſſe ſit, quia cum ſit manifeſtum, uerborum duplicem eſſe intellectum, de ſola quæritur uoluntate. A pluri

mis tres sunt facti generales status, quibus & Cicero in Oratore utitur. Et omnia, quæ aut in cõtrouersiam, aut in contentionem ueniant, contineri putat, sit ne, quid sit, quale sit, quorum nomina apertiora sunt, quàm ut docenda sint. Idem Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius his quidem uerbis: Paucæ res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascũtur, factum, non factum: ius, iniuria: bonum, malum. Sed quoniam quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoque, ut iuste fecisse uideamur, secuti Antonium apertius uoluerunt eosdem status distinguere. Itaque dixerunt coniecturalem, legalem, iuridicialem. Qui & Virginio placent. Horum deinde fecerunt species, ita ut legali subijcerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur legum contrariarum, quæ ἀνομία dicitur, & scripti, & sententiæ, uel uoluntatis, id est κατὰ ῥητὸν, καὶ διάνοιαν, & μετάληψιν, quam nos uarie translatiuam, transumptiuam, transpositam uocamus, συλλογισμὸν, quem accipimus ratiocinatiuum uel collectiuum ambiguitatis, quæ ἀμφιβολία nominatur. Quos posui, quia & ipsi à plerisq; status appellantur, quibusdam legales potius quæstiones eas dici placuit. Quatuor † fecit Athenæus, προτρεπτικὸν σάσιν, uel παραινετικὸν, id est exhortatiuũ, qui suasoriæ est, prius, σωτελικὸν, qua cõiecturam significari magis ex his quæ sequũtur, q̃ ex ipso nomine apparet, ὑπαλλακτικὸν, ea finitio est, mutatiõe enim noïs cõstat, iuridicialẽ, eadẽ appellatiõe græca quã cæteri usus. Nam est, ut dixi, multa in nominibus diffe-

Cicero II. de Orat.

† dicit

rentia. Sunt qui ὑπαλλακὴν translationem esse existimẽt, secuti hanc mutationis significationem. Fecerunt alij totidem status, sed alios, an sit, quid sit, quale sit, quãtum sit, ut Cæcilius & Theon. Aristoteles in Rhetoricis etiam sic omne opus diuidit in ueritatem, & petenda ac fugienda, quod est suasoriæ, & de eodem, atq; alio parãtiendo ad hoc peruenit, ut an sit, quid, quale, quantum, & quàm multum sit, quærendum putet. Quodam tamen loco finitionis quoq; uim intelligit, quo dicit quædam sic defendi: Sustuli, sed non furtum feci: percussi, sed non iniuriam feci. Posuerat & Cicero in libris Rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis, ut in facto coniectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur, iuri subiecerat trãslationem. Verum hic legales quoq; quæstiones alio loco tractat, ut species actionis. Fuerunt qui facerent quinq;, coniecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. Theodorus quoque, ut dixi, ijsdem generalibus capitibus utitur, an sit, quid sit, quale sit, quantum sit, ad aliquid. Hoc ultimum maxime in comparatiuo genere uersari putat, quoniam melius ac peius, maius ac minus, nisi aliò relata, non intelligũtur. Sed in illas quoq; translatiuas, ut supra signaui, quæstiones incidunt, an huic ius agendi sit, uel facere aliquid conueniat, an contra hũc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. Alij sex scilicet status putant, coniecturã, quam γλύσσαν uocant, & qualitatem, & proprietatem, id est ἰδιότητα, quo uerbo finitio ostenditur, & quantitatem, quam ἀξίαν dicunt, &

Libri rhetoricꝰ es, in partiũ enibus.

comparationem, & translationem, cuius adhuc nouum nomen inuentum est μετάσασις, nouum inquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridiciales usitatum. Alijs septem esse placuit, à quibus nec translatio, nec quantitas, nec comparatio recepta est. Sed in horũ trium locum subditæ quatuor legales, adiectæq; illis tribus rationalibus. Alij peruenerunt usq; ad octo, translatione ad septem superiores adiecta. A quibusdam deinde diuisa ratio est, ut status rationales appellarent quæstiones, quemadmodum supra dixi, legales, in illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum, hos status esse, illas quæstiones maluerunt. Sed alij rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit. Hermagoras solum quatuor, coniecturam, proprietatem, trãslationem, qualitatem, quam per accidentia, id est κατὰ συμβεβηκὸς uocat, hac interpretatione, an illi accidat uiro bono esse, uel malo. Hanc ita diuidit, de appetendis, & fugiendis, quæ est pars deliberatiua, de persona, ea ostẽditur laudatiua, negotialem, quam πραγματικὴν uocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarum complexu, ut sit ne liber, qui est in assertione: an diuitiæ superbiam pariant, an iustum quid, an bonum sit, iuridicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisq; personis quæranter, an ille iuste hoc fecerit, uel bene. Nec me fallit in primo Ciceronis Rhetorico, aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptũ sit: Negotialis est, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit considerandum, cui diligentiæ præesse apud nos iureconsulti exi-

ſtimantur. Sed quod ipſius de his libris iudicium fuerit, ſupra dixi. Sunt enim uelut res regeſtæ in hos cõmentarios, quos adoleſcens deduxerat ſchola: & ſi qua eſt in his culpa, tradentis eſt. Siue cum mouit, quod Hermagoras prima in hoc loco poſuit exempla ex quæſtionibus iuris, ſiue quod Græci πραγματικοὺς uocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore ſubſtituit, ideoq; culpari tanquam falſa præcipiat non poteſt. Nos ad Hermagoram. Tranſlationẽ hic primus omnium tradidit, quanquam ſemina eius quædã citra nomen ipſum, apud Ariſtotelem reperiuntur. Legales autem quæſtiones has fecit, ſcripti & uoluntatis, quam ipſe uocat κατὰ ῥητὸν, καὶ ὑπεξαίρεσιν, id eſt dictum, et exceptionem, quorum prius ei cum omnibus cõmune eſt, exceptionis nomen minus uſitatum, ratiocinatiuum ambiguitatis, legum contrariarum. Albutius eadem diuiſione uſus detrahit tranſlationem, ſubijciẽs eam iuridiciali. In legalibus quoq; quæſtionibus nullum putat eſſe, qui dicatur ratiocinatiuus. Scio plura inuẽturos ad hoc, qui legere antiquos ſtudioſius uolẽt. Sed ne hæc quoque exceſſerint modum, uereor. Ipſe me paulum in alia quàm prius habuerim opinione, nunc eſſe confiteor. Et fortaſſe tutiſſimum erat famæ modò ſtudenti, nihil ex eo mutare, quod multis annis non ſenſiſſem modò, uerumetiam approbaſſem. Sed non ſuſtineo eſſe conſcius mihi diſſimulanti in eo præſertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte iudicij mei. Nam & Hippocrates clarus arte me-

Lib. Rheto. ad Theodecten iij.

dicinæ,uidetur honestißime feciſſe, quod quoſdam erro
res ſuos,ne poſteri errarent,confeſſus eſt. Et M.Tulli- De Orato.1.
us nõ dubitauit aliquos iã editos libros, alijs poſtea ſcri
ptis ipſe damnare. Sicut Catullum atq; Lucullum,et hos
ipſos, de quibus modò ſum locutus,artis rhetorices. Ete
nim ſuperuacuus †foret in ſtudijs longior labor, ſi nihil †fuerit
licceret melius inuenire præteritis. Neque tamen ex his
quicquam,quæ tum præcepi,ſuperuacuum fuit. Ad eaſ-
dem enim particulas hæc quoq;, quæ nunc præcipiam,
reuertentur. Ita neminem didiciſſe pœniteat. Colligere
tantum eadem,ac diſponere paulò ſignificantius conor.
Omnibus autem ſatis factum uolo, non me hæc ſerius de-
monſtrare alijs, quàm mihijpſi demonſtrauerim ac per-
ſuaſerim. Secundum plurimos autores ſeruabam tris ra
tionales ſtatus,coniecturam,finitionem,qualitatem, unũ
legalem. Hi mihi ſtatus generales erant. Legalẽ in quin-
que ſpecies partiebar,ſcripti,& uoluntatis,legum con-
trariarum collectiuum,ambiguitatis,tranſlationis: nũc
quartum ex generalibus intelligo poſſe remoueri. Suffi-
cit enim prima diuiſio, qua diximus alios legales, alios
rationales eſſe, ita non erit ſtatus, ſed quæſtionum ge-
nus,alioqui & rationalis ſtatus eſſet. Ex his etiam quos
ſpeciales uocabã,remoui translationem,frequenter qui-
dem(ſicut omnes qui me ſecuti ſunt, meminiſſe poſſunt)
teſtatus,et in ipſis etiam illis ſermonibus,me nolente uul
gatis, hoc tamen complexus, uix in ulla controuerſia
translationis ſtatum poſſe reperiri, ut non et alius in ea
dem re recte dici uideretur, ideoq; à quibuſdã cum ex-

clusum. Neque ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sint quæstiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & si qua sunt talia. Sed personæ, tẽpora, actiones, cæteraq; propter aliquã causam transferuntur. Ita non est in translatione quæstio, sed in eo, propter quod transferuntur. Non debes apud Prætorem petere fidei commissum, sed apud Consules, maior enim prætoria cognitione summa est. Quæritur, an maior summa sit, facti controuersia est. Non licet tibi agere mecum, cognitor enim fieri non potuisti: iudicatio, an potuerit. Non debuisti interdicere, sed petere, an recte interdictũ sit, ambigitur. Quæ omnia succedunt legitimis quæstionibus. An non præscriptiones etiã in quibus maxime uidetur manifesta translatio, easdem omnes species, habent quas eæ leges, quibus agitur, ut aut de nomine, aut scripto, & sententia, uel ratiocinatione quæratur, deinde status ex quæstione oritur? Trãslatio non habet quæstionem, de qua contendit orator, sed †per quam contendit. Hoc apertius: Occidisti hominem, Non occidi. Quæstio, an occiderit. Status, coniectura nõ est. Tale: Habeo ius actionis, non habes, ut sit quæstio, an habeat, & inde status. Accipiat enim actionẽ nec ne, ad euentum pertinet, non ad causam, & ad id quod pronunciat iudex, non id, propter quod pronũciat. Hoc illi simile est, puniendus es, non sum, uidebit iudex an puniendus sit. Sed non hic erit quæstio, nec hic status. Vbi ergo? puniendus es, hominem occidisti, non occidi, an oc

†propter

ciderit. Honorandus sum, non es, num statum habet? non ut puto. Honorandus sum, quia tyrannum occidi, non occidisti, quæstio, & status. Similiter, non recte agis, recte ago, non habet statũ. Vbi est ergo? nõ recte agis ignominioſus, quæritur an ignominioſus sit, aut an agere ignominioſo liceat, & quæstio est, & status. Ergo translatiuum genus causæ, ut comparatiuum, & mutuæ acccusationis. At enim simile est illi, ius habeo, non habes, occidisti, recte occidi, non nego. Sed ne hæc res statũ facit. Non enim sunt hæ propositiones, alioqui causa non explicabitur, sed cum suis rationibus. Scelus commisit Horatius, sororem enim occidit, non commisit, debuit enim occidere eam, quæ hostis morte mœrebat, quæstio, an hæc iusta causa. Ita qualitas: At similiter in translatione, non habes ius abdicandi, quia ignominioſo non est actio, habeo ius, quia abdicatio actio non est, quæritur quid sit actio, finiemus, non licet abdicare filios, syllogismus. Item cæteras per omnes, et rationales, et legales status. Nec ignoro fuisse quosdam, qui translationẽ in rationali quoq; genere ponerent, hoc modo, hominem occidi, iussus ab imperatore, dona templi cogenti tyranno dedi, deserui tempestatibus fluminibus, ualetudine impeditus, id est non per me stetit, sed per illa. A quibus etiam liberius dissentio. Non enim actio transfertur, sed causa facti, quod accidit penè in omni defensione. Deinde is, qui tali utitur patrocinio, non recedit à forma qualitatis, dicit enim se culpa uacare, ut magis qualitatis duplex ratio facienda sit, altera qua & factum defenditur, altera qua tantum

Tria esse q̃ in omni disputatione quærantur, ab Isocrate primum dictum. Aristoteles addit causſam, nẽpe quare sit.

reus. Credendum est igitur his, quorum autoritatem secutus est Cicero, tria esse, quæ in omni disputatione quærantur, an sit, quid sit, quale sit. Quod ipsa nobis etiam natura præscribit. Nam primũ oportet subesse aliquid, de quo ambigitur, quod, quid sit, & quale sit, certe non potest æstimari, nisi prius esse constiterit. Ideoq; ea prima quæstio, sed non statim quod esse manifestum, etiam quid sit apparet. Hoc quoque constituto, nouissima qualitas supereſt, nec his exploratis aliud est ultra. His infinitæ quæstiones, his finitæ continentur. Horum aliquas in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia utique tractantur. Hæc rursus iudiciales causas, & rationali parte, et legali continet. Nec enim ulla iuris disceptatio, nisi finitione, qualitate, coniectura potest explicari. Sed instituentibus rudes, non erit inutilis latius primo fusa ratio, etsi non statim rectissima linea tensa, facilior tamen & apertior uia. Discant igitur ante omnia quadripertitam in omnibus causis esse rationem, quam primam intueri debeat, qui acturus est. Nam ut à defensore potissimũ incipiam, longe fortissima tuendi se ratio est, si quod obijcitur, negari potest. Proxima si non id qd obijcitur, factũ esse dicitur. Tertia honestissima, qua recte factũ defenditur. Quibus si deficiamus, ultima quidẽ, sed iã sola supereſt salus, aliquo iuris adiutorio elabendi ex crimine, quod nec negari, nec defendi potest, ut non uideatur iure actio intendi. Hinc illæ quæstiones siue actionis, siue translationis. Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in XII tabulis debitoris

corpus inter creditores diuidi licuit, quam legẽ mos publicus repudiauit: Est aliquid æquum, sed prohibitum iure, ut libertas testamentorum. Accusatori nihilo plura intuenda sunt, q̃ ut probet factum esse, hoc esse factum, non recte factũ, iure se intendere. Ita circa species eas dẽlis omnis uersabitur, translatis tantum aliquando partibus, ut in causis, quibus de præmio agetur, recte factum petitor probat. Hæc quatuor uelut proposita formæ q̃; actionis, quæ tum generales status uocabam, in duo, ut ostendi, genera descendunt, rationale & legale. Rationale simplicius est, quia ipsius tantum naturæ contemplatione constat. Ita q̃; in eo satis est ostendisse coniecturam, finitionem, qualitatem. Legalium plures sine species necesse est, propterea quod multæ sunt leges, & uarias habent formas: alia est cuius uerbis nitimur, alia cuius uoluntate: alias nobis, cum ipsi nullam habemus, adiungimus, alias inter se comparamus, alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc ueluti simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, propriam tamẽ faciem ostendentia, ut scripti, et uoluntatis, quæ sine dubio, aut qualitate, aut coniectura continentur, & syllogismus, qui est maxime qualitatis, & legis contrariæ, quæ ijsdem, quibus scriptum, & uoluntas constat, & ἀμφιβολίαι, quæ semper coniectura explicatur. Finitio quoq; utriq; generi, quod q̃; rerũ, quod q̃; scripti contẽplatione constat, cõmunis est. Hæc omnia etiamsi in illos tres status ueniũt, tamen quia, ut dixi, habent aliquid uelut proprium, uidentur demonstranda discentibus, &

Amphiboliа dubia sententia, quæ utrinq; bonis autoritatibus defendi potest.

permittendum ea dicere uel ſtatus legales, uel quæſtiones, uel capita quædam minora, dũ ſciant, nihil nc in his quidem, præter tria, quæ prædiximus, quæri. At quantum, & quàm multum, & ad aliquid, & ut nonnulli putauerunt, comparatiuos, non eandem rationem habent. Sunt enim hæc non ad uarietatem iuris, ſed ad ſolam rationem referenda. Ideoq; ſemper in parte aut coniecturæ, aut qualitatis ponenda ſunt, ut qua mente, & quo tẽpore, et quo loco. Sed de ſingulis dicemus quæſtionibus, cum tractare præcepta diuiſionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit, in cauſis ſimplicibus ſingulos ſtatus eſſe cauſarum, quæſtionum autem quæ uelut ſubiacẽtes, & ad illud quo iudicium continetur, referuntur, ſæpe in unam cadere plures poſſe. Etiam credo aliquando dubitari, quo ſtatu ſit utẽdum, cum aduerſus unam intentionem plura opponuntur, & ſicut in colore dicitur narrationis, cum eſſe optimũ, quẽ actor optime tucatur: ita hic quoq; poſſe dici, eum ſtatũ eſſe faciendũ, in quo tuendo plurimũ adhibere uiriũ poſſit orator. Ideoq; pro Milone aliud Ciceroni agẽti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia cõponeret orationẽ, cum ille iure tanq; inſidiatorẽ occiſum, et tamen non Milonis conſilio dixerit, hic etiam gloriatus ſit, occiſo malo ciue. In coniũctis uero poſſe duos uel tres inueniri, uel diuerſos, ut ſi quis aliud ſe nõ feciſſe, aliud recte feciſſe defendat, uel generis eiuſdem, ut ſi quis duo crimina, uel oia neget. Quod accidit etiam ſi de una re quæratur aliqua, ſed eam plures petant, uel eodem iure, ut proximitatis, uel diuerſo,

Bruti oratio pro Milone.

ut cum hic testamento, ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud alij petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est, ut in illa controuersia: Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Abdicatus, nequid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius sit, post legitimum natus tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiam liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicauerat, sustulit nothũ, instituto hærede abdicato decessit. Tres omnes de bonis contendunt, νόθον, qui non sit legitimus, Græci uocant, latinum rei nomen, ut Cato quoq; in oratione quadam testatur, non habemus, ideoq; utimur peregrino. Sed ad propositum. Hæredi scripto opponitur lex, abdicatus ne quid de bonis patris capiat, sit status scripti, & uoluntatis, an ullo modo capere possit, an ex uoluntate patris, an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio, quod post legitimos natus sit, & quod non sit ante legitimos natus. Prior syllogismũ habet, an pro non natis sint habendi qui à familia sunt alienati: altera scripti, & uoluntatis. Non enim esse hunc natum ante legitimum conuenit, sed uoluntate legis se tuebitur, quã dicet talem fuisse, ut legitimus esset nothus, tum natus, cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet dicens, non utiq; si postea legitimus natus nõ sit, notho nocere, uteturq; hoc argumento: finge solũ natum nothum, cuius conditionis erit? tantum ciuis? at

Ciuis, hoc est, statu liber.

Nothus.

Cato in oratione pro T. Veturio & alibi. teste Nonio.

qui non erit post legitimũ natus, filius, atqui non erit ante legitimos natus, quare si uerbis legis stari nõ potest, uoluntate standum est. Nec quenq; turbet, quod ex una lege duo status fiãt, duplex est, ita uim duarũ habet. Redire in familiã uolenti dicitur ab altero: Primum, ut tibi redire liceat, hæres sum, idẽ status, qui in petitione abdicati: quæritur enim, an posit esse hæres abdicatus. Adijcitur cõmuniter à duobus, redire tibi in familiã non licet, non enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisq; eorũ quæstione nitetur. Alter enim dicet, abdicatũ quoq; inter liberos esse, & argumentũ ducet ex ipsa, qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum, nunc quia filij iure futurus fuerit intestati hæres, oppositam esse legem, quæ tamen id non efficiat, ne filius sit, sed ne hæres. Status finitiuus, quid sit filius. Rursus noster his eisdem colligit argumentis, non sine liberis patrem decessisse, quibus in petitione usus est, ut probaret se esse filium, nisi forte & hic finitionem mouet, an liberi sint etiam non legitimi. Cadent ergo in unam controuersiam, uel specialiter duo legitimi status, scripti, & uoluntatis, & syllogismus, & præterea finitio, uel tres illi, qui natura soli sunt, coniectura in scripto, & uoluntate, qualitas in syllogismo, & quæ per se est aperta finitio. Causa quoque & iudicatio, & continens est in omni genere causarum. Nihil enim dicitur, cui non insit ratio, & quò iudicium referatur, & quod rem maxime contineat. Sed quia magis hæc uariantur in litibus,

& ferè tradita sunt ab his, qui de iudicialibus causis ali
qua composuerunt in illam partem differamur. Nunc
quia in tria genera causas diuisi, ordinem sequar.

De Demonstratiuo, quod constat laude & uitu-
peratione. CAP. IX.

Ac potißimum incipiam ab ea quæ constat laude
ac uituperatione. Quod genus uidetur Aristote
les, atque eum secutus Theophrastus, à parte negotiali,
hoc est πραγματικῆς remouisse, totamq; ad solos audi
tores relegasse, & id eius nomini, quod ab ostentatio-
ne ducitur, propriũ est. Sed mos Romanus, etiã negotijs
hoc munus inseruit. Nam & funebres laudationes pen
dent frequenter ex publico aliquo officio, atq; ex sena-
tusconsulto magistratibus sæpe mãdantur, et laudare te
stem, uel contrà pertinet ad momentũ iudiciorũ, & ipsis
etiã reis dare laudatores licet, et editi in cõpetitores, in
L. Pisonẽ, in Clodiũ et Curionẽ libri, uituperationẽ con
tinent, & tamen in senatu loco sunt habiti sententiæ.
Neq; inficias eo, esse quasdã ex hoc genere materias ad
solã cõpositas ostentationẽ, ut laudes deorũ, uirorumq;,
quos priora tempora tulerunt. Quo soluitur quæstio su
pra tractata, manifestumq; est errare eos, qui nunquam
oratorem dicturum, nisi de re dubia, putauerunt. An lau
des Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis mate-
ria, uel dubiæ sunt, uel non oratorio genere tractantur?
Vt desiderat autem laus, quæ negotijs adhibetur, proba
tionem, sic etiam illa quæ ostentationi componitur, ha-
bet interim aliquam speciem probationis. Vt qui Ro-

mulum Martis filium, educatumq; à lupa dicat, in argumẽtum cœlestis ortus utatur his, quod abiectus in profluentem non potuerit extingui, quod omnia sic egerit, ut genitum præside bellorum deo incredibile non sit, qđ ipsum quoq; cœlo receptum temporis eius homines non dubitauerint. Quædam uero etiam in defensionis speciem cadent, ut si in laude Herculis, permutatum cum regina Lydiæ habitum, et imperata, ut traditur, pensa orator excuset. Sed proprium laudis est res amplificare, & ornare, quæ materia præcipue quidem in deos & homines cadit, est tamen et aliorũ animalium, & carentium anima. Verum in deis, generaliter primum maiestatem ipsius eorũ naturæ uenerabimur, deinde propriam uim cuiusq;, & inuenta, quæ utile aliquid hominibus attulerunt. Vis ostenditur, ut in Ioue, +regundorum hominũ: in Marte, belli: in Neptuno, maris: Inuẽta, ut artium in Minerua: Mercurio, literarum: medicinæ, Apolline: Cerere, frugum: Libero, uini. Tum si qua ab his acta uetustas tradidit commemoranda. Addunt etiam dijs honorem parentes, ut si quis sit filius Iouis. Addit aneiquitas, ut his qui sunt ex chao. Progenies quoq;, ut Apollo, ac Diana Latonæ. Laudandum in quibusdam, quod geniti immortales, in quibusdam, quod immortalitatem uirtute sint consecuti, quod pietas principis nostri, præsentium quoq; temporũ decus fecit. Magis est uaria laus hominum. Nam primum diuiditur in tempora, quodq; ante eos fuit, quoq; ipsi uixerunt. In his autẽ qui fato sunt functi, etiam quod est insecutum. Ante hominem patriæ

+rege omnium deorꝫ.

Ex prima omniũ rerꝫ materia, uide Hesiodũ in Theogonia.

ac parentes, maioresq; erunt, quarum duplex tractatus est. Aut enim respondisse nobilitati pulchrum erit, aut humilius genus illustrasse factis. Illa quoq; interim ex eo quod ante ipsum fuit, tempore trahentur, quæ responsis uel augurijs futuram claritatem promiserunt. Vt cum, qui ex Thetide natus esset, maiorem patre suo futurum cecinisse dicuntur oracula. Ipsius uero laus hominis ex animo & corpore & extra positis peti debet. Et corpo ris quidem fortuitorumq; cum leuior, tũ non uno modo tractanda est. Nam & pulchritudinem interim roburq; prosequimur, honore uerborũ, ut Homerus in Agamem none atq; Achille. Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea paruum, sed bella torem dicit fuisse. Fortuna uero, tum dignitatem affert, ut in regibus principibusq;: nãq; est hæc materia ostẽdẽ dæ uirtutis uberior, tum quo minores opes fuerunt, eo maiorẽ benefactis gloriam parit. Sed omnia quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus forte obtigerunt, non ideo laudantur, quod habuerit quis ea, sed quod +his ho neste sit usus. Nam diuitiæ, & potentia & gratia, cum plurimum uirium dent in utranq; partem, certissimum faciũt morũ experimentum, aut enim meliores propter hæc, aut peiores sumus. Animi uero semper uera laus. Sed non una per hoc opus uia ducitur. Nanque aliâs ætatis gradus, gestarumq; rerum ordinem sequi speciosius fuit, ut in primis annis laudaretur indoles, tum discipli næ, post hoc operum, id est factorum dictorumq; contẽ xtus: Aliâs in species uirtutum diuidere laudem fortitu

Achilles Thetidis & Pelei filius, oraculum extat apud Catullum in argonauticis.

+quis

dinis, iustitiæ, continentiæ, cæterarumq;, ac singulis assignare, quæ secundũ quanq; earũ gesta erũt. Vtra sit aũt harũ uia utilior, cum materia deliberabimus, dũ sciamus gratiora esse audiẽtibus, quæ solus quis, aut primus, aut certe cum paucis feciſſe dicetur: ſi quid præterea ſupra ſpẽ, aut expectationẽ, præcipue qd̃ aliena potius causa, q̃ ſua. Tẽpus quod finẽ hominis ſequitur, nõ ſemper tractare contingit, non ſolũ quod uiuẽtes aliquando laudamus, ſed quod rara hæc occaſio eſt, ut referri poſſint diuini honores, & decreta, ut publicæ ſtatuæ cõſtitutæ. Inter quæ enumeraueri ingeniorum monumẽta, quæ ſeculis probarentur. Nam quidã, ſicut Menãder, iuſtiora poſterorũ, q̃ ſuæ ætatis iudicia ſunt conſecuti. Aſſerũt laudem liberi parẽtibus, urbes cõditoribus, leges latoribus, artes inuentoribus, nec non inſtituta quoque autoribus, ut à Numa traditum deos colere, à Publicola faſces populo ſubmittere. Qui omnis etiam in uituperatione ordo conſtabit, tamen in diuerſum. Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit, et quoſdam claritas ipſa notiores circa uitia, & inuiſos magis fecit, & in quibuſdã, ut in Paride traditum eſt, prædicta pernicies & corporis, & fortunæ: quibuſdam mala, contemptum, ut Thersitæ: At uero quibuſdã bona uitijs corrupta odium attulerunt: ut Nirea imbellem, Pliſtinẽ impudicum, à Poëtis accepimus. Et animi totidem uitia, quot uirtutes ſunt, nec minus quàm in laudibus, duplici ratione tractantur. Et poſt mortẽ adiecta quibuſdam ignominia eſt, ut Melio, cuius domus ſolo æquata: Marcoq; Mãlio, cuius præ

Cunctaq; poſt mortẽ fingit maiora uetuſtas. A Pub.) Nã hic ſecures faſcib⁹ dempſit, eosq; in populi cõcione ſubmiſit.

Iuxta hoc poëtæ Satyrici: Oẽ animi uitiũ tãto conſpectius in ſe crimen habet, quanto maior qui peccat habeẽ.

Iliad. β.
Iliad. α.
Iliad. γ.

Liuius ab urbe vſ.

nomen è familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus, & est conditoribus urbium infamiæ, contraxisse aliquam pernicioſam cæteris gentem, qualis est primus Iudaicæ superstitionis autor, & Gracchorum leges inuisæ. Et si quod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis uir Perses, in muliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in uiuentibus quoq; iudicia hominum uelut argumenta sunt morum, & honos aut ignominia, ueram esse laudem, uel uituperationem probat. Interesse tamen Aristoteles putat, ubi quisque laudetur, aut uituperetur. Nam plurimum refert, qui sint audientium mores, quæ publice recepta persuasio, ut illa maxime quæ probant esse in eo qui laudabitur, credant, aut in eo cõtra quem dicemus, ea quæ oderunt, ita non dubium erit iudicium, quod orationẽ præcesserit. Ipsorum etiam iudicum permiscenda laus semper. Nam id beneuolos facit. Quoties autem fieri potest, cum materiæ utilitate iungenda. Minus Lacedæmone studia literarum, quàm Athenis honoris merebũtur: plus patientia, fortitudo. Rapto uiuere quibusdam honestũ, alijs cura legum. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, ueteribus Romanis summum luxuria crimẽ. Eadem in singulis differentia. Maxime fauet iudex, qui sibi dicentem assentari putat. Idem præcipit illud quoq; quod mox Cornelius Celsus propè supra modũ inuasit, quia sit quædã uirtutibus ac uitijs uicinitas, utendũ pro xima deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, prodigo liberalem, auaro parcum uocemus, quæ eadem

Gracchorũ leges Agrariæ.

Vide Cælii lib. 10. cã. 18.

Sybaritæ.

etiam contrà ualent, quod quidem orator, id est, uir bonus nunquam faciet, nisi forte communi utilitate ducatur. Laudantur autem urbes similiter atq; homines. Nã pro parente est conditor, & multum autoritatis affert uetustas, ut his qui terra dicuntur orti, & uirtutes, ac uitia circa res gestas, eadẽq; in singulis. Illa propria, quæ ex loci positione, aut munitione sunt. Ciues illis, ut hominibus liberi, decori. Est laus et operum, in quibus honor, utilitas, pulchritudo, autor spectari solet. Honor, ut in templis: Vtilitas, ut in muris: Pulchritudo uel autor, utrobiq;. Est & locorum, qualis Siciliæ apud Ciceronẽ, in quibus similiter speciem, & utilitatem intuemur, speciẽ maritimis, planis, amœnis: utilitatẽ, salubribus, fertilibus. Erit etiam dictorũ honestorũ factorũq; laus generalis, erit et rerum omnis modi. Nam & somni, & mortis scriptæ laudes, & quorundam à medicis ciborum. Itaq; ut non consensi hoc laudatiuum genus circa solam uersari honesti quæstionem, sic qualitate maxime contineri puto, quanquam omnes tres status cadere in hoc opus possint, ijsq; usum C. Cæsarem in uituperando Catone notauerit Cicero. Totũ autem habet aliquid simile suasorijs, quia plerunq; eadem illic suaderi, hic laudari solent.

In Verrem actione 4.

De suasoria, seu deliberatiua, & prosopopœia. CAP. X.

Deliberatiuas quoq; miror à quibusdam sola utilitate finitas. Ac si quid in his unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiæ genus, dignitate maxime contineri putat. Nec

dubito quin hi, qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam, ne utile quidē, nisi quod honestum esset, existimarint. Et est hæc ratio ueriſsima, si consilium contingat semper bonorum, atq; sapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est, populumq; præcipue, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt hæc, & secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi, qui etiam quæ credunt honesta, non tamen satis ea dem utilia quoque existiment, quæ turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent, ut fœdus Numantinum, iugumq; Caudinum. Ne qualitatis quidē statu, in quo & honestorum, & utilium quæstio est, comprehendi eas satis est. Nam frequenter in his etiam coniecturæ locus est. Nonnunquam etiam tractatur aliqua finitio. Aliquando etiā incidere possunt legales tractatus in priuata maxime consilia, si quando ambigitur, an liceat. De coniectura paulò post pluribus. Interim est finitio apud Demosthenē, det Halonesum Philippus an reddat. Apud Ciceronem in Philippicis, quid sit tumultus. Quid? non illa similis iudicialium quæstio, de statua Seruij Sulpitij? an his demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti? Ergo pars deliberatiua, quæ eadem suasoria dicitur, de tempore futuro consultans, quærit etiam de præterito, officijs constat duobus, suadendi & dissuadendi. Procœmio, quale est in iudicialibus, non ubique eget, quia conciliatus est ei quisq; quem consulit. Initium tamen quodcunque debet habere aliquam procœmij spe-

In olynthiacis Philippicis 9. & 8.

Procœmium deliberatiuū & demonstratiuum.

ciem, nec enim abrupte, nec unde libuit incipiẽdum, quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In sententiis, & utiq; in concionibus eadem ratio, quæ apud iudices acquirẽdæ sibi plerunq; eorũ apud quos dicendũ sit benevolẽtiæ. Nec mirũ cum etiã in Panegyricis petatur audientiũ fauor, ubi emolumentũ nõ utilitate aliqua, sed

Aristote. 3. Rhet. in sola laude cõsistit. Aristoteles quidẽ, nec sine causa putat & à nostra, et ab eius qui dissentiet, persona ducit frequenter in consilijs exordiũ, quasi mutuantibus hæc nobis à iudiciali genere, nõnunq; etiã, ut minor res maiore uideatur. In demonstratiuis uero proœmia esse maxime libera existimat. Nam & longe à materia ducit, ut in Helenes laude Isocrates fecerit, & ex aliqua rei uicinia, ut idẽ in Panegyrico, cum quæritur plus honoris corporum, q; animorũ uirtutibus dari. Et Gorgias in Olympico laudans eos, qui primi tales instituerunt conuentus.

Sallustij pro œmia. Quos secutus uidelicet Crispus Sallustius in bello Iugurthino et Catilinario, nihil ad historiã pertinentibus principijs orsus est. Sed nũc ad suasoriã, in qua etiã cũ proœmio utemur, breuiore tamen, & uelut quodã capite tantum, et initio debebimus esse contenti. Narrationem uero nunq; exiget priuata deliberatio, eius dũtaxat rei de qua dicenda sententia est, quia nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiã illa, quæ ordinem rei docet, necessaria, ad affectus, ut quæq; maxime postulabit. Nam et cõcitanda, et lenienda frequẽter est ira, et ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem

impellendi animi. Nonnunq̃ etiam mouenda miseratio, siue ut auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, siue sociæ ciuitatis euersionem deflebimus. Valet aũt in consilijs autoritas plurimum. Nam & prudentissimus esse haberiq; & optimus debet, qui sententiæ suæ de utilibus atque honestis credere omnes uelit. In iudicijs enim uulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo, consilia nemo est qui neget secundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale esse iudicauerũt, & in sola reipublicæ administratione posuerunt. Quin & Cicero in hac maxime parte uersatur. Ideoq; suasoris de pace, bello, copijs, opibus, uectigalibus, hæc duo præcipue nota esse uoluit, uires ciuitatis, & mores, ut ex natura tum ipsarum rerum, tum audiẽtium ratio suadẽdi duceretur. Nobis maior in re uidetur uarietas: nam & consultantium, & consiliorum plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primum spectãda erũt: Quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, aut certum est posse fieri, aut incertum. Si incertũ, hæc erit quæstio sola, aut potentissima: sæpe enim accidet, ut prius dicamus, ne si possit quidẽ fieri, esse faciendum, deinde fieri non posse. Cum aũt de hoc quæritur, cõiectura est, an Isthmos intercidi, an siccare palus Pontina, an portus fieri Hostiæ possit, an Alexander terras ultra Oceanum sit inuenturus. Sed in his quoq;, quæ cõstabit posse fieri, coniectura erit aliquando, ut si quæratur, an utique futurum sit, ut Carthaginem supercnt Romani, ut redeat

Aristot. 1. Rhet.

Cicero ij de Orat.

In suadendo quæ sint spectanda.

Hannibal, si Scipio exercitum in Africam transtulerit, ut seruēt fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quædam & fieri posse, & futura esse credibile est, sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi comitatus non erit locus, alia sunt intuenda. Et primum, aut propter ipsam rem, de qua seuentiæ rogantur, consultabitur, aut propter alias interuenientes extrinsecus causas. Propter ipsam deliberant P. C. an stipendium militi constituant. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ, aut faciendi, ut deliberant P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus: aut non faciēdi, ut deliberat C. Cæsar, an perseueret in Germaniam ire, cum milites passim testamenta facerent. Hæ suasoriæ duplices sunt. Nam & illic causa deliberandi est, quod bellum Galli minitentur, esse tamen quæstio potest, dedendi ne fuerint etiam citra hanc denūciationem, qui contra fas, cum legati missi essent, prælium inierint, regemq; ad quem mandata acceperant trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet, nisi propter hanc militum perturbationem, est tamen locus quærendi, an citra hunc quoq; casum penetrādum in Germaniam fuerit. Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari, etiam detractis sequentibus possit. Partes suadendi quidā putauerunt honestum, utile, necessarium. Ego non inuenio huic tertiæ locū. Quantalibet enim uis ingruat, aliquid fortasse pati necesse est, nihil facere, de faciendo autē deliberatur. Quod si hanc uocant nēcessitatem, in quam homines grauiorum metu coguntur, utilitatis erit quæstio: Vt si obsessi, & impe-

Sumptū id ex cōmentario lib. 2.

Partes suadendi.

res,& aqua ciboq; defecti,de facienda ad hostem dedi-
tione deliberent,& dicatur,necesse est,nempe sequitur
ut hoc subijciatur, alioqui pereundum est, ita propter
idipsum non est necesse,quia perire potius licet. Deniq;
non fecerũt Saguntini, nec in rate Opitergina circum-
uenti. Igitur in his quoq; causis,aut de sola utilitate am-
bigetur, aut quæstio inter utile atq; honestum consistet.
At enim si quis liberos procreare uolet, necesse habeat
uxorẽ ducere,quis dubitat? sed ei qui pater uult fieri,li
queat necesse est uxorem esse ducendam. Itaque mihi ne
consilium quidem uidetur, ubi necessitas est, non magis
quàm ubi constat quid fieri omnino non posse. Omnis e-
nim deliberatio de dubijs est. Melius igitur, qui tertiam
partem dixerunt δυνατὸν, quod nostri possibile nomi- Possibile.
nant, quæ ut dura uideatur appellatio, tamen sola est.
Quas partes nõ omnes in omnem cadere suasoriã, mani
festius est quàm ut docendum sit. Tamen apud plerosq;
earum numerus augetur, à quibus ponuntur ut partes,
quæ species sunt partium: Nam fas,iustũ,pium, æquum,
mansuetum quoq;,sic enim sunt interpretati τὸ ἥμερον,
& siqua adhuc adijcere quis eiusdem generis uelit,subij
ci possunt honestati. An sit autem facile, magnum,iucun
dum,sine periculo,ad quæstionem pertinet utilitatis,qui
loci oriuntur ex contradictione: est quidẽ utile sed diffi
cile,paruum,iniucũdum,periculosum. Tamen quibusdã Vt Aristote.
uidetur esse nonnunquam de iucunditate sola consulta- in Rhet.
tio,ut si de ædificando theatro, instituendis ludis,delibe- ad Alexan-
retur. Sed neminem adeò solutum luxu puto,ut nihil in drum.

causa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est, ut in ludis honor deorũ, in theatro nõ utilis laborũ remissio, deformis et incõmoda turbæ: si id non sit, conflictatio, & nihilominus est dẽ illa religio, cum theatrũ ueluti quoddã illius sacri templũ uocabimus. Sæpe uero & utilitatẽ despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus, ut cum illis Opiterginis damus consiliũ, ne se hostibus dedant, quanq̃ perituri sint, nisi fecerint, et utilia honestis præferimus, ut cum suademus ut bello Punico serui armentur. Sed tamen neq; hoc planè concedendũ est, esse id inhonestũ. Liberos enim natura omnes, & ijsdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos dici potest. Et illic, ubi manifestum periculũ est, opponẽda alia, ut crudelius etiam perituros affirmemus, si se dediderint, + siue hostis non seruauerit fidem, siue Cæsar uicerit, quod est uero simillius. Hæc aũt, quæ tantũ inter se pugnant, plerunq; nominibus deflecti solent. Nam et utilitas ipsa expugnatur abhis, qui dicunt non solũ potiora esse honesta, q̃ utilia, sed ne utilia quidẽ esse, quæ non sunt honesta: & contrà, quæ nos honestum, illi uanum, ambitiosum, stolidum, uerbis q̃ re probabilius uocant. Nec tantum inutilibus comparatur utilia, sed inter se quoque ipsa, ut si è duobus eligamus, in altero quid sit minus. Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiã suasoriæ incidunt, ut cum Pompeius deliberauit, Parthos, an Africã, an Aegyptum peteret, ita non tantum utrum melius, sed quid sit optimum quæritur. Itemq; contrà. Nec unquam incidet in hoc genere

+ Si uero hosti non seruauerint fidẽ, si Cæsar.

Vtilia inter se.

Vtrũ & qd.

materiæ dubitatio rei, quæ undiq; secundũ nos sit. Nam ubi contradictioni locus non est, quæ potest esse causa dubitandi? Ita ferè omnis suasoria nihil est aliud, q̃ comparatio. Videndũq; quid consecuturi simus, & propter quid, ut æstimari possit, plus in eo, quod petimus, sit cõmodi, an uero in eo propter quod petimus, incommodi. Est uero utilitatis & in tempore quæstio. Expedit, sed non nunc. Et in loco, Non hic. Et in persona, Non nobis, non contra hos. Et in genere agendi, Non sic. Et in modo, Non tantum. Sed personam sæpius decoris causa intuemur, quæ & in nobis, & in his qui deliberant, spectãda est. Itaque quamuis exempla plurimum in consilijs possint, quia facilime ad consentiẽdum homines ducuntur experimentis, refert tamen, quorum autoritas, & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enim deliberantium animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures, aut singuli. sed in utrisque differentia, quia & in pluribus multum inter est, senatus sit, an populus, Romani an Fidenates, Græci an Barbari: Et in singulis, Catoni petendos honores suadeamus, an C. Mario. De ratione belli Scipio prior an Fabius deliberet. Proinde intuendus sexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipue discrimẽ dabunt. Et honesta quidẽ honestis suadere facilimum est, si uero apud turpes recta obtinere conabimur, ne uideamur exprobrare diuersam uitæ sectam cauẽdum est. Et animus deliberantis, non ipsa honesti natura, quam ille non respicit, permouendus, sed laude, uulgi opinione, et si parum proficiet hæc uanitas, secutura ex his utilitate: Aliquanto

Persona decoris causa intuenda.

uero magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerit, metus. Nam præter id quod his leuissimi cuiusq; animus facilli me terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor, quàm spes bonorum, sicut fa cilior eisdem turpium, quàm honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoque suadentur parum decora, dan tur parum bonis consilia, in quibus ipsorum qui consu lunt, spectatur utilitas. Nec me fallit, quæ statim cogita tio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis? & + hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero qui ita scribit ad Brutum: Propositis plurimis quæ honeste suaderi Cæ sari possent, Sim´ne bonus uir, si hoc suadeam? minime. Suasoris enim est finis utilitas eius, cui quisq; suadet. At recta sunt, quis negat? sed non est semper rectis in sua dendo locus. Sed quia est altior quæstio, nec tantum ad suasorias pertinet, destinatus est mihi hic locus duodeci mo, qui summus futurus est, libro. Nec ego quicquam sic ri turpiter uelim, uerum interim hæc uel ad scholariũ ex ercitationes pertinere credantur: nam & iniquorũ ra tio noscenda est, ut melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tanquã inhonesta, ut quidam declamatores Sextum Pompeium ad piraticam, propter hoc ipsum, quod turpis ac crude lis sit, impellunt. Sed dandus illis deformibus color, idq; etiam apud malos: nec enim est quisquam tam malus, ut ui deri uelit. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varum:

+& hoc fas, pietas?

Color deformibus dandus.

Iam fero (inquit) infandißima, iam facere cogor. Quanto magis eis quibus fuit aliqua cura famæ, conseruandus est hic uel ambitus? Quare, & cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antonium roget, uel etiam ut Philippicas (ita uitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus. Hoc enim si ualet in animo eius, tacentibus quoque nobis ualet, sed ut se +Reipub. seruet horta bimur. Hac illi opus est occasione, ne cum talium precũ pudeat. Et C. Cæsari suadẽtes regnum, affirmabimus statre iam Remp. nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solum quærit, quomodo quamminimum peccare uideatur. Multum refert etiã quæ sit persona suadentis, quia anteacta uita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Prouidendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At his contraria summißiorem quendam modum postulant. Nam quæ in alijs libertas est, in alijs licẽtia uocatur. Et quibusdam sufficit autoritas, quosdam ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; longe mihi uidentur difficilimæ prosopopœiæ, in quibus ad reliquum suasoriæ laborem, accedit etiam personæ difficultas. Nanq; idem illud aliter Cæsar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Vtilißima uero hæc exercitatio, uel quod duplicis est operis, uel quod Poëtis quoque, aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert. Verum & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisq; compositæ orationes, quibus alij uterentur, ad quorum conditionem uitamq; aptanda, quæ dicebantur, fuerunt. An eo-

+Romano populo.

Prosopopœiæ.

dem modo cogitauit, aut eandem personam induit Cicero, cum scriberet Cn. Pompeio, & cum C. Domitio, & Appio, cæterisue, ac non uniuscuiusq; eorum fortunam, dignitatem, res gestas intuitus omnium quibus uocē dabat etiam imaginē expressit? ut melius quidem, sed tamē ipsi dicere uiderentur. Neq; enim minus uitiosa est oratio, si ab homine, quàm si à re, cui accommodari debuit, dissidet. Ideoq; Lysias optime uidetur in his quæ scribebat indoctis, seruasse ueritatis fidem. Enimuero præcipue declamatoribus considerandum est, quid cuiq; personæ conueniat, qui paucissimas controuersias ita dicūt, ut aduocati, plerunq; filij, patres, diuites, senes, asperi, lenes, auari, deniq; superstitiosi, timidi, derisores fiant, ut uix comœdiarum actoribus plures habitus in pronūciando concipiendi sint, quàm his in dicendo, quæ omnia uideri possunt prosopopœiæ, quas ego suasorijs subiecci, quia nullo alio ab his quàm persona distant. Quanquam hoc aliquando etiam in controuersias ducitur, quæ exhistorijs compositæ, certis agentium nominibus continentur. Neque ignoro, plerunq; exercitationis gratia poni & poëticas historias, ut Priami uerba apud Achillē, aut Syllæ dictaturam deponētis in concione. Sed hæc in partem cedent trium generū, in quæ causas diuisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus supra dictum est, uariæ, atq; ut res uult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonstratiua subijcere solemus.

Prosopopœiæ.

† uero Frequentissime † tamen in his utimur ficta personarum, quas ipsi substituimus, oratione, ut apud Ciceronē

pro Cælio in Clodiam, & Cæcus Appius, & Clodius fra
ter, ille in castigationẽ, hic in rationem morum composi
tus alloquitur. Solent in scholis fingi materiæ ad delibe-
randum similiores controuersijs, & ex utroque genere
commixtæ, ut cum apud C. Cæsarem consultatio de pœ-
na Theodoti ponitur. Cõstat enim accusatione & defen
sione causæ, quod est iudicialium proprium. Permixta
autem est et utilitatis ratio, an pro Cæsare fuerit occidi
Pompeium, an timendum à rege bellum, si Theodotus sit
occisus, an id minime opportunũ hoc tempore, & perí-
culosum, & certe longum sit futurum. Quæritur & de
honesto, deceátne Cæsarem ultio Pompeij, an sit uerendũ
ne peiorem faciat suarum partium causam, si Pompeium
indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiã ue-
ritati potest. Non simplex autem circa suasorias error
in plerisq; declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his
diuersum, atq; in totum illi iudiciali contrarium esse exi
stimauerunt. Nam & principia abrupta, & concita-
tam semper orationem, & in uerbis effusiorem (ut ipsi
uocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores utiq;
commentarios, quàm + iudicialis materiæ facere elabo-
rarunt. Ego porrò ut proœmio uideo non utiq; opus
esse suasorijs, propter quas dixi supra causas, ita cur ini
tio furioso sit exclamandum non intelligo, cũ proposita
cõsultatione rogatus sententiam, si modò est sanus, non
quæritet, sed quam maxime potest ciuili & humano in-
gressu, mereri assensum deliberantis uelit. Cur autẽ tor
rens, & utiq; æqualiter cõcitata sit in ea dicẽtis oratio,

+ legalis

Dicendi genus in suasorijs.

cum uel præcipue moderationem, rationémque consilia desiderent? Neque ego negauerim sæpius subsidere in controuersijs impetum dicendi proœmio, narratione, argumentis, quem si detrahas, id ferè supererit, quo suasoriæ constant. Verum id quoque ǂæqualius erit, non tumultuosius atque turbidius. Verborum autem magnificentia non ualidius est affectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nam & personæ ferè magnæ fingentibus placent, regum, principum, populi, senatus, et res ampliores, ita cum uerba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescũt. Alia ueris cõsilijs ratio est. Ideóque Theophrastus quammaxime remotum ab omni affectatione, in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem, secutus in hoc autoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timide solet. Nanq; Aristoteles idoneam maxime ad scribendũ demonstratiuã proximámque ab ea iudicialem putauit, uidelicet, quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secũda egeret artis, uel quod ad fallendum, si ita poposcisset utilitas, consilio, fide, prudentiáq; constarent. Quibus in demõstratiua consentio. Nam et omnes alij scriptores idem tradiderunt. In iudicijs autem consilijsq;, secundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei, accommodandam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis ijsdem quibus habitas in iudicijs orationes, uideo eminere uirtutibus. Et Ciceronis sententiæ, & cõciones, non minus clarum quàm est in accusationibus ac defensionibus eloquẽtiæ lumen ostendunt. Dicit tamen de suasoria idem hoc

ǂæqualitatis

Verborũ magnificẽtia in suasorijs crebrior dunta xat fictis.

modo: Tota autem oratio simplex & grauis, & sententijs debet esse ornatior, quàm uerbis. Vsum exemplorũ nulli materiæ magis conuenire, meritò ferè omnes consentiunt, cum plerunque uideantur respondere futura præteritis, habeaturq; experimentum, uelut quoddam rationis testimonium. Breuitas quoq;, aut copia non genere materiæ, sed modo constant. Nam ut in consilijs plerunque simplicior quæstio est, ita sæpe in causis minor. Quæ omnia uera esse scicet, si quis non orationes modò, sed historias etiam (nanq; in his conciones ac sententiæ plerunq; suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quàm in commentarijs rhetorum consenescere. Inueniet enim nec in consilijs abrupta initia, & cõcitatius sæpe in iudicijs dictum, et uerba aptata rebus in utroq; genere, et breuiores aliquando causarum orationes q̃ sententiarum. Ne illa quidem in his uitia deprehẽdet, quibus quidam declamatores laborant, quod & contrà sentientibus inhumane conuitiantur, & ita plerũq; dicũt, tanq̃ ab his qui deliberant, utiq; dissentiant. Itaq; obiurgantibus, similiores sunt q̃ suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant, ne aliter q̃ dicturi sint exerceri uelint, & in desuescendis morentur. Cæterũ cum adhuc uocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiã in senatu, suadere si quid consulet princeps, quod præceptis fortasse non credunt, usu docebuntur.

De partibus causarum iudicialium. CAP. XI.

Quinq; partes causarũ iudicialium.

NVnc de iudiciali genere, quod est præcipue multiplex, sed officijs constat duobus, intentionis ac

depulsionis. Cuius partes ut plurimis autoribus placuit, quinq; sunt, proœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. His adiecerunt quidam partitionem, propositionem, excessum. Quarum priores duæ probationi succedunt: Nam proponere quidem quæ sis probaturus, necesse est, sed & concludere. Cur igitur si illa pars causæ est, non & hæc sit? Partitio uero dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices, et per omnes materias, totumq; earum corpus æqualiter fusa, sicut inuentio & elocutio. Ideóque eam non orationis totius partem unam esse credendum est, sed quæstionum etiam singularum. Quæ nanq; est quæstio, in qua nõ promitte re posit orator, quid primo, quid secũdo, quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quàm ergo ridiculum est, quæstionem quidem speciem esse probationis, partitionem autem quæ sit species quæstionis, partem orationis uocari? Egressio uero, uel, quod usita

Excessus. tius esse cœpit, excessus, siue est extra causam, non potest esse pars causæ, siue est in causa, adiutorium, uel ornamentum partium earum est, ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causa est, pars causæ uocabitur, cur non argumentum, similitudo, locus communis, affectus, exempla, partes uocentur? Tamen neque his assentior,

Refutatio. qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subiectam, ut Aristoteles. Hæc enim est quæ cõstituat, illaque destruat. Hoc quoq; idẽ aliquatenus nouat, quod proœmio non narrationem subiungit, sed propositionem.

Propositio. Verum id facit quia propositio genus, narratio species

uidetur, & hac non semper, illa semper & ubique credit opus esse. Verum ex his, quas constitui partibus, non ut quicq; primum dicendum, ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet, quod sit genus causæ, quid in ea quæratur, quæ prosint, quæ noccant, deinde quid confirmandum sit ac refellendum, tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio, nec esse utilis potest, nisi prius constiterit quid debeat de probatione promittere. Postremo intuendum, quemadmodum iudex sit conciliandus. Neque enim nisi totis causæ partibus diligẽter inspectis, scire possumus, qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, severum an mitem, concitatũ an remissum, aduersum gratiæ, an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoq; procœmium nouissime putant. Nam ut conferri materiã omnem oportet, & quid quoq; loco sit opus constare debet, ante quàm dicere aut scribere ordiamur, ita incipiendum ab his quæ prima sunt. Nam nec pingere quisquã aut fingere cœpit à pedibus. Nec demiq; ars ulla consummatur ibi, unde oriẽdum est. Quid fiet alioqui si spacium componendi orationem, stylo nõ fuerit? nónne nos hæc imuersa consuetudo decepe-rit? Inspiciendaigitur materia est, quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

De generibus iudicialium controuersiarum.

CAPVT XII.

CAEterum causa omnis, in qua pars altera agẽtis est, altera recusantis, aut unius rei controuersia

conſtat, aut plurium. Hæc ſimplex dicitur, illa coniuncta. Vna controuerſia eſt per ſe furti, per ſe adulterij. Plures autem eiuſdem generis, ut in pecunijs repetundis: aut diuerſi, ut ſi quis ſacrilegij & homicidij ſimul accuſetur, quod nunc in publicis iudicijs non accidit, quoniam Prætor certa lege ſortitur, principum autem & ſenatus cognitionibus frequens eſt, & populi fuit. Priuata quoque iudicia, ſæpe unum iudicem habere multis & diuerſis formulis ſolent, nec aliæ ſpecies erunt, etiam ſi unus à duobus dumtaxat eandem rem, atq; ex eadẽ cauſa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus, quod accidere in hæreditarijs litibus interim ſcimus, quia quamuis in multis perſonis, cauſa tamen una eſt, niſi conditio perſonarum quæſtiones uariauerit. Diuerſum his tertium genus, quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte cauſæ frequens eſt, ut cum apud Centumuiros poſt alia quæritur & hoc, uter dignior hæreditate ſit. Rarũ eſt autem, ut in foro iudicia propter id ſolum

Diuinatio. conſtituantur, ſicut diuinationes, quæ fiunt de accuſatore conſtituendo, & nonnunquam inter delatores, uter præmium meruerit. Adiecerũt quidam numero mutuam

Anticatigoria. accuſationẽ, quæ ἀντικατηγορία uocatur, alijs uidelicet ſuccedere hanc quoque comparatiuo generi exiſtimantibus, cui ſimilis erit petitionum inuicẽ diuerſarum, quod accidit uel frequentiſſime, id ſi et ipſum uocari debet ἀντικατηγορία, nam proprio caret nomine, duo erũt genera eius, alterum, quo litigatores idem crimen inuicẽ intentant: alterum, quo aliud atq; aliud, cui et petitionum

conditio par est. Cum apparuerit genus causæ, tum in-
tuebimur, negetúr ne factum, quod intenditur, an defen
datur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis
repellatur, unde sunt status.

Quid quæstio, & quæ sit ratio, iudicatio, continens,
& quatenus necessaria. CAP. XIII.

His inuentis, intuendum deinceps Hermagoræ ui
detur, qd sit quæstio, ratio, iudicatio, continens,
id est στάσεχον, uel ut alij uocant, firmamentum. Quæ Quæstio.
stio latius intelligitur omnis, de qua in utranq; partẽ, uel
in plures dici credibiliter potest. In iudiciali aũt mate-
ria dupliciter accipienda est: altero modo, quo dicimus
multas quæstiones habere controuersiam, quo etiã mino
res omnes complectimur: Altero, quo significamus sum-
mam illam, in qua causa uertitur, de hac nunc loquor, ex
qua nunc nascitur status, an factum sit, quid factum, an
recte factum sit. Has Hermagoras & Apollodorus, &
alij plurimi scriptores proprie quæstiones uocant. Theo
dorus, ut dixi, capita generalia, sicut illas minores, aut
ex illis pendentes, specialia. Nam & quæstionem ex quæ
stione nasci, & speciem in species diuidi conuenit. Hanc
igitur quæstionem ueluti principalem uocant ζήτημα.
Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defen Ratio.
ditur. Et cur nõ utamur eodem, quo sunt usi ferè omnes
exemplo? Orestes matrem occidit. Hoc constat. Dicit se
iuste fecisse. Status erit qualitatis: Quæstio, an iuste fece
rit. Ratio, quod Clytemnestra maritum suum, patrẽ Ore
stis occidit, hoc ἀντίον dicitur. κρινόμενον autem iudi Iudicatio.

catio, an oportuerit uel nocẽtẽ matrẽ à filio occidi. Quidam diuiserũt αἴτιον & αἰτίαμ, ut esset altera propter quam iudicium constitutum est, ut occisa Clytemnestra: altera, qua factum defenditur, ut occisus Agamemnon. Sed tanta est circa uerba dissensio, ut alij αἰτίαμ causam iudicij, αἴτιον autem facti uocent: alij eadem in contrarium uertant. Latinorum quidam hoc initium, & rationem uocauerunt, quidam utrunq; eodem nomine appellant. Causa quoque ex causa, id est αἴτιον ἐξ αἰτίου tale uidetur, quale est, occidit Agamemnonem Clytemnestra, quia ille filiam communem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat. Iidem putant & sub una quæstione plures esse rationes, ut si Orestes & alteram adfuerat causam matris necatæ, quod responsis sit impulsus. Quot autem causas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, an responsis parere debuerit. Sed & una causa plures habere quæstiones & iudicationes, ut ego arbitror, potest, ut in eo, qui cum adulteram deprehensam occidisset, adulterũ qui iam effugerat, postea in foro occidit. Causa enim est una, adulter fuit, quæstiones & iudicationes, an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Sed sicut, cum sint plures quæstiones, omnes tamen status habeant, causæ tamen status unus sit ad quem referuntur omnia, ita iudicatio maxime propria, de qua pronuntiatur. Συνέχον autem quod, ut dixi, continens alij, firmamentum alij putant, Cicero firmißimam argumentationem defensoris, et appositißimam ad iudicationem, quibus dã id uidetur esse, post quod nihil quæritur,

Firmamentum. In Rhetoricis lib. 1.

quibusdam id quod ad iudicationem firmissimum affer-
tur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam
quæ fuerit causa faciendi ubi factum negatur? + At ubi
causa tractatur, negant eodē loco esse iudicationem, quo
quæstionem, idq; & in Rhetoricis Cicero, et in Partitio
nibus dicit. Nam & in coniectura est quæstio ex illo, fa-
ctum, nō factum, an factū sit, ibi ergo iudicatio, ubi quæ
stio: quia in eadē re prima quæstio, & extrema discepta
tio. At in qualitate, matrē Orestes occidit, recte, non re-
cte, an recte occiderit, quæstio, nec statim iudicatio, quan
do ergo? illa patrem meum occiderat. Sed non ideo tu
matrem debuisti occidere: an debuerit, hic iudicatio. Fir
mamentum autem uerbis ipsius ponam: Si uelit Orestes
dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum, in
seipsum ac sorores, in regnum, in famam generis ac fa-
miliæ, ut ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debue
rint. Vtuntur alij & talibus exemplis: Qui bona pater-
na consumpserit, ne concionetur: in opera publica con-
sumpsit, quæstio, an quisquis consumpserit, prohibendus
sit, iudicatio, an qui sic, uelut in causa militis Aruncij,
qui Lusium Tribunum uim sibi inferentem interfecit,
quæstio an iure fecerit, ratio, quod is uim afferebat, iudi-
catio, an indemnatū, an Tribunum à milite occidi opor
tuerit. Alterius etiā status quæstionē, alterius iudicatio-
nē putāt. Quæstio qualitatis, an recte Clodiū Milo occi-
derit, iudicatio cōiecturalis, an Clodius insidias fecerit.
Ponunt & illud, sæpe causam in aliquā rem dimitti, quæ
non sit propria quæstionis, & de ea iudicari. A quibus

Causa facti. + aut ubi causa tracte tur? Negāt, &c.

multum dissentio. Nam & illa quæstio, an omnes qui pa terna bona consumpserint, concione sint prohibendi, ha beat oportet suam iudicationem, Ergo non alia quæstio, alia iudicatio erit, sed plures quæstiones, & plures iudi cationes. Quid? non in causa Milonis ipsa coniectura re fertur ad qualitatem? Nam si est insidiatus Clodius, se quitur ut recte sit occisus. Cum uero in aliquã rem missa causa, est recessum à quæstione, quæ erat constituta que stio ubi iudicatio est. Paulum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis (quemadmodum supra di xi) Hermagoram est secutus, in Topicis ex statu effectã contentionem κρινόμενον existimat, idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, qua de re agitur appellat, quibus id contineatur, continentia, quasi firmamenta de fensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. At in parti tionibus oratorijs firmamentum, quod opponitur defen sioni, quia continens quod primum sit, ab accusatore di catur, ratio à reo, ex rationis & firmamenti quæstione disceptatio sit iudicationum. Verius igitur & breuius qui statum, & continens, & iudicationem, idem esse uo
Continens. luerunt. Continens autem id esse, quo sublato, lis esse non possit. Hoc mihi uidetur utranque causam complecti, & quod Orestes matrem, et quod Clytemnestra Agamem nonem occiderit. Iidem iudicationem & statum consen tire semper existimarunt. Neque enim aliud eorum ra tioni conueniens fuisset. Verum hæc affectata subtilitas, circa nomina rerum, ambitioso labore à nobis in hoc as sumpta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere,

quod aggressi sumus, uideremur. Simplicius autem instituenti non est necesse, per tam minutas rerum particulas rationem †dicendi concidere. Quo uitio multi quidem laborarunt, præcipue tamen Hermagoras, uir alioqui subtilis, & in plurimis admirandus, tantum diligentiæ nimium solicitæ, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Hæc autem breuior, & uel ideo lucidior multò uia, nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumet. Nam qui uiderit quid sit quod in controuersiam ueniat, quid in eo, & per quæ uelit efficere pars diuersa, quid nostra (quod in primis est intuendum) nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus poterit. Nec est ferè quisquam, modò non stultus, atque ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat, & quid litem faciat, quod ab illis causa uel continens dicitur, & quæ sit inter litigantes quæstio, & de quo iudicari oporteat, quæ oĩ idem sunt. Nam & de eo quæstio est, quod in controuersiam uenit, & de eo iudicatur, de quo quæstio est. Sed nõ perpetuò intendimus in hæc animum, & cupiditate laudis utcunq; acquirendæ, uel dicẽdi uoluptate euagamur, quando uberior semper extra causam materia est, quia in controuersia pauca sunt extra omnia, & hic dicitur de his quæ accepimus, illic de quibus uolumus. Nec tã hoc præcipiendũ est, ut quæstionẽ, cõtinens, iudicationẽ inueniamus, nã id quidẽ facile est, q̃ ut intueamur semper, aut certe si digressi fuerimus, saltem recipiamus, ne plausum affectantibus arma excidant. Theodori schola, ut

†docendi

Causa uel continens.

dixi, oĩa refert ad capita. His plura intelliguntur. Vno modo summa quæstio, item ut status: altero cæterę, quæ ad summũ referũtur: tertio propositio cũ affirmatione, ut diximus. Caput rei est apud Menãdrum, κεφάλαιόν ἐστι. In uniuersum autem quicquid probandum est, erit caput, sed id maius aut minus. Et quoniã quæ de his erãt à scriptoribus artium tradita, uerbosius etiam quàm necesse erat exposuimus. Præterea quæ partes essent iudicialium causarum, supra dictũ est: proximus liber, prooemia, id est exordia concipiet.

Caput.

Libri tertij finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE oratoria, ad Marcellum Victorium liber quartus, qui est de exordio, narratione, egressione, propositione, partitione.

PROLOGVS.

PERFECTO Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta ferè laboris parte trãsacta, nouæ insuper mihi diligentiæ causa, & altior solicitudo, quale iudicium hominum emererer, accessit. Adhuc enim uelut studia inter nos conferebamus, et si

parum nostra institutio probaretur à cæteris, contenti fore domestico usu uidebamur, ut tui meiq; filij disciplinam formare satis putaremus. Cum uero mihi DOMITIANVS Augustus sororis suæ nepotũ delegauerit curam, non satis honorem iudiciorum cœlestium intelligam, nisi ex hoc oneris magnitudinẽ metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, ut eos nõ immerito probauerit sanctißimus censor? aut studia, ne fefelliſſe in his uidear principem, ut in omnibus, ita in eloquentia quoq; eminentißimum? Quod si nemo miratur poëtas maximos sæpe feciſſe, ut non solum initijs operum suorum Musas inuocarent, sed prouecti quoq; longius, cum ad aliquem grauiorẽ ueniſſent locum, repeterent uota, & uelut noua precatione uterentur, mihi profecto poterit ignosci, si quod initio, quo primum hanc materiam inchoaui, non fecerim, nunc omnes in auxilium deos, ipsumq; in primis, quo neq; præsentius aliud, neq; studijs magis propitium numen est, inuocem, ut quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aspiret, dexteraq; ac uolẽs adsit, & me qualẽ esse credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc sola ratio, quæ maxima est, sed alioqui sic procedit ipsum opus, ut maiora præteritis, ac magis ardua sint, quæ ingredior. Sequitur enim, ut iudicialium causarum, quæ sunt maxime uariæ ac multiplices, ordo explicetur, quod proœmij sit officium, quæ ratio narrandi, quæ probationum sit fides, seu proposita confirmamus, seu contrà dicta dissoluimus, quanta uis in perorando, seu reficiẽda breui repetitione rerum,

Blanditur Domitiano.

Hoc libro tractanda.

memoria est iudicis, siue affectus (quod est longe potentissimum) commouendi. De quibus partibus singulis quidam separatim scribere malucrunt, uelut onus totius corporis ueriti, & sic quoq; complureis de unaquaque rerum earum libros ediderunt, quas ego omnes ausus contexere propè infinitum mihi laborem prospicio, & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durandum est, quia cœpimus: & si uiribus deficiemur, animo tamen perseuerandum.

De Exordio. CAP. I.

QVod principium uel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci uidentur προοίμιον nominasse, quo à nostris modo initium significatur, illi satis clare partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea, quod οἶμος cantus est, & citharœdi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, proœmium cognominauerunt: oratores quoq; ea quæ prius quàm causam exordiantur, ad conciliandos sibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signarunt. Siue quod οἶμος ijdem Græci uiam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic uocare est institutum, certe proœmium est, quod apud iudicem priusquam causam cognouerit, prosit. Vitioseq; in scholis facimus, quod exordio semper sic utimur, quasi causam iudex iam nouerit. Cuius rei licētia ex hoc est, qd' ante declamationē, illa uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoque contingere istud principiorum genus secundis

actionibus potest, primis quidem raro, nunquam nisi for
te apud eum cui res aliunde iam nota sit, dicimus. Causa
principij nulla alia est, quàm ut auditorem, quo sit nobis Prooe mij causa.
in cæteris partibus accõmodatior, præparemus. Id fieri
tribus maxĩe rebus inter autores plurimos constat, si be
neuolum, attentum, docilẽ fecerimus: non quia ista per
totam actionem non sint custodiẽda, sed quia initijs præ
cipue necessaria, per quæ in animũ iudicis: ut procedere
ultrà possimus, admittimur. Beneuolentiã, aut à perso- Beneuolẽtia
nis ducimus, aut à causis accipimus. Sed personarum nõ
est (ut pleriq; crediderunt) triplex ratio, ex litigatore,
aduersario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquã Beneuolẽtia
etiam ab actore causæ solet. Quanquã enim pauciora de à persona a-
seipso dicit, & parcius, plurimũ tamen ad omnia momen gentis.
ti est in hoc positum, si uir bonus creditur: sic enim con
tinget, ut non studium aduocati uideatur afferre, sed pe
nè testis fidem. Quare in primis existimetur uenisse ad
agendũ ductus officio uel cognationis, uel amicitiæ, ma-
ximeq; si fieri poterit, Reip. aut alicuius certe nõ medio
cris exempli. Quod sine dubio multo magis ipsis litiga-
toribus faciendum est, ut ad agendum magna atq; hone
sta ratione, aut etiam necessitate accessisse uideantur.
Sed ut præcipua in hoc dicentis autoritas, si omnis in
subeundo negotio suspicio sordiũ, aut odiorum, aut am-
bitionis abfuerit, ita quædã in his quoq; cõmendatio ta
cita, si nos infirmos, & impares agentium contrà inge
nijs dixerimus, qualia sunt pleraq; Messalæ procœmia.
Est enim naturalis fauor pro laborantibus, & iudex re

ligiosus libentissime patronum audit, quem iustitiæ suæ minime timet. Inde illa ueterum circa occultandã eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorũ temporum iactatione diuersa. Vitãdum etiam ne contumelioſi, maligni, superbi, maledici in quenq; hominẽ ordimẽue uideamur, præcipue eorum, qui lædi nisi auersa iudicum uoluntate, non possunt. Nam in iudicem ne quid dicatur, non modò palàm, sed quod omnino intelligi possit, stultum erat monere, nisi fieret. + Etiã partis aduersæ patronus dabit exordio materiã, interim cum honore, si eloquentiã eius, ac gratiam nos timere fingẽdo, ut ea suspecta sint iudici, fecerimus. Interim per contumeliam, sed hoc perquã raro, ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus, Labienũ aduersarij patronum inter argumenta causæ male posuit. Negat hæc esse proœmia Corn. Celsus, quæ sint extra litem. Sed ego cum autoritate summorũ auctorum magis ducor, tum pertinere ad causam puto, quicquid ad dicentem pertinet, cũ sit naturale, ut iudices his quos libentius audiunt, etiam facilius credant. Ipsius aũt litigatoris persona tractanda uarie est. Nam tum dignitas eius allegatur, tum cõmendatur infirmitas, nonnunq; contingit relatio meritorum, de quibus uerecundius dicendum erit sua quàm aliena laudanti. Multum agit sexus, ætas, conditio, ut in fœminis, senibus, pupillis, liberos, parentes, coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoq; iudicem inclinat miseratio. Degustanda tamẽ hæc proœmio, non consummanda. Aduersarij uero personæ propè ijsdem omnibus, sed è contrario ductis impu-

+ Etenim A pſona aduerſę partis.

A perſona litigatoris.

A perſona aduerſarij.

gnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectosq; contemptio, & turpes ac nocẽtes odiũ. Quæ tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima. Neq; hæc dicere satis est, quod datur etiã imperitis, pleraq; augenda aut minuenda, ut expediet, hoc enim oratoris est, illud causæ. Iudicem conciliabimus nobis non tantum laudando eum, quod & fieri cum modo debet, & est tamen parti utriq; cõmune, sed si laudem eius ad utilitatem causæ nostræ cõiungemus, ut allegemus pro honestis dignitatem + illi suam, pro humilibus iustitiam, pro infelicibus misericordiã, pro læsis seueritatẽ, & similiter cætera. Mores quoq; (si fieri potest) iudicis uelim nosse. Nam prout asperi, lenes, iucundi, graues, duri, remissi erunt, aut assumere in causam naturas eorum, qua competent, aut mitigare, qua repugnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoq;, ut aut nobis inimicus, aut aduersario sit amicus, qui iudicat, quæ res utriq; parti tractanda est, ac nescio, an et ei magis, in quã uidetur propensior. Est enim nonnunquam prauis hic ambitus, aduersus amicos, aut pro his quibuscũ simultates gerant pronunciandi faciendiq;, iniuste ne feciße uideantur. Fuerunt etiam quidam rerum suarum iudices. Nam et in libris Obseruationũ à Septimio editis, affuisse Ciceronẽ tali causæ inuenio. Et ego pro regia Bereni ce apud + ipsam causam dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est, aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat, patronus timet cognoscẽtis uerecundiã. Præterea detrahendi, uel confirmanda opinio, siquam præcipue

A persona iudicis.

+ illęsam

+ eam

domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunq̃ est amouendus, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompei disposita contra se putarent, laborauit. Nonnunquã adhibendus, ut idem in Verrẽ facit. Sed adhibẽdi modus alter ille frequens est & fauorabilis, ne male semiat, + populus Romanus, ne iudicia transferantur: Alter autem asper & rarus, quo minatur corruptis accusationem, & mali inhibentur, & boni gaudent. Apud singulos uero nũquam suaserim, nisi defecerint oĩa, quæ necessitas exigit. Non erit iam ex arte oratoria, non magis q̃ appellare, etiam si id quoq; sæpe utile est, aut antequã pronunciet reum facere. Nã & minari, & deferre etiã non orator potest. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex hac potissimũ aliqua in usum principij, quæ maxime fauorabilia uidebuntur, decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallitur, qui Theodoro placere tradit, ut ex singulis quæstionibus, singuli sensus in proœmium conferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quæstiones iudicem præparandũ. In quo utiij nihil erat, nisi in uniuersum id præciperet, qđ nec omnis actio patitur, nec oĩs causa desiderat. Nã protinus à petitore primo loco, dũ ignota iudici lis est, quõ ex quæstionibus ducemus sententias? nimirũ res erunt iudicãdæ prius. Demus aliquas, nã id exigit ratio nõnunq̃, etiã ne potentissimas oĕs, id est, totã causam? sic erit in proœmio peracta narratio. Quid uero si (ut frequenter accidit in proœmio) paulò est durior causa, non beneuolẽtia

Actione secũda in Verrẽ. + Prætor

A causa.

iudicis petenda ex alijs partibus erit? sed non nisi ante conciliato eius animo, nuda quæstionum cõmittetur aspe ritas: quæ si recte semper initio dicendi tractarentur, nihil procœmio opus esset. Aliqua ergo nonnunquã, quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potentißima, non inutiliter interim ex quæstionibus in exordio locabun tur. Quæ sint porrò in causis fauorabilia, enumerare non est necesse, quoniã & manifesta erunt cognita cu iusq; † controuersiæ cõditione, & omnia colligi in tan ta litium uarietate non possunt. Vt autem hoc inuenire & augere, ita quod lædit, aut omnino repellere, aut cer te minuere, ex causa est. Miseratio quoq; aliquando ex eadem uenit, siue quod paßi sumus graue, siue passuri. Neq; enim sum in hac opinione, qua quidã, ut eo distare procœmium ab epilogo credam, quod in hoc præterita, in illo futura dicantur. Sed quod in ingressu parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia, in epilo go uero liceat totos effundere affectus, et fictam oratio nem induere personis, & defunctos excitare, & pigno ra eorum producere, quæ minus exordijs sunt usitata. Sed hæc quæ supra dixi, non mouere tantum, uerum ex diuerso amoliri quoq; procœmio opus est. Vt autem nostrum miserabilem, si uincamur, exitum, ità aduersa riorum superbum, si uicerint, utile est credi. Sed ex his quoq;, quæ non sunt personarum nec causarum, uerum adiuncta personis & causis, duci procœmia solent. Per sonis applicantur nõ pignora modò, de quibus supra di xi, sed propinquitates, amicitiæ interim, regiões etiam,

† causæ

Ab adiũctis personis.

Cauſæ. ciuitatesq;, & ſi quid aliud eius, quem defendimus, cauſa lædi poteſt. Ad cauſam extra pertinet tẽpus, unde principium pro Cælio. Locus, unde pro Deiotaro. Habitus, unde pro Milone. Opinio, unde in Verrẽ. Deinceps ne omnia enumerentur, fama iudiciorum, expectatio uulgi, nihil enim horũ in cauſa eſt, ad cauſam tamẽ pertinet. Adijcit Theophraſtus ab actione principium, quale uidetur eſſe Demoſthenis pro Cteſiphonte, ut ſibi dicere ſuo potius arbitrio liceat rogantis, q̃ eo modo quem accuſator actione præſcripſerat. Fiditia ipſa ſolet opinione

Fauorẽ conciliantia. arrogantiæ laborare. Faciunt fauorem & illa penè communia, non tamen omittenda: uel ideo ne occupentur, optare, abominari, rogare, ſolicitum agere. Quia plerũq; attentum iudicem facit, ſi res agi uidetur noua, magna, atrox, pertinens ad exemplũ, præcipue tamen ſi index, aut ſua uice, aut Reip. cõmouetur, cuius animus ſpe, metu, admonitione, precibus, uanitate deniq;, ſi id profuturum credemus, agitandus eſt. Sunt & illa excitandis audiendum non inutilia, ſi nos neq; diu moraturos, neq; extra cauſam dicturos exiſtiment. Docilẽ ſine dubio &

Docilitas. hæc ipſa præſtat attentio, ſed & illud, ſi breuiter & dilucide ſummam rei, de qua cognoſcere debeat, indicauerimus, quod Homerus atq; Vergilius operum ſuorum principijs faciunt. Nam iſtius rei modus eſt, ut propoſitioni ſimilior ſit, quàm expoſitioni, nec quomõ quicq; ſit actum, ſed de quibus ſit dicturus, orator oſtendat. Nec uideo quod huius rei apud oratores poſſit reperiri melius exemplum, quàm Ciceronis pro A. Cluentio:

Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes, quarum altera mihi niti, & magnopere confidere uidebatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis causa, timide & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum, qua de re lege hæc est quæstio constituta. Id tamen totum respondenti, facilius est, quàm proponenti, quia hic admonendus iudex, illic docendus est. Nec me quanquam magni autores in hoc duxerint, ut non semper facere attentum, ac docilem iudicem uelim, non quia nesciam id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa, qualis ea sit, non intelligi, uerũ quia istud non negligentia iudicis contingit, sed errore: dixit enim aduersarius, & fortasse persuasit, nobis opus est eius diuersa opinione, quæ mutari nõ potest, nisi illũ fecerimus ad ea quæ dicemus, docilem & attentum. Quid ergo? imminuẽda quæ dam & + leuãda, & quasi contẽnenda esse consentio ad remittendã intentionem iudicis, quam aduersario præstat, ut fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa, q̃ ut Cæsar minus se in rem tanquã non nouam intenderet? Quid pro Cælio, quàm ut res expectatione minor uideretur? Verũ ex his quæ proposui, aliud in alio genere causæ desiderari palàm est. Genera porrò causarum plurimi quinq; fecerunt, honestũ, humile, dubiũ, uel anceps, admirabile, obscurũ, id est, ἔνδοξον, ταπεινόν, ἀμφίδοξον, παράδοξον, Δυσπαρακολούθητον. Sunt quibus recte uideatur adijci turpe, qd̃ alij humili, alij admirabili subijciunt. Admirabile autẽ uocant, quod est

Semper attẽtus & docilis faciendus iudex.

+ leuiãda

Genera causarum.

præter opinionem hominũ constitutum, In ancipiti maxime benevolum iudicẽ: in obscuro docilem: in humili attentum parare debemus. Nam honestum quidem ad conciliationem satis per se ualet. In admirabili, & turpi, re medijs opus est. Et eo quidem exordiũ in duas diuidunt

Principium. Infinuatio. partes, principium, et insinuationem, ut sit principijs re cta benevolentiæ, & attentionis postulatio, quæ esse in turpi genere causæ non possit. Insinuatio surrepat animis, maxime ubi + frons causæ non satis honesta est, uel quia res sit improba, uel quia hominibus parũ probetur. Aut si facie ipsa quoq; præmitur, uel inuidia consistentis ex diuerso patroni, aut patris, uel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidem quibus aduersus hæc modis sit medendũ, uerbosius tradunt, materiasq; sibijpsi singunt, & ad morẽ actionum prosequuntur. Sed hæc cũ oriantur ex causis, quarum species cõsequi oẽs non possumus, nisi generaliter cõprehendantur, in infinitũ sunt extra hẽdæ. Quare singulis consiliũ ex propria ratione nascetur. Illud in uniuersum præceperim, ab his quæ lædunt, ad ea quæ prosint, refugiamus. Si causa laborabimus, persona subueniat: si persona, causa: si nihil quod nos adiuuet erit, quæramus quid aduersarium lædat. Nam ut optabile est plus fauoris mereri, sic proximum, odij minus. In his quæ negari non poterunt, elaborandũ ut aut minora quàm dictũ est, aut alia mente facta, aut nihil ad præsentem quæstionẽ pertinere, aut emendari posse pœnitentia, aut satis iam punita uideantur. Ideoq; agere aduocato q̃ litigatori facilius, quia & laudat sine arro

+ fors

gantiæ crimine, & aliquando utiliter etiam reprehende
re potest. Nam se quoque moueri interim fingit, ut pro
Rabirio Posthumo Cicero dum aditum sibi ad aures fa-
cit, et autoritatem induit uera sentientis, quo magis cre
datur, uel defendẽti eadem uel neganti. Ideoq; primum
hoc intueamur, litigatoris an aduocati persona sit uten-
dum, quoties utrunque fieri potest. Nam id in schola li-
berum est, in foro rarum, ut sit idoneus suæ rei quisque
defensor. Declamaturus autem maxime positas in affe-
ctibus causas, proprijs personis debet induere. Hi sunt
enim qui mandari non possunt, nec eadem ui perferun-
tur alieni animi, qua sui motus. His etiam de causis insi- Quando in-
nuatione uidetur opus esse, si aduersarij actio iudicũ ani finuatione
mos occupauerit, si dicendũ apud fatigatos est, quorum fit opus.
alterum promittendo nostras probationes, & aduersas
†eluendo, ut abimus: alterum spe breuitatis, & his qui- †eludendo
bus attentum fieri iudicem docuimus. Et urbanitas op-
portuna refecit animos, & undecunque petita iudicis
uoluptas leuat tædium. Non inutilis etiam est ratio oc- Occupatio.
cupandi, quæ uidentur obstare, ut Cicero dicit scire se,
mirari quosdam quod his qui per tot annos defenderit
multos, læserit neminem, ad accusandum Verrem descen
derit. Deinde ostendit hanc ipsam sociorum defensionẽ,
quod schema prolepsis dicitur. Id cum sit utile aliquan- Prolepsis.
do, nunc à declamatoribus quibusdam penè semper assu
mitur, qui fas non putant, nisi à contrario incipere. Ne-
gant Apollodorum secuti, tres esse (de quibus diximus)
præparandi iudicis partes, sed multas species enumco

rant, ut ex moribus iudicis, ex opinionibus ad causam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa causa, quæ sunt propè infinitæ, tum his ex quibus omnes cõstant controuersiæ, personis, factis, dictis, causis, temporibus, locis, occasionibus cæteris, quas ueras esse fateor, sed in hæc genera recidere. Nam si iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non reperio, cum metus ipse, qui maxime uidetur esse extra hæc, & attentum iudicem faciat, & ab aduerso fauore deterreat? Verum quoniam non est satis demonstrare dicentibus, quæ sint in ratione proœmij, sed dicendum etiam quomodo perfici facilime possint, hoc adijcio, ut dicturus intueatur, quid, apud quem, pro quo, contra quẽ, quo tempore, quo loco, quo rerum statu, quæ uulgi fama dicendum sit, quid iudicem sentire credibile sit antequã incipiamus, tum quid aut desideremus, aut deprecemur, ipsa illum natura cò ducet, ut sciat quid primum dicendum sit. At nunc omne quod cœperint, proœmium putant, & ut quicquid succurrerit, utique si aliqua sententia blandiatur. Exordia autem multa sine dubio ex alijs partibus sunt, aut alijs partibus causæ communia, nihil tamen in quoquam melius †dicitur, quàm quod æque bene dici alibi nõ possit. Multum gratiæ exordio est, quod ab actione aduersæ partis materiam trahit, hoc ipso, quõ non compositum domi, sed ibi, atque ex re natum, & facilitate famam ingenij auget, & facie simplicis sumptiq; ex proximo sermonis fidem quoque acquirit, adeò ut etiam si reliqua scripta atque elaborata sint, tamen plerum

De ratione exordij.

†ducitur

De augenda proœmioꝝ gratia.

que uideatur tota extemporalis oratio, cuius initium nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequentissime uero procœmium decebit, et sententiarum, & compositionis, & uocis, & uultus modestia, adeò ut in genere causæ etiam indubitabili, fidutia se ipsam nimium exere re non debeat. Odit enim iudex ferè litigantis securitatem, cumq; ius suum intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Nec minus diligenter, ne suspecti simus ulla parte uitandum, propter quod minime ostentari debet in principijs cura, quia uidetur ars omnis dicentis contra iudicem adhiberi. Sed ipsum istud euitare summæ artis. Nam id sine dubio ab omnibus & quidem optime præceptum est, uerum aliquatenus temporum cõditione mutatur, quia iam quibusdam iudicijs, maximeq; capitalibus, ut apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt solicitas & accuratas actiones, contemniq; se, nisi in dicendo etiam diligentia appareat, credunt: nec doceri tantum, sed etiam delectari uolunt. Et est difficilis huius rei moderatio, quæ tamen ita temperari potest, ut uideamur accurate, nõ callide dicere. Illud ex præceptis ueteribus manet, ne quod insolens uerbum, ne audacius trãslatum, ne aut obsoleta uetustate, aut poëtica licentia sumptum in principio deprehendatur. Nondum enim recepti sumus, & custodit nos recens audientium intentio, magis concilia animis, & iam calentibus hæc libertas feretur, maximeq; cum in locos fuerimus ingressi, quorum naturalis ubertas licentiã uerbi notari circunfuso nitore non patitur. Nec argumentis aũt, nec locis, nec narrationi similis

Quæ in procœmio uitanda uitia.

esse in proœmio debet oratio. Neque tamẽ deducta sem per atque circumlata, sed sæpe simplici ac illaboratæ si milis, nec uerbis uultuq; nimia promittens. Dissimulata enim, & ut Græci dicunt ἀνεπίφατον actio melius sæ pe subrepit. Sed hæc prout formari animum iudicum ex pediet. Turbari memoria, uel continuandi uerba facul tate destitui, nusquam turpius, cum uitiosum proœmium posßit uideri, ut cicatricosa facies, & pessimus certe gu bernator, qui nauem dum portum egreditur, impegit.

Proœmij modus. Modus autem principij pro causa. Nam breuius simpli ces, longius perplexæ suspectæq; et infames desiderant. Ridendi uero, qui uelut leges proœmijs omnibus dede

†ut citò ter minaretur. runt, †ut intra quatuor sensus terminarentur. Nec mi nus euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse uideatur, & quo præparare debet, fatiget.

Proœmiorũ figuræ. Sermonem a persona iudicis auersum, qui ἀποστροφὴ di citur, quidam in totum à proœmio submouent, nonnulli quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundum naturam confitendum est, ut eos alloquamur potißimum, quos conciliare nobis stu demus. Interim tamen et est hoc proœmio necessarium, sensus aliquis, & is acrior fit, atque uehementior ad per sonam directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut

†eloqui qua tanta superstitione prohibemur + dare per hanc fi guram sententiæ uires? Neque enim istud scriptores arti um, quia non liceat, sed quia non putent utile, uetant. Ita si uincet utilitas, propter eandem causam facere debebi mus, propter quam uetamur. Et Demosthenes autem ad

Aeschinem orationem in proœmio conuertit. Et M. Tullius cum pro alijs quibusdam, ad quos ei uisum est, tum pro Ligario, ad Tuberonẽ. Nam erat multo futura languidior, si esset aliter figurata, quod facilius cognoscet, si quis illam totam partem uehementissimam, cuius hæc forma est: Habes igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum, & cætera, conuertat ad iudicem. Tum enim uere auersa uideatur oratio, & languescat uis omnis, dicentibus nobis: Habet igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum: Illo enim modo præsit, atque instituit, hoc tantum indicasset. Quod idem in Demosthene, si flexum illi mutaueris, accidet. Quid? non Sallustius directo ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, usus est principio, & quidem protinus? Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli. Sicut et Cicero fecerat in Catilinam: Quousque tandem abutere patientia nostra? Ac ne quis apostrophẽ miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ causa est in commentarijs (nam cum bis eundem defendit) prosopopœia loquentis pro reo utitur: pro Rabirio uero Posthumo, eodémque Scauro reo repetundarum, etiam exemplis: pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione. Non tamen hæc, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt, sed quoties præceptum uicerit ratio, quomodo & similitudine, dum breui, & translatione, atque alijs tropis, quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent, utemur interim, nisi cui diuina illa pro Ligario ironia, de qua paulò ante dixeram, displicet. Alia exordiorum uitia uerius tradi- Exordiorum uitia.

derunt. Quod in plures causas accommodari potest,
Vulgare. Vulgare dicitur. Id minus fauorabile, aliquando tamen
non inutiliter assumimus, à magnis sæpe oratoribus non
Commune. euitatum. Quo & aduersarius uti potest, commune ap-
pellatur: Quod aduersarius in suam utilitatem deflecte
Commutabile. re potest, commutabile: Quod causæ non cohæret, sepa-
Separatum. ratum: Quod aliunde trahitur, translatum. Præterea
Trãslatum. quod longum, quod contra præcepta est: quorum ple-
Longum. raque non principij modo sunt uitia, sed totius oratio-
Procœmio non semper locus. nis. Hæc de procœmio quoties erit eius usus, non semper
autem est. Nam & superuacuum aliquando est, ut si sit
præparatus satis etiam sine hoc iudex, aut si res præpa-
ratione non egeat. Aristoteles quidem in totum id ne-
cessarium apud bonos iudices negat, aliquando tamen
uti, nec si uelimus, eo licet, cum iudex occupatus, cum an-
gusta sunt tempora, cum maior potestas ab ipsa re cogit
incipere. Contráque est interim procœmij uis etiam non
in exordio. Nam iudices et in narratione nonnunquam,
& in argumentis, ut attendant, & ut faueant, rogamus.
Quo Prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat,
quale est: Cum Caius Varenus, qui à familia Ancharia-
na occisus est, hoc quæso iudices diligenter attendite.
Vtique si multiplex causa est, sua quibusq; partibus dan-
da præfatio est: ut, Audite nunc reliqua: &, Transeo
nunc illuc. Sed in ipsis etiam probationibus multa sin-
guntur procœmij uice, ut facit Cicero pro Cluentio, di-
cturus contra Censores: pro Murena, cum Seruio se ex-
cusat. Verum id frequentius est, quàm ut exemplis cons

firmandum sit. Quoties autem procœmio fuerimus usi, tum siue ad expositionem transibimus, siue protinus ad probationem id debebit in principio postremum esse, cui commodissime iungi initium sequentium poterit. Illa uero frigida, et puerilis est in scholis affectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam, & huius ue lut præstigiæ plausum petat, ut Ouidius lasciuire in Metamorphosi solet, quem tamẽ excusare necessitas potest, res diuersissimas in speciem unius corporis colligentẽ. Oratori uero quid est necesse surripere hãc transgressionem, & iudicem fallere? qui ut ordini rerum animum intendat, etiam commonendus est. Peribit enim prima pars expositionis, si iudex nondum narrari sciet. Quapropter, ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obscure transcendere, est optimum. Si uero longior sequetur ac perplexa magis expositio, ad eam ipsam præparandus iudex erit: ut Cicero sæpius, sed hoc loco fecit paulò longius: Exordium rei demonstrandæ gratia repetã, quod quæso Iudices, ne molestè patiamini: Principijs enim cognitis, multò facilius extrema intelligetis. Hæc ferè sunt mihi de exordio comperta. Metamorphosis Ouid.

De Narratione. CAP. II.

MAxime naturale est, & fieri frequentissime solet ac debet, ut præparato, per hæc quæ supra dicta sunt, iudice, res de qua pronunciaturus est, indicetur. Ea est narratio, in qua sciens transcurrã subtiles nimium diuisiones quorundam, plura eius genera facienti um. Nõ enim solam uolũt esse illam negotij, de quo apud

iudices quæritur, expositionem, sed personæ, ut, M. Atilius Palicanus humili loco Picen, loquax magis quàm facundus. Loci, ut, Oppidum est in Helle sponto Lampsacum iudices. Temporis, ut,

In Verr. act. iij.

Vere nouo gelidus canis cũ mõtibus humor Liquitur.

Georg. iij.

Causarum quibus historici frequentißime utuntur, cum exponunt unde bellum, seditio pestilentia. Præter hæc, alias perfectas, alias imperfectas uocãt: quod quis ignorat? Adijciunt expositionem, & præteritorum esse temporum, quæ est frequentißima: & præsentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum: Chrysogonus postquam est nominatus: Et futurorum, quæ solis dari uaticinantibus potest. Nam ὑποτύπωσις non est habenda narratio. Sed nos potioribus uacemus. Plerique semper narrandum putauerunt, quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causæ, ut propositionem potius habeant, quàm narrationem. Id accidit aliquando utrique parti, cum uel nulla expositio est, uel de re constat, de iure quæritur: ut apud Centumuiros, filius an frater debeat esse intestato hæres. Pubertas annis, an habitu corporis æstimetur. Aut enim est quidem iure narrationi locus, sed aut ante iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri, & sæpius ab actore causæ, uel quia satis est, pponere, uel quia magis sic expedit, satis est dixisse, certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamento. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeantur, & satis est actori, et magis

In oratione pro Roscio.

An semper narrãdum.

expedit sic indicare, Dico ab Horatio sororem suam interfectam. Nanq; cum propositione iudex crimen omne cognoscit, & ordo, et causa facti pro aduersario magis est. Reus contrà tũc narrationem subtrahit, cũ id quod obijcitur, neq; negari, neq; excusari potest, sed in sola iuris quæstione consistit, ut in eo qui cum pecuniã priuatam ex æde sacra surripuit, sacrilegij reus est, confessio uerecundior est q̃ expositio. Nõ negamus pecuniam de templo esse sublatã, calumniatur tamen accusator actiõe sacrilegij, cum priuata fuerit, non sacra. Vos autem de hoc cognoscetis, an sacrilegium sit admissum. Sed ut has aliquando non narrãdi causas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrationem existiment, cũ reus, quod obijcitur, tantum negat. In qua est opinione Cor. Celsus, qui conditionis huius esse arbitratur, pleraſq; cædis causas, & omnes ambitus ac repetundarũ. Non enim putat esse narrationes, nisi quæ summã criminis, de quo iudicium est, continent. At deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narrasse Ciceronem: atqui ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quæstio constituta, & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autẽ magnos alioqui secutus autores, duas esse in iudicijs narrationum species existimo, alteram ipsius causæ, alteram rerũ ad causam pertinentium expositionem. Non occidi hominẽ, nulla narratio est, cõuenit. Sed erit aliqua, & interim etiam longa + circa argumenta eius + contra criminis de anteacta uita, de causis, propter quas innocens in periculum deducatur, alijs, quibus incredibile id

Narrationũ species duæ.

quod obijcitur, fiat. Neq; enim accusator hoc tantum dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat: ut in tragœdijs, cum Teucer Vlyssem reum facit Aiacis occisi, dicēs inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cū gladio cruento, non id modo Vlysses respondet, nō esse à se id facinus admissum, sed sibi nullas cū Aiace inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum: deinde subiungit, quomodo in eam solitudinē uenerit, iacentē exanimem sit conspicatus, gladiū è uulnere extraxerit: his subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidē sine narratione est, dicēte accusatore, fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est, non fui, dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoq; causæ et repetundarum, hoc etiā plures eiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria resistendum, & interdum singulis, interdū uniuersis. An reus ambitus male narrabit, quos parentes habuerit, quēadmodū ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descēderit? Aut si quis repetundarū crimine insimulabitur, nū & antea tam uitam, & quibus de causis, uel prouinciam uniuersam, uel accusatorē, aut testem offenderit, non inutiliter exponet? Quæ si narratio non est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium, Aulus Cluentius habitus: nihil enim hic de ueneficio, sed de causis, quibus ei mater inimica sit, dicit. Illæ quoq; sunt pertinentes ad causam, sed non ipsius causæ narrationes, uel exempli gratia, ut in Verrem de Lucio Domitio, qui posta

Sophoclis.

Act. 7.

rem, quod is aprum, quem ipsi muneri obtulerat, excep-
tum esse à se uenabulo confessus esset, in crucẽ sustulit:
Vel excutiendi alicuius extrinsecus criminis, ut pro Ra
birio Posthumo. Nam ut uentum Alexandriam est, iudi
ces, hæc una ratio à rege proposita Posthumo est conser
uandæ pecuniæ, si curationem, & quasi dispensationem
regiam suscepisset. Vel augendi, ut describitur iter Ver
ris. Ficta interim narratio introducisolet, uel ad cõcitan Act. 3.
dos iudices, ut pro Roscio contra Chrysogonum, cuius
paulò ante habui mentionẽ: uel ad soluendos aliqua ur-
banitate, ut pro Cluentio, cõtra fratres Cepasios. Inter
dum p digressionẽ decoris gratia, qualis rursus in Ver-
rẽ de Proserpina: In his quondã locis mater filiam quæ-
fisse dicitur. Quæ omnia eò pertinent, ut appareat, non
utiq; non narrare eũ qui negat, sed illud ipsum narrare
quod negat. Ne hoc quidẽ simpliciter accipiendũ, quod
est à me positũ, superuacuam esse narrationẽ rei, quam
iudex nouerit. Quod sic intelligi uolo, si non modò fa-
ctum quid sit, sciet, sed ita factum etiam, ut nobis expe
dit, opinabitur. Neq; enim narratio in hoc reperta est,
ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis ut con
sentiat. Quare etiamsi non erit docendus, sed aliquo
modo afficiendus, narrabimus cum præparatione qua-
dam. Scire quidem eum in summa quid actum sit, ta-
men rationem quoq; facti cuiusq; cognoscere ne grauc-
tur. Interim propter aliquem in consilium adhibitum
nos repetere illa simulemus, interim ut rei, quæ ex ad-
uerso proponatur, iniquitatem omnes etiam circum-

stantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit uarianda expositio ad effugiendum + tædium audientis, sicut meministi, &, fortasse superuacuũ fuerit hic cõmorari: Sed quid ego diutius? cum tu optime noris: illud quale sit, tu scias: et his similia. Alioqui si apud iudicem, cui nota causa est, narratio semper uidetur superuacua, potest uideri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. Alterum est, de quo frequentius quæritur, an sit utiq; narratio proœmio subijcienda. Quod qui opinantur, non possunt uideri nulla ratione ducti. Nam cum proœmium idcirco comparatũ sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior, & probatio, nisi causa prius cognita, non possit adhiberi, prouinus notitia rerum instruẽdus uidetur. Sed hoc interim mutat conditio causarum, nisi forte Marcus Tul. in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptã reliquit, male distulisse narrationẽ uidetur tribus præpositis quæstionibus: aut profuisset exponere, quomõ insidias Milo ni fecisset Clodius, si reum, qui à se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam præiudicio senatus dãnatus esset Milo, aut si Cneus Põpeius, qui propter aliquam gratiã iudicium etiam militibus armatis eluserat, tanq; aduersus æstimaretur. Ergo huiusmodi quoq; quæstiones uim proœmij obtinebunt, cum omnes iudicẽ præparauerint. Sed aliter pro Vareno reo postea quoq; narrauit, cum obiecta diluit, quod fiet uti liter, quoties crimẽ non repellendum tantum, sed etiam transferendum erit, ut prius his defensis uelut initium

+ tædium, cũ sint nota audienti.

An proœmio subiiciatur narratio.

sit aliud culpandi narratio, ut in armorum ratione anti-
quior cauendi, q̃ ictum inferendi cura est. Sunt quædam
causæ, neq; id raro, crimini quidem, de quo cognitũ est,
faciles diluẽdo, sed multis anteactæ uitæ flagitijs, & gra
uibus crimin[illegible]bus oneratæ, quæ prius amouenda sunt, ut
propitius iudex defensionem ipsius negotij, cuius pro-
pria quæstio est, audiat: ut si defendẽdus est M. Cælius,
nónne optime patronus occurrat prius cõuitijs luxuriæ,
petulantiæ, impudicitiæ, q̃ ueneficijs? In quibus solis oĩs
Ciceronis uersatur oratio. Deinde tum narret de bonis,
paulatimq; deim explicet causam, quæ est ipsius actione
defensa. Sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus
certa ponuntur, quæ themata dicimus, præter quæ nihil
est diluendum. Ideoq; narratio proœmio semper subiun
gitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam secũdo par
tis suæ loco narrare uideantur. Nam cũ pro petitore di
cunt, & expositione, tanq̃ prius agant, uti solent, & cõ
tradictione, tanquã respondeant, idq; fit non recte. Nam Declamatio.
cum sit declamatio forensium actionũ meditatio, cur nõ
utrunq; protinus locum exerceat? Cuius rationis igna-
ri, ex more, cui assueuerunt, nihil in foro putant esse mu
tandum. Sed in scholasticis quoq; nonnũquam euenit, ut
pro narratione sit propositio. Nam quid exponet, quæ
zelotypum malæ tractationis accusat? aut qui Cynicum
apud censores reum de moribus facit, cum totum crimẽ
uno uerbo, in qualibet actionis parte posito, satis + in- + iudicetur
dicetur? Sed hæc hactenus. Nunc quæ sit narrandi ratio
subiungam. Narratio est rei factæ, aut non factæ utilis Narratio.

ad perſuadendum expoſitio. Vel, ut Apollodorus finit: oratio docens auditorem, quid in controuerſia ſit. Eam pleriq; ſcriptores, maxime qui ſunt ab Iſocrate, uolunt eſſe lucidã, breuẽ, ueriſimilẽ. Nec enim refert, an pro lucida perſpicuã, pro ueriſimili probabilẽ, credibilemue dicamus. Eadem nobis placet diuiſio. Quanq; & Ariſtoteles ab Iſocrate parte in una diſſenſerit, præceptum breuitatis irridens, tanq; neceſſe ſit longam, aut breuẽ eſſe expoſitionẽ, nec liceat ire per mediũ. Theodorei quoq; ſcholæ ſolam relinquunt ultimã partem, quia nec breuiter utiq; nec dilucide ſemper ſit utile exponere. Quo diligentius diſtinguenda ſunt ſingula, ut quid quoq; loco proſit oſtendam. Narratio eſt aut tota pro nobis, aut tota pro aduerſarijs, aut mixta pro utriſq;. Si erit tota pro nobis, contenti ſimus his tribus partibus, per quas efficitur, quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quiſquã reprehenſione dignũ putet, quod propoſuerim eã, quæ ſit tota pro nobis, debere eſſe ueriſimilẽ, cũ uera ſint. Sunt enim plurima uera quidem, ſed parũ credibilia, ſicut falſa quoq; frequenter ueriſimilia. Quare non minus laborandum eſt, ut iudex, quæ uera dicimus, q̃ quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæ, quas ſupra retuli, uirtutes aliarum quoq; partium. Nam & per totam actionem uitanda eſt obſcuritas, & modus ubiq; cuſtodiendus, et credibilia eſſe oportet omnia, quæ dicũtur. Maximeq; hæc in ea parte cuſtodienda ſunt, quæ prima iudicem docent, in qua ſi acciderit, ut aut non intelligat, aut non meminerit, aut nõ credat, fruſtra in reliquis labora

Narrationis proprietates

Narratio tota pro nobis

bimus. Erit autẽ narratio aperta atq; dilucida, si fuerit primum exposita uerbis proprijs, + & significantibus, & non sordidis quidem, non tamen exquisitis, et ab usu remotis: tum distincta rebus, personis, tẽporibus, locis, causis, ipsa etiam pronunciatione in hoc accõmodata, ut iudex, quæ dicuntur, quam facillime accipiat. Quæ quidem uirtus negligitur à plurimis, qui ad clamorẽ dispositæ uel etiam forte circumfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silentiũ, nec sibi diserti uidẽtur, nisi omnia tumultu, ac uociferatione concusserint, rem indicare, sermonis quotidiani, & in quencunq; etiã indoctorũ cadentis exstimant, cũ interim, quod tanq̃ facile cõtemnunt, nescias præstare uelint minus, an possint. Neq; enim aliud in eloquentia cũcta experti + difficilius reperient, quàm id quod se dicturos fuisse omnes putãt postq̃ audierunt, quia non bona iudicant esse illa, sed uera. Tum autẽ optime dicit orator, cũ uidetur uera dicere. At nunc uelut campum nacti expositionis, hic potissimum & uocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachiũ in latus iactant, totoq; & rerũ, & uerborũ, & compositiõis genere lasciuiũt. Deinde, id quod sit monstro similẽ, placet actio, causa nõ intelligitur. Verũ hoc omittamus, ne minus gratiæ præcipiẽdo recta, q̃ offensæ reprehendendo praua mereamur. Breuis erit narratio antè omnia, si inde cœperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet. Deinde si nihil extra causam dixerimus, tum etiã si reciderimus omnia, quibus sublatis, nec cognitioni quicquàm nec utilitati detrahatur. Solet enim esse

Narratio aperta sit. + & id significantibus.

+ Facilius reperitur.

quædam partium breuitas, quæ longam tamẽ efficit sum
mam. In portum ueni, nauim prospexi, quanti uehere
interrogaui, de pretio conueni, conscendi, sublatæ sunt
ancoræ, soluimus oram, prouecti sumus. Nihil horum di
ci celerius potest, sed sufficit dicere, è portu nauigaui.
Et quotics exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc
esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum di-
cere liceat, est mihi filius iuuenis, omnia illa superua-
cua, cupidus ego liberorum uxorem duxi, natum sustuli,
filium educaui, in adolescentiã perduxi. Ideoq; Græco-

Circuicisa expositio.

rum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est, σύν-
τομον, aliud breuem putauerunt, quod illa superuacuis
careret, hæc posset aliquid ex necessarijs desiderare.

Breuitas q̃ laudanda.

Nos autem breuitatẽ in hoc ponimus, non ut minus, sed
ne plus dicatur q̃ oporteat. Nam iterationes quidem, &
ταυτολογίας & περισσολογίας, quas in narratione ui
tandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo.
Sunt enim hæc uitia non tantũ breuitatis gratia fugien-
da. Non minus autem cauenda erit, quæ nimiũ corripien
tes omnia sequitur, obscuritas. Satiusq; aliquid est nar-
rationi superesse q̃ deesse. Nam superuacua cum tædio
dicuntur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Quæ-

Sallustius.

re uitanda etiam illa Sallustiana (quanq̃ in ipso uirtutis
obtinet locum) breuitas, & abruptum sermonis genus,
quod otiosum fortasse lectorem minus fallat, audientem
transuolat, nec dum repetatur expectat: cum præsertim
lector nõ ferè sit, nisi eruditus, iudicem rura plerũq; in
decurias mittãt, de eo pronuntiaturũ, quid intellexerit,

ut fortasse ubiq; , in narratione tamen utique præcipue media hæc tenenda sit uia dicẽdi, quantum opus est, quã tum sat est. Quantum opus est autem, non ita solum accipi uolo, quantum ad iudicandum sufficit, quia non inornata debet esse breuitas, alioqui fit indocta: nam & fallit uoluptas, & minus longa, quæ delectant, uidentur: ut amœnum ac molle iter, etiamsi est spatij amplioris, minus fatigat, quàm durum + arduumq; compendium. Nec enim mihi unquam tanta fuerit cura breuitatis, ut non ea, quæ credibilem faciunt expositionem, inseri uelim. Simplex enim, & undique præcisa, non tam narratio uocari potest, quàm confusio. Sunt porrò multæ conditione ipsa rei longæ narrationes, quibus extrema, ut præcepi, procœmij parte ad intentionem præparandus est iudex: deinde curandum, ut omni arte, uel ex spatio eius detrahamus aliquid, uel ex tædio, ut minus longa sit, efficiamus, quæ poterimus differendo, non tamen sine mentione eorum quæ differemus. Quas causas occidendi habuerit, quos assumpserit consçios, quemadmodum dispo suerit insidias, probationis loco dicam. Quædam uerò ex ordine prætermittenda, quale est apud Ciceronem: Moritur Fulcinius: Multa enim quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, prætermittam. At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quæ in re ipsa, dicam quæ postea. Ita tres potius mo dicæ uidebuntur narrationes, quàm una longa. Interim expediet expositiones breui interfatione distinguere. Audistis quæ acta sunt, accipite nunc quæ insequuntur.

+ aridumq;

Pro Aulo Cecinna.

Interfatio.

Reficietur enim iudex priorum fine, & se uelut ad no-
uum rursus initium præparabit. Si tamen adhibitis his
quoque artibus in longum exierit ordo rerum, erit non
inutilis in extrema parte commonitio, quod Cicero etiã
am in breui narratione facit: Adhuc, Cæsar, Q. Ligari
us omni culpa caret, domo est egressus, nõ modo nullum
ad bellum, sed ne ad minimam quidẽ belli suspitionem, et
cætera Credibilis autem erit narratio ante omnia, si pri-
us consulucrimus nostrum animum, ne quid naturæ dica-
mus aduersum: deinde si causas ac rationes factis præ-
posuerimus, non omnibus, sed de quibus quæritur. Si per
sonas conuenientes his, quæ facta credi uolemus, cõstitu-
erimus, ut furti reum, cupidum: adulterij, libidinosum:
homicidij, temerarium, uel contrà, si defendemus. Præ-
terea loca, tempora, & similia. Est autem quidam etiam
ductus rei credibilis, qualis in comœdijs, & in mimis.
Aliqua enim naturaliter sequuntur, & cohærent, ut si
bene priora narraueris, iudex ipse, quod postea sit nar-
raturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, semina
quædam probationum spargere, uerum sic, ut narratio-
nem esse meminerimus, non probationem. Nonnunquam
etiam argumento aliquo confirmabimus, quod proposue
rimus, sed simplici & breui, ut in ueneficijs: Sanus bibit,
statim concidit, liuor ac tumor confestim est consecutus.
Hoc faciunt & illæ præparationes, cum reus dicitur ro-
bustus, armatus, sollicitus, contra infirmos, inermes, secu-
ros. Omnia denique, quæ probatione tractaturi sumus, per
sonam, causam, locum, tẽpus, instrumentum, occasionem,

Narratio credibilis.

narratione delibabimus. Aliquando si destituti fuerimus his, etiam fatebimur uix esse credibile, sed uerum, et hoc maius habendum scelus, nescire nos quomodo factum sit, aut quare mirari, sed probaturos. Optimæ uero † præparationes erũt, quæ latuerint, ut à Cicerone sunt quidem utilissima prædicta omnia, per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse uideatur: plurimum tamẽ facit illa callidissima simplicitatis imitatio: Milo autẽ, cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum uenit, calceos & uestimẽta mutauit, paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, cõmoratus est: quàm nihil præparato, nihil festinato feciss e uidetur Milo? Quod non solum rebus ipsis uir eloquentissimus, quibus moras, & lentum profectionis ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus & quotidianis, & arte occulta consecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitassent. Frigida uidentur ista plerisque, sed hoc ipsum manifestum est quomodo iudicem fefellerint, quod uix à lectore deprehenditur. Hæc sunt quæ credibilem faciant expositionem, nam nc contraria, aut sibi repugnantia in narratione dicamus, si cui præcipiendum est, is † reliqua frustra docetur, etiamsi quidam scriptores artium, hoc quoq; tandem tanquam occultum, & à se prudenter erutum, tradunt. His tribus narrãdi uirtutibus, adijciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρεπειαν uocant, quæ neq; in omnes causas cadit (nã quid in plerisque iudicijs priuatis, credito, locato et conducto, interdictis, habere loci potest supra modum se

† probationes

† æque

An plura tribus requirãtur.

tollens oratio?)nec ſemper eſt utilis,ut uel proximo Mi
loniano exemplo patet. Et memineri mus multas eſſe cau
ſas,in quibus confitendum, excuſandum, ſubmittendum
ſit, quod exponimus, quibus omnibus aliena eſt illa ma-
gnificentiæ uirtus. Quare non magis proprium narra-
tionis eſt magnifice dicere,quàm miſerabiliter inuidio-
ſe,grauiter,dulciter,urbane : quæ cum ſuo quæque loco
ſint laudabilia, non ſunt huic parti proprie aſſignata,
& uelut dedita. Illa quoque ut narrationi apta, ita cæ-
teris partibus communis eſt uirtus, quam Theodectes
huic uni proprie dedit:non enim magnificam modo ullt
eſſe,uerumetiam iucundam expoſitionem. Sunt qui ad-
iiciant his euidentiam, quæ ἐνάργεια uocatur. Neque
In Topicis. ego quenquam deceperim, ut diſſimulem Ciceroni quo
que plures partes placere. Nam præterquam planam,
& breuem,et credibilem,uult eſſe euidentem,moratam
cum dignitate.Sed in oratione morata debẽt eſſe omnia
cum dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione,
quantum ego intelligo, eſt quidem magna uirtus, cum
quid ueri non dicendum, ſed quodammodo etiam oſten-
dẽdum eſt,ſed ſubijci perſpicuitati poteſt. Quam quidã
etiam contrariam interim putauerunt, quia in quibuſ-
dam cauſis obſcuranda ueritas eſt, quod eſt ridiculum.
Nam qui obſcurare uult,narrat falſa pro ueris,et in his
quæ narrat falſa pro ueris,debet laborare,ut uideantur
quàm euidentiſſima. Sed quatinus etiam ſorte quædam
Narratio to ra contra nos. peruenimus ad difficilius narrationum genus,iam de his
loquamur, in quibus res contra nos erit : quo loco non-

nulli prætereundam narrationem putauerunt. Et sanè nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si qua iusta ratione susceperis litem, cuius artis est malam esse causam silentio confiteri? nisi fortè tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronuncier, quod sciet narrare te noluisse. Neque inficias eo, in narratione, ut aliqua neganda, aliqua adijcienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda. Sed tacenda quæ tacere oportebit, & liberum erit. Quod fit nonnunquam breuitatis quoq; gratia: quale illud est: Respondit quod ei iusum est. Distinguamus igitur genera causarum. Nã que in quibus non de culpa quæritur, sed de actione, etiamsi erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit. Pecuniam de templo sustulit, sed priuatam, non ideo sacrilegus est. Virginem rapuit, non tamen optio patri dabitur. Ingenuum stuprauit, & stupratus se suspendit, non tamen ideo stuprator capite, +ut mortis causa puniatur, sed decem milia, quæ pœna stupratori constituta est, dabit. Verum in his quoque confessionibus est aliquid, quod ex inuidia, quam expositio aduersarij fecit, detrahi potest, cum etiam serui nostri de peccatis suis mollius loquantur. Quædam enim quasi non narrantes mitigabimus. Non quidem (ut aduersarius dicit) consilium furti in templum attulit, nec diu captauit eius rei tempus, sed occasione & absentia custodum corruptus, et pecunia, quæ nimirum in animis hominum plurimum potest, uictus est. Sed quid refert? peccatum & furtum est. Nihil attinet id defendere, cuius pœnam non recu-

+utut

ſamus. Interdum quaſi damnemus ipſi. Vis te dicam ui-
no impulſum? errore lapſum? nocte deceptũ? uera ſunt
iſta fortaſſe, tu tamen ingenuum ſtupraſti, ſolues decem
milia. Nonnunq̃ propoſitione præmuniri poteſt cauſa,
et deinde exponi. Contraria ſunt omnia tribus filijs, qui
in mortem patris cõiurarant, ſortiti noctem ſinguli per
ordinem, cum ferro cubiculum intrarunt patre dormi-
ente, cum occidere eum nemo potuiſſet, excitato omnia
indicaucrunt. Si tamen pater, qui diuiſit patrimoniũ, &
reos parricidij defendit, ſic agat. Quod contra legem
ſufficit, parricidium obijcitur iuuenibus, quorum pater
uiuit, atq; etiam liberis ſuis adeſt. Ordinem rei narrare
quidem nihil neceſſe eſt, cũ ad legem nihil pertineat. Sed
ſi cõfeßionem culpæ à me exigitis, ego fui pater durus,
& patrimonij, quod iam melius ab his adminiſtrari po-
terat, tenax cuſtos. Deinde ſubijcitur, ſtimulatos ab his
quorum indulgentiores parentes erant, ſemper tamen
eum habuiſſe animum, qui ſit euentu deprehenſus, ut oc-
cidere patrem non poſſent. Neq; enim iureiurãdo opus
fuiſſet, ſi aliquando hoc mentis habuiſſent, nec forte, niſi
quod ſe quiſq; eximi uoluerit. Omnia hæc qualiacunque
placidioribus animis accipientur, illa brevi propoſitio-
nis defenſione mollita. At cum quæritur, an factum ſit,
uel quale factum ſit, licet omnia contra nos ſint, quomo-
do tamẽ euitare expoſitionem ſalua cauſæ ratione poſſu
mus? Narrauit accuſator, nec ita, ut quæ eſſent acta tan-
tum indicaret, ſed adiecit inuidiam, rem uerbis exaſpe-
rauit, acceſſerunt probationes, peroratio incendit, &

plenos iræ reliquit. Expectat naturaliter iudex, qd narretur à nobis, si nihil exponimus, illa esse quæ aduersarius dixit, et talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæstio est, cum de re constat eadem, sed non eodem modo, alias causas, aliam rationem dabo. Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimoniæ, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, uoce, habitu, uel fauoris aliquid, uel miserationis merebor. Solet nonnũquam mouere lachrymas ipsa confessio. Atque ego libenter interrogem, sint illa defensuri, quæ non narrauerint, nec ne? Nam si nec defenderint, nec narrauerint, tota causa prodetur. At si defensuri sunt, proponere certe plerunque id, quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus, quod & dilui potest? Et ut hoc contingat, utique indicandum est. Aut quid inter probationem, & narrationem intereſt, nisi quod narratio est probationis continua propositio: rursus probatio narrationi est congruens confirmatio? Videamus ergo + num expositio hæc lõ + unde gior demum esse debeat, et paulò uerbosior præparatione, & quibusdam argumentis (argumentis dico, non argumentatione, cui tamen plurimum confert frequens affirmatio) effecturos nos quod dicimus, non posse uim rerum ostendi prima expositione, expectent, & opinionem suas differam, & bene sperent. Denique utique narrandum est, quicquid aliter quàm aduersarius exposuit, narrari potest, aut eo etiam prooemia sunt in his causis

superuacua, quæ quid magis agunt, quàm ut cognitioni rerum accommodatiorem iudicem faciant? At qui constat nusquam eorum esse maiorem usum, quàm ubi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Cõiecturales autẽ causæ, in quibus de facto quæritur, non tam sæpe rei, de qua iudicium est, quàm eorum, per quæ res colligenda est, expositionem habent. Quæ cum accusator suspicioſè narret, reus leuare suspicionem debeat, aliter ab hoc, atq; ab illo ad iudicem perferri oportet. At enim quædam argumenta turbaualẽt, diducta leuiora sunt. Id quidem non cò pertinet, ut quæratur an narrandum, sed quomodo narrandum sit. Nam & congerere plura expositione quis prohibet, si id utile est causæ? & promittere, sed & diuidere narrationem, & probationes subiungere partibus, atq; ita transire ad sequẽtia. Nam ne his quidem accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narrandum, sed eo modo quo expedit. Quod fieri pluribus figuris licet. Nam et aliquando excidisse simulamus, cum quid utiliore loco reducimus, & interim nos reducturos reliquum ordinem testamur, quia sic futura sit causa lucidior, interim re exposita, subiungimus causas, quæ antecesserunt. Neq; enim est una lex defensionis, certumq; præscriptum, pro re, pro tempore intuenda quæ prosint, atque ut erit uulnus, ita uel curandum protinus, uel si curatio differri potest, interim deligandum. Nec sæpius narrare dixerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit: estq́ue non concessum modò, sed aliquando etiam

Narrandi ordo & forma.

Narrandum interdum sæpius.

necessarium, ut in causis repetundarum, omnibusq; quæ simplices non sunt. Amentis est enim, superstitione præceptorum contra rationem causæ trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere est institutum, ne iudex, qua de re quæratur, ignoret. Cur igitur si singula probanda aut refellenda erunt, non singula etiã narrentur? Me certe, quantacũq; nostris experimentis habenda est fides, feciſſe hoc in foro, quoties ipsa desiderabat utilitas, probantibus & eruditis, & his qui iudicabant, scio, (quod non arroganter dixerim, quia sunt plurimi, quibuscum egi, qui me refellere possint, si mentiar) ferè ponendæ à me causæ officium exigebatur. Neq; ideo tamen non sæpius facere alia re oportebit, ut rerum ordinem sequamur. Quædam uero etiam turpiter cõuertun tur, ut si peperisse narres, deinde concepisse: apertũ testamentum, deinde signatum. In quibus, si id quod poste rius, dixeris, de priore tacere optimũ est. Sunt quædam & falsæ expositiões, quarum in foro duplex genus est: alterum quod instrumentis + aduuuatur, ut P. Clodius fidutia testium, qua nocte incestũ Romæ cõmiserat, Interramne se fuisse dicebat: alterum quod est tuendũ dicentis ingenio. Id interim ad solam uerecundiam pertinet, unde etiam mihi uidetur dici color, interim ad quæstionem. Sed utrumcunq; erit, prima sit curarũ, ut id quod fingimus, fieri possit: deinde ut & personæ, & loco, & tempori congruat, & credibilem rationem & ordinem habeat. Sic continget etiã ueræ alicui rei cohæreat ut argumento, quod in causa cõfirmetur. Nã quæ tota extra

Expositio præpostera. Falsæ.

+ adunatur

Fingendi & mentiendi cautelæ.

† probant rem petita sunt, mentiendi licentiam † produnt. Curandum præcipue (quod fingentibus frequẽter excidit) ne qua inter se pugnent. Quædã partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt. Præterea ne his, quæ uera esse constabit, aduersa sint. In schola etiam, ne color extra themata quæratur. Vtrobiq; autẽ orator meminisse debebit actione tota quod finxerit, quoniam solent excidere quæ falsa sunt, uerumq; est illud, quod uulgò dicitur: mendacem memorẽ esse oportere. Sciamus autẽ, si de nostro facto quæratur, unum nobis aliquod esse dicendũ: si de alieno, mittere in plures suspiciones licere. Est tamen in quibusdam scholasticis cõtrouersijs, in quibus ponitur aliquem non respondere quæ interrogatur, liberas omnia enumerãdi, quæ responderi potuissent. Fingẽda uero meminerimus ea, quæ nõ cadent in testem. Sumẽ autẽ quæ nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantũ conscij sumus. Item quod à defunctis, nec hoc est qui neget. Itemq; ab eo cui idem expediet, is enim non negabit. Ab aduersario quoq;, quia non habiturus est in negando fidem. Somniorum et superstitionum colores, ipsa iam facilitate autoritatem perdiderunt. Non est autem satis in narratione uti coloribus, nisi per totam actionem consentiant, cum præsertim quorundam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia: ut ille parasitus, qui ter abdicatum à diuite iuuenem & absolutum, tanq; suum filium asserit, habebit quidem colorem, quo dicat, & paupertatem sibi causam exponendi fuisse, & ideo à se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo

Mendax memor sit.

filium haberet, & ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non eßet: nisi tamen omnibus uerbis, et amorem patrium, atq; hunc quidem ardentissimum ostenderit, & odium diuitis, & metum pro iuuene, quem periculose mansurum in illa domo, in qua tam inuisus sit, sciat, suspicione subiecti petitoris nõ cerebit. Euenit aliquando in scholasticis controuersijs, quod in foro an posßit accidere, dubito, ut eodem colore pars utraq; utatur, deinde eum pro se quisq; defendat, ut in illa controuersia: Vxor marito dixit, appellatam se de stupro à priuigno, & sibi constitutũ tempus & locum, + eadem contrà filius detulit de nouerca, edito tantum alio tempore, ac loco, quia pater in eo, quem uxor prædixerat, filium inuenit, in eo quem filius, uxorem, illã repudiauit, qua tacente filium abdicat. Nihil dici potest pro iuuene, quod non idem sit pro nouerca. Ponentur tamen + omnia communia, deinde ex personarum comparatione, & iudicij ordine, & silentio repudiatæ argumenta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet, quædam esse quæ colorem non recipiant, sed tantum defendenda sint, qualis est ille diues, qui statuã pauperis inimici flagellis cecidit, reus est iniuriarum. Nam factum eius modestum nemo esse dixerit, fortaße, ut sit tutum, obtinebit. Quod si pars expositionis pro nobis, pars contra nos erit, miscenda sit, an separanda narratio, cum ipsa causæ + conditione deliberandum est. Nam si plura sunt quæ nocent, quæ prosunt obruentur. Itaq; tũc diuidere opportunum erit, & his quæ partem

+ ea de re

+ etiam

+ cognitiõe Narratio partim, p nobis, partim contra nos.

nostram adiuuabunt, expositis & cõfirmatis, aduersus reliqua uti remedijs, de quibus supra dictum est. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut quæ obstant, in medio uelut auxilijs nostris posita, minus habeant uirium. Quæ tamen non erunt nuda ponenda, sed, ut & nostra, aliqua argumẽtatione firmemus, & diuersa, cur credibilia non sint, adijciamus: quia nisi distinxerimus, uerendum est, ne bona nostra permixtis malis inquinentur. Illa quoq; de narratione præcipi solẽt, ne qua ex ea fiat excursio, ne auertatur à iudice sermo, ne alienæ personæ uocem demus, ne argumẽtemur. Adijciunt quidam etiam, ne utamur affectibus. Quorum pleraq; sunt frequentissime custodienda, imò nunq̃, nisi ratio coëgerit, mutanda, ut sit expositio perspicua & breuis. Nihil quidem tam raro poterit habere rationem, q̃ excursio, nec unquã debebit esse nisi breuis, & talis, ut ui quadam uideamur affecti, uelut recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sosiæ: O mulieris scelus incredibile, & præter hanc unam, in omni uita inauditũ. O libidinem effrenatam & indomitã, ô audaciam singularem, non timuisse, si minus uim deorum hominumq̃; fumã, at illam ipsam noctẽ, facesq̃; ipsas nuptiales, non limen cubiculi, non cubile filiæ, non parietes, deniq; ipsos superiorum testes nuptiarum? Sermo uero auersus à iudice, & breuius indicat interim, & coarguit, qua de re idem, qui de procœmio dixerã, sentio. Sicut de ꝓsopopœia quoq;, qua tamen non Seruius modò Sulpitius utitur pro Aufidia: Somnó ne te languidum, an graui lethargo putem

Cauenda in narratione.

Excursio.

Pro Cluẽtio

Prosopopœia.

preſsum? Et Marcus quoq; Tullius contra Nauarchos: In Verrem Act. 7.
Nam ea quoq; rei expoſitio eſt, Vt ad eas tantum dabis,
& reliqua. Quid pro Cluentio, Sthaleni, Bulbiq; collo-
quium, nónne ad + credulitatem plurimũ & fidem con + celeritatẽ
ferẽ? Quæ ne effeciſſe ſine obſeruantia quadã uideatur
(quanq̃ hoc in illo credibile nõ eſt) in Partitionibus præ
cipit, ut habeat narratio ſuauitatem, admirationes, ex-
pectationes, exitus inopinatos, colloquia perſonarum,
omnes affectus. Argumentabimur, ut dixi, nunq̃, argu- Argumentã
mentum ponemus aliquando. Quod facit pro Quinto in narratiõẽ
Ligario Cicero, cum dicit, ſic eũ prouinciæ præfuiſſe, ut
illi pacem eſſe expediret. Inſeremus expoſitioni & bre-
uem, cum res poſcet, defenſionem, & rationẽ factorum.
Neq; enim narrãdum eſt tanq̃ teſti, ſed tanquã patrono.
Rei ordo per ſe talis eſt: Q. Ligarius legatus in Africã
cum C. Conſidio profectus eſt, Quid ergo Marcus Tul
lius? Q. enim, inquit, Ligarius, cũ eſſet adhuc nulla belli
ſuſpicio, legatus in Africam cum C. Conſidio profectus
eſt. Alibi: Non modo nullum ad bellũ, ſed ne ad minimã
quidem ſuſpicionem belli. Et cũ eſſet indicanti ſatis, Q.
Ligarius nullo ſe implicari negotio paſſus eſt. adiecit:
Domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens. Ita quod
exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoq;
impleuit. Quo magis miror eos, qui non putant utendũ Affectus in
in narratione affectibus: qui ſi hoc dicunt, non diu, neq; narratione.
ut in epilogo, mecum ſentiunt. Sunt enim effugiendæ mo
ræ. Cæterum cur ego iudicem nolim, cũ eum doceo, etiã
moueri? Cur quod in ſumma parte ſum actionis petitus

rus, non in primo statim rerum ingressu, si fieri potest, consequar? Cum præsertim etiã in probationibus facilio re sim animo eius abusurus occupato, uel ira, uel misera-

In Verrem act. 7. tione. An non M. Tullius circa uerbera ciuis Ro. omnes breuissime mouet affectus? non solum conditione ipsius, loco iniuriæ, genere uerberum, sed animi quoq; cõmendatione. Summũ enim uirum ostendit, qui cum uirgis cæderetur, non ingemuerit, nõ rogauerit, sed tantum ciuem se Romanũ esse cum inuidia cædentis, & fidutia in

Act. 3. ris clamauerit. Quid Philodami casum? nónne cum per totam expositionem incendit inuidiam, tum in supplicio ipso lachrymis, impleuit, cum flentes non tam narraret, q̃ ostenderet, patrem de morte filij, filium de patris?

+ illi Quid + ulli epilogi possunt magis habere miserabile? Serum est enim aduocare his rebus affectum in peroratione, quas securus narrauerit. Assueuit illis iudex, tãq; eas sine motu mentis accipit, quibus cõmotus nouus non est, et difficile est mutare habitũ animi semel constitutũ.

Narratio ue nustanda de center. Ego uero (neq; enim dissimulabo iudicium meũ, quanq̃ id qd' sum dicturus, exemplis magis q̃ præceptis illis continetur) narrationem, ut si ullam partem orationis, omni qua potest gratia & uenere exornandã puto. Sed plurimũ refert, quæ sit natura eius rei, quã exponimus. In paruis ergo, quales sunt ferè priuatæ, sit ille pressus, & uelut applicitus rei cultus: in uerbis summa diligentia, quæ in locis impetu feruntur, & circumiectæ orationis copia latent, hic expressa, &, ut uult Zeno, sensa tincta esse debebunt, compositio dissimulata quidem, sed

tamen quamiucundißima, figuræ non illæ poëticæ, & contra rationẽ loquendi autoritate ueterũ receptæ: nam debet esse quam purißimus sermo, & qui uarietate tædium effugiat, & mutationibus animũ leuet, ne in eundẽ casum, similẽ compositionẽ, pares elocutionũ tractus incidamus. Caret enim cæteris lenocinijs expositio, et ni si cõmendetur hac uenustate, iaceat necesse est. Nec in ulla parte intentior est iudex, coq; nihil recte dictũ perit. Præterea nescio quomodo etiam credit facilius, quæ audienti iucunda sunt, & uoluptate ad fidem ducitur. Vbi uero maior res erit, & atrocia inuidiose, & tristia miserabiliter dicere licebit. Non ut consummantur affectus, sed tantũ uelut primis lineis designentur, ut platenè qualis futura sit imago rei statim appareat. Ne sententia quidem, uelut fatigatũ intentione stomachum iucundis reficere dissuaserim, maxime quidẽ breui interiectione, qualis est illa: Fecerunt serui Milonis, quod suos quisq; seruos in re tali facere uoluisset. Interim paulò liberiore, qualis est: Nubit genero socrus, nullis auspicijs, nullis autoribus, funestis ominibus omnium. Quod cum sit factum his quoq; temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius, quàm ad ostentationem componebatur oratio, et erant adhuc seueriora iudicia, quanto nũc faciundum magis, cum in ipsa capitis, aut fortunarum pericula irrupit uoluptas? Cui hominũ desiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quæ uelut in rem præsentem

Pro Milone.

Pro Cluẽtio

perducere audientes uidetur, qualis est illa M. Cælij in Antonium descriptio. Nanq; ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis præcordijs stertentem, ructuosos spiritus geminare, præclarasq; contubernales abomnibus spondis transuersas incubare, et reliquas circũsacere passim, quæ tamen exanimatæ terrore, hostiũ adtu percepto, excitare Antoniũ conabantur, nomẽ inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiã nonnulla feriebat, quarum cum omniũ uocẽ, tactumq; noscitaret, proximæ cuiusq; collũ amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurionum, concubinarumq; iactabatur. Nihil his neq; credibilius fingi, neq; uehemẽtius exprobrari, neq; manifestius ostendi potest. Ne id quidẽ prætereo, quam tam afferat fidem expositioni narrantis autoritas, quam mereri debemus ante omnia quidẽ uita, sed & ipso genere oratiõis. Quod quo fuerit grauius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoq; ponderis. Effugiẽda igitur in hac præcipue parte omnis calliditatis suspicio, (neq; enim se usquã custodit magis iudex) nihil uideatur fictum, nihil solicitũ, omnia potius à causa, q̃ ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, et perire artem putamus, nisi appareat, cum desinat ars esse, si apparet. Pendemus ex laude, atq; hãc laboris nostri ducimus summã. Ita quæ circunstãtibus ostentare uolumus, iudicibus prodimus. Est & quædam repetita narratio, quæ ἐπιδιήγησις dicitur, sanè res declamatoria

Emerẽda dignitas autoritas.

Ars non ostentanda.

Repetita narratio.

magis quàm forensis. Ideo autem reperta, ut quia narratio breuis debet esse, fusius & ornatius res posset exponi: quod fit, uel inuidiæ gratia, uel miserationis. Idem raro faciendum iudico, neq; sic unquam, ut totus ordo repetatur: licet enim per partes idem consequi. Cæterum qui uti ἐπιδιηγήσει uolet, narratiõis rem loco stringat, & contentus indicare quid factum, quo sit modo factũ, plenius se loco suo expositurum esse promittat. Initium narrationis quidam utiq; faciendum à persona putant, eamq; si nostra sit, ornandam, si aliena, infamandam statim: hoc sanè frequentissimum est, quia personæ sunt intibus ponendæ, cum id profuturum est, ut ꝛ A. Cluentius habitus fuit pater huiusce iudices, homo non solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & uicinitatis, uirtute, æstimatione, nobilitate facile princeps. Interim sine his, ut: Q. Ligarius cum esset. Frequẽter uero & à re: sicut pro Tullio, Cicero: Fundum habet in agro Tigurino M. Tullius paternum. Demosthenes pro Ctesiphonte: τὸν γὰρ φανικὸν συσάντα τῶ πολέμῳ. De fine narrationis cum his contentio est, qui perduci expositionem uolunt eò, unde quæstio oritur. His rebus ita gestis, P. Dolobella Prætor interdixit, ut est cõ suetudo, de ui hominibus armatis sine ulla exceptiõe, tantum ut unde deiecisset, restitueret: deinde restituisse dixit, sponsio facta est, hac de sponsione uobis iudicandum est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore non semper.

Narrationis initium

Pro Lig.
Pro Cecinna
Finis.

De Egreßione. CAP.

ORDINE ipſo narrationem ſequitur confirmatio. Probanda ſunt enim quæ propter hoc expoſuimus. Sed prius quàm ingrediar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda ſunt. Pleriſq; moris eſt, prolato rerum ordine, protinus utiq; in aliquem lætum atq; plauſibilem locum quammaxime poſſint fauorabiliter excurrere. Quod quidem natum ab oſtentatione declamatoria, iam in forum uenit, poſtquam agere cauſas non ad utilitatem litigatorum, ſed ad patronorũ iactationem repertum eſt: ne ſi preſſæ illi (qualis ſæpius deſideratur) narrationis gracilitati, coniuncta argumentorum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicẽdi uoluptatibus, oratio refrigeſcat. In quo uitium illud eſt, quod ſine diſcrimine cauſarum atq; utilitatis, hoc (tanq̃ ſemper expediat, aut etiam neceſſe ſit) faciunt: eo quod deſumptas ex his partibus, quarum alius erat locus, ſententias in hanc congerunt, ut plurima aut iterum dicenda ſint, aut quia alia alieno loco dicta ſunt, dici ſuo non poſſint. Ego autem fateor hoc expatiandi genus, nõ modò narrationi, ſed etiam quæſtionibus, uel uniuerſis, uel interim ſingulis opportune poſſe ſubiungi, cum res poſtulat, aut certè permittit: atq; eo uel maxime illuſtrari, ornariq; orationem, ſed ſi cohæret, et ſequitur, nõ ſi peruim conetur, & quæ natura iuncta erant, diſtrahit. Nihil enim tam eſt conſequens, q̃ narrationi probatio, & ſi excurſus ille, uel quaſi finis narrationis, uel quaſi initium probationis eſt. Erit ergo illi nonnunq̃ locus, ut ſi expo

sitio circa finem atrox fuerit, prosequamur eam, uelut spiritu erumpente, protinus indignatione. Quod tamẽ ita fieri oportebit, si res dubitationẽ nõ habebit, alioqui prius est, quod obijcias, uerum efficere, quàm magnum, quia crimmum inuidia pro reo est priusquã probatur. Difficilima est enim grauissimi cuiusq; sceleris fides. Idem fieri non inutiliter potest, uti si merita in aduersarium aliqua exposueris, in ingratum inueharis, aut si uarietatem criminum narratione demonstraueris, quantũ ab ea periculum intentetur, ostendas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audito festinat ad probationem, & quamprimum certus esse sententiæ cupit. Præterea cauendũ est, ne ipsa expositio uanescat, auersis in aliud animis, & inani mora fatigatis. Sed ut nõ est semper necessaria post narrationem illa procursio, ita frequenter utilis ante quæstionem præparatio. Vtiq; si prima specie minus erit fauorabilis, si legem asperã tuebimur, aut pœnarias actiones inferemus. Est hic locus uelut sequentis exordij, ad conciliandum probationibus nostris iudicem, mitigandum, concitandũ. Quod liberius hic, & uehementius fieri potest, quia iudici causa iam nota est. His igitur uelut fomentis, si quid erit asperũ, præmolliemus, quo facilius aures iudicum, quæ post dicturi erimus, admittant ne ius nostrum oderint. Nihil enim facile persuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoq; natura noscenda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Proinde enim magis aut minus hoc erit necessariũ. Cæterũ res eadẽ, & post quæstionẽ poratiõis uice fungitur.

Excursionis locus primus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Hanc partem παρέκβασιν uocant Græci, Latini egreſ-
ſum, uel egreßionem. Sed hæ ſunt plures, ut dixi, quæ
per totam cauſam uarios habent excurſus, ut laus homi-
num locorumq;, ut deſcriptio regionũ, expoſitio quarũ
dam rerum non ſolũ geſtarum, ſed etiã fabuloſarũ. Quo
ex genere eſt in orationibus contra Verrem cõpoſitis,
Siciliæ laus, Proſerpinæ raptus: pro C. Cornelio popula
ris illa uirtutũ Cn. Pompeij cõmemoratio. In quã ille di-
uinus orator, uelut nomine ipſo ducis curſus dicendi te-
neretur, abrupto, quẽ inchoauerat, ſermone diuertit. Ac
tamen παρέκβασις eſt (ut mea quidẽ fert opinio) aliena
rei, ſed ad utilitatem cauſæ pertinentis, extra ordinem
excurrens tractatio. Quapropter non uideo, cur hunc
ei potißimũ locum aßignẽt, qui rerũ ordinem ſequitur,
non magis q̃ illud, cur hoc ita demũ proprium putent, ſi
aliquid in digreſſu ſit exponendũ, cum tot modis à re-
cto itinere declinet oratio. Nã quicq̃d dicitur, præter il
las quinq; (quas fecimus) partes, egreßio eſt, indigna-
tio, miſeratio, inuidia, conuiciũ, excuſatio, conciliatio,
maledictorum refutatio: ſimilia his, quæ nõ ſunt in quæ-
ſtione, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus,
atq; ea maxime iucundam & ornatam faciunt oratio-
nem, de luxuria, de auaritia, de religione, de officijs, quæ
cum ſint argumentis ſubiecta ſimilium rerum, quia co-
hærent, egredi non uidentur. Sed plurima ſunt, quæ re-
bus nihil ſecum cohærentibus inſeruntur, quibus iudex
reficitur, admonetur, placatur, rogatur, laudatur. Inno
merabilia ſunt hæc, quorum alia ſic ut præparata afferi-

mus, quædam ex occasione, uel ex necessitate dicimus, si qd nobis agentibus noui accidit, interpellatio, interuentus alicuius, tumultus. Vnde Ciceroñ quoq; in proœmio, cũ diceret pro Milone, digredi fuit necesse, ut ipsa oratiuncula, qua usus est, patet. Poterit autẽ paulò longius exire, qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi uelut cõmendationẽ adijcit, at qui ex media erumpit, citò ad id redire debet, unde diuertit.

De Propositione. CAP. IIII.

Lib. 3. Ca. 11.

SVnt qui narrationi propositionẽ subiungant, tanquam partem iudicialis materiæ, cui opinioni respõdimus. Mihi autem propositio uidetur omnis confirmationis initium, quod non modò in ostendenda quæstione principali, sed nonnunquã etiam in singulis argumentis proponi solet, maximeq; in his, quæ ἐπιχειρήματα uocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea nõ semper utique necesse est. Aliquando enim sine propositione aliqua satis quoq; manifestũ est, quid in quæstione uersetur: utiq; si narratio ibi finem habet, ubi initium quæstio, adeò ut aliquando subiungatur expositioni, quæ solet in argumentis esse summa collectio. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iudices, insidiator superatus est, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. Sed nonnunq; ualde uti lis est, præcipue ubi res defendi non potest, & de + iure quæritur, ut pro eo, qui pecuniam priuatam de templo sustulit, sacrilegij agitur. De sacrilegio cognoscitur, ut iudex intelligat, id unum esse officij sui, quærere, an, id quod obijcitur, sacrilegium sit. Item in causis obscuris

Propositiõi non semper locus.

Pro Milone. Vtilis est. Primo. + fine

Secundo. Tertio. ac multiplicibus. Nec semper propter hoc solum, ut sit causa lucidior, sed aliquando etiam ut magis moueat. Mouet autem si protinus subtexantur aliqua, quæ prosint. Lex aperte scripta est, ut peregrinus qui murum ascenderit, morte mulctetur. Peregrinũ te esse certum est, quin ascenderis murum non quæritur: quid superest, nisi ut te puniri oporteat? Hæc enim propositio confessionem aduersarij premit, & quodammodo iudicandi moram tollit, nec indicat quæstionem, sed adiuuat. Sunt

Quarto. autem propositiones, & simplices & duplices, uel multiplices. Quod accidit non uno modo: nam & plura crimina iunguntur, ut cum SOCRATES accusatus est, quod corrumperet iuuentutem, & nouas superstitiones induceret. Et singula ex pluribus colliguntur: ut cum legatio male gesta obijcitur Aeschini, quod mendacium sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus

Quinto. sit, quod munera acceperit. Recusatio quoq; plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ: Male petis, procuratori enim tibi esse non licuit: sed nec illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem: sed neq; es hæres eius, à quo accepisse mutuũ dicor, nec ipsi debui. Multiplicari hæc in quantumlibet possunt, sed rem ostendisse satis est. Hæ si ponantur singulæ subiectis probationibus, plures erunt propositiones: si

Sexto. Septimo. Octauo. coniungantur, in partitionem cadunt. Est & nuda propositio, qualis ferè in coniecturalibus, cædis ago, furtum obijcio. Est ratione subiecta, ut maiestatem minuit Caius Cornelius, nam codicem Tribunus plebis ipse

pro concione legit. Præter hoc utimur propositione, aut nostra, ut adulterium obijcio: aut aduersarij, ut adulterij mecum agitur: aut communi, ut inter me & aduersarium quæstio est, uter sit intestato propior. Nonnunquam diuersas quoq; coniungimus. Ego quoq; hoc dico, aduersarius hoc. Habet interim uim propositionis, etiamsi per se non est propositio, cum exposito rerum ordine subijcimus: De his cognoscitis, ut sit hæc commonitio iudicis, quo se ad quæstionem acrius intendat, & quodam uelut iactu excitatus finem esse narrationis, & initium probationis intelligat, & nobis confirmationem ingredientibus, ipse quoq; quodammodo nouum audiendi sumat exordium. Nono.

DE PARTITIONE.

CAPVT V.

PARTITIO est nostrarum, aut aduersarij propositionum, aut utrarumq; ordine collata enumeratio. Partitione nec semper nec nũquã utendum. Hac quidã utendũ semper putant, quod & ea fiat causa lucidior, & iudex intentior ac docilior, si scierit & de quo dicimus, & de quo dicturi postea sumus. Rursus qui dam periculosum id oratori arbitrantur duabus ex causis, quod nonnunquam excidere soleant quæ promisimus, & si qua in partiendo præterierimus, occurrere. Quod quidẽ nemini accidet, nisi qui planè uel nullo fuerit ingenio, uel ad agendũ nihil cogitati præmeditatiq; detulerit. Alioqui quæ tam manifesta & lucida sunt, q̃ ratio rectæ partitionis? Sequitur enim naturam ducem, adeò ut memoriæ id maximum sit auxilium, uia dicendi

non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionẽ uetant ultra treis propositiones extendere. Quæ sine dubio multiplex fugiet memoriam iudicis, & turbabit intentionem. Hoc tamen numero, uelut lege, non est alliganda, cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis, propter quæ partitione non semper est utendum. Primũ, quia pleraq; grauiora sunt, si inuenta subitò, nec domo allata, sed inter dicẽdum ex re ipsa nata uideantur, unde illa non iniucunda schemata: Penè excidit mihi, &, fugerat me, &, recte admones. Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcerpitur. Interim uero fallẽdus est iudex, & uarijs artibus subeundus, ut aliud agi, quàm quod petimus, putet. Nam est nonnunq; dura propositio, quam iudex, si prouidet, non aliter præformidat, q; qui ferrum medici, prius quàm curetur, aspexit. At si re non ante proposita securum, ac nulla denunciatione in se conuersum intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modò distinctio quæstionum est, sed omnino tractatio: affectibus perturbandus, & ab intentione auferẽdus auditor. Non enim solum oratoris est docere, sed plus eloquentia circa mouendum ualet. Cui rei contraria est maximè tenuis illa, & scrupulosè in partes sectæ diuisionis diligentia, eo tẽpore, quo cognoscendi iudiciũ conamur auferre. Quid, qd' interim, quæ per se leuia sunt, &, infirma, turba ualent? Ideoq; cõgerenda sunt potius, & uelut eruptione pugnandũ: quod tamẽ rarum esse debet,

Prima causa non utendæ partitionis.

& ex neceßitate demum, cum ipſum hoc, quod diſsimili ratione eſt, coëgerit ratio. Præter hæc in omni partitio ne eſt utique aliquid potentiſsimum, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam ſuperuacua grauari ſolet. Itaque ſi plura, uel obijcienda ſunt, uel diluenda, & utilis, & iucunda partitio eſt, ut quod quaque de re dicturi ſumus, ordine appareat. At ſi unũ crimẽ uariè defenderimus, ſuperuacua: ut ſi ita partiamur: Dicam non talẽ eſſe hũc, quem tueor, ut in eo credibile uideri poßit homicidium: dicam occidendi cauſam huic non fuiſſe: dicam hunc eo tempore, quo homo occiſus eſt, trans mare fuiſſe. Omnia quæ antequam id quod ultimum eſt, exequaris, inania uideri neceſſe eſt. Feſtinat enim iudex ad id quod potentiſsimum eſt, & uelut obligatum promiſſo patronum, ſi eſt patientior, tacitus appellat: ſi uel occupatus, uel in alia poteſtate, uel etiam ſi moribus incompoſitus, cum cõuicio efflagitat. Itaq; non defuerunt, qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua ſe dicturum eſſe promiſit. Primum, neminem maioribus crimini bus, grauioribus teſtibus, in iudicium uocatũ, quàm Opianicum: deinde, præiudicia eſſe facta ab hiſpiſis iudicibus, à quibus condemnatus ſit. Poſtremo, iudicium pecuniæ non tentatum à Cluentio, ſed contra Cluentiũ. Quia ſi probari poſſet, quod eſt tertium, nihil neceſſe fuerit dicere priora. Rurſus nemo erit tam aut iniuſtus, aut ſtultus, quin eũ fateatur optimè pro Murena eſſe partitũ: Intelligo iudices tres totius accuſationis partes fuiſſe, & earum unam in reprehenſione uitæ, alteram in con-

Secunda.

Quãdo partitio neceſſaria eſt.

Cicero notatur.

tentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse uersatam. Nam sic & ostendit lucidissimè causam, & nihil fecit altero superuacuum. De illo quoque genere defensionis plerique dubitant: Si occidi, rectè feci, sed non occidi: quò enim prius pertinere, si sequens firmum sit? hæc inuicem obstare, & utroque uentibus in neutro haberi fidem. Quod sanè in parte uerum est, & illo sequenti (si modo indubitabile sit) solo utendum: at si quid in eo, quod est fortius, timebimus, utraque probatione nitemur. Alius enim alio modo ueri solet, & qui factum putauit, iustum credere potest, qui tanquam iusto non mouebitur, factum fortasse non credet. Vt certa manus uno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit & fortunæ locus. Egregiè uero Cicero pro Milone, insidiatorem primò Clodium ostendit, tum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Neque illum tamen ordinem, de quo prius dixi, damnauerim, quia quædam, & si ipsa sunt dura, in id tamen ualent, ut ea molliant, quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id, quod uulgò dicitur: Iniqua petendum, ut æquum feras. Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Rectè enim Græci præcipiunt, non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim nihil

An liceat sic partiri, si occidi rectè feci, sed non occidi.

Nota.

ri, qui tutò etiam confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere. Et illud utique faciendum est, ut quoties suspicabimur à iudice aliam probationem desiderari, quàm de qua loquimur, promittamus nos plenè, & statim de eo satis esse facturos, præcipuéque si de pudore agitur. Frequenter autem accidit, ut causa parum uerecunda, iure tuta sit, de quo ne inuiti iudices audiant, & aduersi, frequentius sunt admonendi, secuturam defensionem probitatis ac dignitatis, expectent paulum, & agi ordine sinant. Quædam inter nos, & inuitis litigatoribus simulandum est dicere. Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem. Nonnunquam quasi interpellemur ab his + subsistere. Sæpe aduertenda ad ipsos oratio. Hortandi ut sinãt nos uti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis, & dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam uerecundiæ defensioni facilior erit. Sic utraq; res inuicem iuuabit, eritq; iudex circa ius nostrum spe modestior ac attentior, circa modestiam iuris probatione procliuior. Sed ut non semper necessaria, ac etiam superuacua partitio est, ita opportune adhibita plurimum orationi lucis & gratiæ confert. Neque enim id solum efficit, ut clariora fiant quæ dicuntur, rebus uelut ex turba extractis, & in conspectu iudicum positis, sed reficit quoque audientem certo singularum partium fine, non aliter quàm facientibus iter, multum detrahunt fatigationis no-

+ sustinere

Partitionis utilitas.

tata inscriptis lapidibus spatia. Nam & exhaustis labo-
ribus nosse mensuram uoluptati est, & hortatur ad reli
Nota. qua fortius exequenda, scire quantũ superst. Nihil enim
longum uideri necesse est, in quo quid ultimum sit, cer
tum est. Nec immeritò multum ex diligentia partiendi
tulit laudis Quintus Hortensius, cuius tamẽ diuisionem
in digitos diductam, nonnunquam Cicero leuiter eludit.
Nota. Nam est certus eius modus, & euitanda maximè concis
In diuinatio ne. sa nimium, & uelut articulosa partitio. Nam & autori
tati plurimum detrahunt minuta illa, nec iam membra,
sed frusta. Et huius gloriæ cupidi, quo subtilius & co
piosius diuisisse uideantur, & superuacua assumunt, &
quæ natura singularia sunt, secant, nec tam plura facilli,
quàm minora. Deinde cum fecerunt mille particulas, in
eandem incidunt obscuritatem, contra quam partitio in
†Et diuisa uenta est. †Diuisio, & simplex propositio, quoties uti
liter adhiberi potest, primum debet esse aperta atque lu
cida. Nam quid sit turpius, quàm id esse obscurũ ipsum,
quod in eum solum adhibetur usum, ne sint cætera obscu
ra? Tum breuis, nec ullo superuacuo onerata uerbo. Nõ
enim quid dicamus, sed de quo dicturi simus ostendimus.
Obtinendum etiam ne quid in ea desit, ne quid superfl.
Partitio su perflua. Superest autẽ sic ferè, cum aut in species partimur, quod
in genera partiri sit satis, aut genere posito subijciuntur
species: ut, si dicam de uirtute, iustitia, continentia, qua
†Partitio prima est quid. uirtutis sunt species. †Partitio proponit, quid sit de quo
conueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit,
quid aduersarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambi-

gitur, quæ dicturi simus, quæ nostræ propositiones, quæ partis aduersæ. Turpissimum uero, non eodem ordine exequi, quo quicque proposueris.

Libri quarti finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER QVINTVS.

(+)

De Probationibus inartificialibus. CAP. I.

VERVNT & clari quidam auctores, quibus solum uideretur Oratoris officium, docere. Nanque & affectus duplici ratione excludendos putabant. Primum, quia uitiũ esset omnis animi perturbatio: deinde, quia iudicẽ à ueritate depelli misericordia, uel ira, aut similibus non oporteret, & uoluptatem audientium petere, cum uincendi tantum gratia diceretur, non modò agenti superuacuum, sed uix etiam uiro dignum arbitrabantur. Plures uerò, qui nec ab illis sine dubio partibus rationem orandi submouerunt, hoc tamen proprium atq; præcipuum crederent opus, sua confirmare, & quæ

ex aduerso proponerentur, refutare. Vtruncunque est (neq; enim hoc loco meam interpono sententiam) hic erit liber illorũ opinione maximè necessarius, quo toto hæc sola tractantur, quibus sanè et ea, quæ de iudicialibus causis iam dicta sunt, seruiunt. Nam neque proœmij, neque narrationis est alius usus, quàm ut iudicem præparent. Et status nosse, atque ea, de quibus supra scripsimus, intueri superuacuum foret, nisi ad hanc peruenieremus. Denique ex quinque, quas iudicialis materiæ fecimus, partibus, quæcunque alia potest aliquando necessaria causæ non esse, lis nulla est: cui probatione opus non sit. Eius præcepta sic optimè diuisuri uidemur, ut prius quæ in commune ad oẽs quæstiones pertinent, ostẽdamus, deinde quæ in quoq; causæ genere propria sint, exequamur.

Rhet.1. Ac prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita, consensum ferè omnium meruit, alias esse probationes, quas extra dicendi rationem acciperet orator, alias, quas ex causa traheret ipse, & quodãmodo gigneret. Idcoq; illas ἄτεχνους, id est, inartificiales, has ἔντεχνους, id est, artificiales uocauerũt. Ex illo priore genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes. In quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed ut ipsa carent arte, ita summis eloquentiæ uiribus, & alleuanda sunt plerunque, & refellenda. Quare mihi uidentur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est omnia, quæ aut pro his, aut contrà dici solent, complecti; Non enim cõmunes locos tradere destinamus, quod

esset operis infiniti, sed †uim quandam, atque rationem. †uiam
Quibus demonstratis, non modò in exequēdo suas quis-
que uires debet adhibere, sed etiam inueniendo similia,
ut quæque conditio litium poscet. Neque enim de omni-
bus causis dicere quisquam potest, saltem præteritis, ut
taceam de futuris.

De Præiudicijs. CAP. II.

IAm præiudiciorum uis omnis tribus in generibus
uersatur: rebus, quæ aliquando ex paribus causis sunt
iudicatæ, quæ exempla rectius dicuntur, ut de rescissis
patrum testamentis, uel contra filios confirmatis: iudi-
cijs, ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen
ductum est, qualia in Opianicum facta dicuntur, & à
senatu aduersus Milonem: aut cum de eadem causa pro
nuntiatum est, ut in reis deportatis, & assertione se-
cunda, & de partibus centumuiralium, quæ in duas ha-
stas diuisæ sunt. Confirmantur præcipue duobus, auto-
ritate eorum qui pronuntiauerunt, & similitudine re-
rum, de quibus quæritur. Refelluntur autē raro per con
tumeliam iudicum, nisi forte manifesta in his culpa erit.
Vult enim cognoscentium quisq; firmam esse alterius sen
tentiam, & ipse pronuntiaturus, exemplum non liben-
ter, quod in se fortasse recidat, facit. Confugiendum er
go est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquā dissi
militudinem causæ. Vix autem ulla est per omnia alteri
similis. Si id non continget, ac eadem causa erit, aut acto
rū incusanda negligētia, aut de †infirmitate personarū †deformita
quærendum, contra quas erit iudicatum, aut de gratia, te

quæ testes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia, aut inueniẽdum quid causæ postea accesserit. Quorum si nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum causas, ad inique pronuntiandum uelere. Ideoq; damnatum Rutilium, absolutos Clodium atque Catilinam. Rogandi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quàm iurent iurando alieno, suum donent. Aduersus consulta autem senatus, & decreta principum, uel magistratuum, remedium nullum est, nisi aut inuenta quantulacunque causæ posterior cõstitutio, quæ sit priori contraria: quæ si decerunt, lis non erit.

†ciusdem differentia, aut aliqua uel †eorundem potestatis hominũ

De Rumore & Fama. CAP. III.

Cic. in Topicis.

FAmam, atque rumorem pars altera consensum ciuitatis, & uelut publicum testimonium uocat, altera sermonem sine ullo certo autore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocentissimo posse accidere, fraude inimicorum falsa uulgantium. Exempla utrinq; non deerunt.

De Tormentis. CAP. IIII.

SIcut in tormentis quoque, qui est locus frequentissimus, cum pars altera quæstionem, uera fatendi necessitatem uocet, altera sæpe etiam causam falsa dicendi, quod alijs patientia facile mendacium faciat, alijs infirmitas necessariũ. Quid attinet plura de his? Plenæ sunt orationes ueterum, ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiusque litis. Nam siue de habenda quæstione agetur, plurimum interest quis, & quem

postulet, aut offerat, & in quem, & ex qua causa: siue ita erit habita, quis ei præfuerit, quis, & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia, pseuerauerit in eo quod cœperat, an aliqd dolore mutauerit, prima parte quæstionis, an procedente cruciatu, quæ + utrinq; tam infinita sunt, q̃ ipsa rerum uarietas. + utique

De Tabulis. CAP. V.

CONtra tabulas quoq; sæpe dictum, sæpe dicẽdum est, cum eas non solum refelli, sed etiam accusari, sciamus esse usitatum. Cum sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia, tutius ac facilius id, quod secũdo loco diximus, tractatur, quod scilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit, si forte aut incredibile est, id actum esse, quod tabulæ continẽt, aut (ut frequentius euenit) alijs probationibus æque inartificialibus soluitur, si aut is, in quem signatum est, aut aliquis signator dicitur abfuisse, uel prius esse defunctus, si tempora non congruunt, si uel antecedentia, uel insequentia tabulis repugnant. Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit.

De Iureiurando. CAP. VI.

IVsiurandum litigatores aut offerunt suum, aut non recipiunt oblatum, aut ab aduersario exigunt, aut recusant cum ab ipsis exigatur. Offerre suũ sine + illa conditione, ut aduersarius iuret, ferè improbum est. Qui tamen id faciet, aut uita se tuebitur, ut eũ non sit credibile peieraturũ, aut ipsa ui religionis. In qua & plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupidè ad hoc descen- + ulla

dere, sed ne hoc quidem recusare uideatur, aut si causa modò patiatur litis, propter quam deuoturus se ipse nõ fuerit, aut si præter alia causæ instrumenta, adijcit ex abundanti hanc quoq; conscientiæ suæ fidutiam. Qui nõ recipiet iniquam conditionem, & à multis contemni iurisiurandi metum dicet. Cum etiam philosophi quidam sint reperti, qui deos habere rerum humanarum curam negarent. Eum uero qui nullo offerente iurare sit paratus, & seipsum uelle de causa sua pronunciare, & quam id quod offert leue ac facile credat, ostendere. At is qui defert, agere modeste uidetur, cum litis aduersarium iudicem faciat, & eum, cuius cognitio est, onere liberet, qui profecto alieno iureiurando stari quàm suo mauult, quo difficilior recusatio est, nisi forte res est ea, quã credibile sit notam ipsi non esse. Quæ excusatio si deerit, hoc unũ relinquetur, ut inuidiã sibi quæri ab aduersario dicat, atq; id agi, ut in causa, in qua uincere non possit, queri possit. Itaq; hominem quidem malum occupaturũ hanc conditionẽ fuisse, se autem probare malle, quæ affirmet, quàm dubium cuiquam relinquere, an peierarit. Sed nobis adolescentibus seniores in agendo facti præcipere solebant, ne unquam iusiurandum deferremus, sicut nec optio iudicis aduersario esset permittenda, nec ex aduocatis partis aduersæ iudex eligendus. Nam si dicere contraria turpe aduocato uideatur, certè turpius habendum, facere quod noceat.

De Testibus. CAP. VII.

+Maximis MAximus tamen patronis circa testimonia fa

dor est. Ea dicuntur aut per tabulas, aut à præsentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam et minus uidetur obstitisse pudor inter paucos signatores, & pro diffidentia premitur absentia. Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. Tacita prætera quadam significatione refragantur his omnibus, qd' nemo per tabulas dat testimonium, nisi sua uoluntate: quo ipso non esse amicum ei se, contra quem dicit, fatetur. Nec tamen protinus cesserit orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus contra inimicum possit uerum (si integra sit ei fides) dicere. Sed latè locus uterque tractatur. Cum præsentibus uero ingens dimicatio est: ideoq; uelut duplici contra eos, proq; his acie consligitur actionum & interrogationum. In actionibus primum generaliter pro testibus, atq; in testes dici solet. Est hic communis locus, cum pars altera nullam firmiorem probationem esse contẽdit, quàm quæ sit hominum scientia nixa: altera ad detrahendam illis fidem, omnia, per quæ fieri soleant falsa testimonia, enumerat. Sequens ratio est, cum specialiter quidem, sed tamen multos pariter inuadere patroni solent. Nam & gentium simul uniuersarum eleuata testimonia ab oratoribus scimus, & tota genera testimoniorum, ut de auditionibus, non enim ipsos esse testes, sed iniuratorum afferre uoces: ut in causis repetundarum, qui se reo numerasse pecunias iurãt, litigatorum non testium habendos loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio. Quod insectationis genus, et permixtũ defensioni legimus in orationibus plurimis,

Per tabulas testimonia.

Actio in singulos.

& separatim editum, sicut in Vatinium testem. Totum igitur excutiamus locum, quando uniuersam institutionem aggressi sumus. Sufficiebant alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem compositi, quem adolescentulus senem colui: ut non lecta mihi tantum ea, sed pleraq; ex ipso sint cognita. Is uerissime præcipit, primum esse in hac parte officium oratoris, ut totam causam familiariter norit: quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo cõtingat, explicabimus, cum ad destinatum huic parti locum uenerimus. Ea res suggeret materiam interrogationi, & ueluti tela ad manum subministrabit. Eadem docebit, ad quæ iudicis animus actione sit præparandus. Debet enim uel fieri, uel detrahi testibus fides oratione perpetua, quia sic quisque dictis mouetur, ut est adcredendum, uel non credendum ante formatus. Et quoniam duo genera sunt testium, aut uoluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denunciare solet, quorum altero utraq; pars utitur, alterum accusatoribus tantum concessum est, separemus officium damnis testes, & refellentis. Qui uoluntarium producit, scire quid is dicturus sit, potest: ideoq; faciliorem uidetur in rogando habere rationem. Sed hæc quoq; pars acumen, & uigilantiam poscit: prouidẽdumq; ne timidus, ne impudicus +impudicus constãs, ne+imprudens sit testis. Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducũtur in laqueum. Sed plus deprehensi nocent, quàm firmi & interriti profuissent. Multum igitur domi ante uersandi, ac uarijs percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi

Domitij Afri libri.

Testiũ duo genera.

Voluntariũ testis interrogandi ratio.

di sunt. Sic fit, ut aut constent sibi, aut si qd titubauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interroga tione, uelut in gradum reponantur. In his quoq; adhuc, qui constiterint sibi, uitandæ sunt insidiæ: nam frequen ter subijci ab aduersario solent, & omnia profutura pol liciti diuersa respondent, & autoritatem habent non ar guentium illa, sed confitentium. Explorandum igitur, quas causas lædendi aduersarium afferant: nec id satis est, inimicos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum re conciliari uelint, ne corrupti sint, ne pœnitentia propo sitũ mutauerint. Quod cum in his quoq;, qui ea, quæ di cturi uidentur, re uera sciunt, necessarium est præcaue re, tũ multo magis in his, qui se dicturos quæ falsa sunt, pollicentur. Nam & frequentior eorum pœnitentia est, & promissum suspectius, & si perseuerauerint, + repre hensio facilior. Eorum uero, quibus denũciatur, pars te stium est, quæ reũ lædere uelit, pars quæ nolit. Idq; inte rim scit accusator, interim nescit, fingamus in præsentia scire, in utroq; + enim genere summis artibus interrogã tis opus est: nam si habet testem cupidum lædendi, caue re debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat: nec sta tim de eo quod in iudicium uenit, rogare, sed aliquo cir cuitu ad id peruenire, ut illi, quod maxime dicere uolu it, uideatur expressum. Nec nimiũ instare interrogatio ni, ne ad omnia respondendo testis fidẽ suam minuat, sed in tantum euocare eum, quãtum sumere ex uno satis sit. At in eo, qui uerum inuitus dicturus est, prima felicitas interrogãtis est, extorquere, quod is noluerit. Hoc non

+ responsio Denunciati interrogan di forma.

+ tamen

dlio modo fieri potest, quàm longius interrogatione re
petita. Respondebit enim quæ nocere causæ non arbitra
bitur. Ex pluribus deinde, quæ confessus erit, eò perduce
tur, ut quod dicere non uult, negare non possit: nam ut
in oratione sparsa plerunq; colligimus argumenta, quæ
per se nihil reum aggrauare uideantur, congregatione
deinde eorum factum conuincimus, ita huiusmodi testis
multa de anteactis, multa de insecutis, loco, tempore,
persona, cæterisque est interrogandus, ut in aliquod re
sponsum incidat, post quod illi uel fateri quæ uolumus
necesse sit, uel his, quæ iam dixerat, repugnare. Id si non
contingit, reliquum erit, ut eum nolle dicere manifes
tum sit, protrahendúsque ut in aliquo, uel extracau
sam deprehendatur. Tenendus etiam diutius, ut omnia,
ac plura quàm res desiderat pro reo dicendo, suspectus
iudici fiat, quo non minus nocebit, quàm si uera in reum
dixisset. At si (quod secundo loco diximus) nesciet ac
tor, quid propositi testis attulerit, paulatim, & ut di
citur, pedetentim interrogando experietur animum ei
us, & ad id responsum quod eliciendum erit, per gra
dus ducet. Sed quia nonnunquam sunt hæ quoque testi
um artes, ut primo ad uoluntatem respondeant, quo ma
iore fide diuersa postea dicant, est oratoris, suspectum
testem dum prodest, dimittere. Patronorum in parte
expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Difficili
or hoc, quòd raro unquam possunt ante iudicium scire,
quid testis dicturus sit: Expeditior, quod cum interro
gãdus est, sciũt quid dixerit. Itaq; in eo quod incertum

Defensoris partes in interrogando.

est, cura & inquisitione opus est, quis reũ premat, quas & quibus ex causis inimicitias habeat, eáq; in oratione prædicenda atq; amolienda sunt, siue odio conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia uideri uoluerimus. Et si deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abũdabit, conspirationẽ: si humiles producet, utilitatem: si potẽtes, gratiam oportebit incessere. Plus tamẽ prodesse rit causas, propter quas reũ lædãt, exponere: quæ sunt uariæ, et pro conditione cuiusq; litis, aut litigatoris. Nã contra illa, quæ supra diximus, simili ratione responderi locis communibus solet, quia et in paucis, atq; humilibus accusator simplicitate gloriari potest, quòd neminem, præter eos † quos putarit scire, quæsierit, & multos atque honestos commẽdare aliquando est facilius. Verum interim & singulos, ut exornare, ita destruere contingit, aut recitatis in actione, aut nominatis testibus. Quod his temporibus, quibus testis non nisi post finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quenque testium dicendum sit, sumi nisi ab ipsorum personis non potest. Reliquæ interrogandæ sunt partes, quá in re primum est nosse testem: nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari, longus protrahi potest. Prudens uero & cõstãs, uel tanquam inimicus & peruicax dimittendus statim, uel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo, si continget, urbanè dicto refrigerandus: aut si quid in eius uitam dici poterit, infamiæ criminum destruendus. Probos quosdam

Hæc facit Cice. pro Flacco.

† qui possint scire

& uerecundos non asperè incessere profuit: nam sæpe qui aduersus insectantem pugnassent, modestia mitigantur. Omnis autē interrogatio est aut in causa, aut extra causam. In causa, sicut accusatori præcepimus, patronus quoq; altius, & unde nihil suspecti sit, repetita peroratione priora sequentibus applicando, sæpe eo perducit homines, ut inuitis quod prosit extorqueat. Eius rei, sine dubio, neq; disciplina ulla in scholis, neq; exercitatio traditur: & naturali magis acumine, aut usu contingit hæc uirtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demōstrandum sit, solū est, quod ex dialogis Socraticorum, maximeq; Platonis duci potest: in quibus adeò scitæ sunt interrogationes, ut cum pleriſq; bene respondeatur, res tamē ad id, quod uolunt efficere, perueniat. Illud fortuna interim præstat, ut aliquid, quod inter se parum consentiat, à teste dicatur: interim (quod sæpius euenit) ut testis testi diuersa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc, quod casu fieri solet, etiam ratione perdu cet. Extra causam quoq; multa, quæ prosunt, rogari solent, de uita testium aliorum, de sua quisq;, si turpitudo, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitiæ cūreo, in quibus aut dicant aliquid, quod prosit, aut in mendacio, uel cupiditate lædendi deprehendantur. Sed in primis interrogatio debet esse circūspecta, quia multa contra patronos ucnusti testes sæpe respondent, eiq; præpue uulgò fauetur, tam uerbis, quàm maxime ex medio sumptis, ut qui rogatur (is autem est sæpius & imperitus) intelligat, aut ne intelligere se neget, quod interro-

Interrogatio in causa.

Extra causam.

Interrogandi lex.

gantis non leue frigus est. Illæ uero peßimæ artes, testem ßubornatum in ßubßellia aduerßarij mittere, ut inde excitatus plus noceat, uel dicēdo contra reum, cum quo ßederit, uel cum adiuuiße testimonio uidebitur, faciendo ex indußtria multa immodeßte atque intemperanter: per quæ non à se tantum dictis detrahat fidem, ßed cæteris quoque, qui profuerant, auferat autoritatem: quorum mentionem habui, non ut fierent, ßed ut uitarētur. Frigus.

Sæpe inter se collidi ßolent, inde testatio, hinc testes, locus utrinque. Hæc enim se pars iureiurando, illa conßu ßignantium tuetur. Collißio inē testationem & testes.

Sæpe inter testes, & argumenta quæßitum est, inde ßcientiam in testibus, & religionem, ingenia esse in argumentis dicitur: hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri, argumēta ex natura duci: in his iudicem ßibi, in alijs alij credere. Communia hæc pluribus caußis, multumq; iactata ßunt, ßemperq; iactabuntur. Aliquando utrinque ßunt testes, & quæßtio ßequitur ex ipßis, utri meliores uiri. Ex caußis, utri magis credibilia dixerint. Ex litigatoribus, utri gratia magis ualuerint. His adijcere ßi quis uolet ea, quæ diuina testimonia uocant, ex reßponßis, oraculis, omimibus, duplicem ßciat eorum eße tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri ßectam ßecutos pugna perpetua est, regatur ne prouidentia mundus: ßpecialem alterum, contra partem diuinationis, ut quæque in quæßtionem cadit. Aliter enim oraculorum, aliter Harußpicum, augurum, coniectorum, & mathematicorum fides confirmari, aut refelli potest, cum Inter testem & arg. Inter testem & testem. Diuina testimonia.

+ Instrumẽta

sit rerum earum ratio diuersa. Circa eiusmodi quoq; + inuenta firmanda, uel destruenda, multum habet operis oratio, si quæ sint uoces per uinum, somnum, dementiam emissæ, uel excepta parvulorum indicia, quòd pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare, dictura est. + Nec tantum præstari hoc genus potest, sed etiam ubi non est, desiderari solet. Pecuniam dedisti, quis numeravit? ubi? unde? Venenum arguis, ubi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo conscio? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficij excutit. Hæc de inartificialibus quàmbreuissime potui.

+ Nec tantũ præstare hoc genus potenter

Testimonia desiderat.

DE PROBATIONE ARtificiali. CAP. VIII.

PARS altera probationum, quæ est tota in arte, constatq; rebus ad faciendam fidem appositis, plerunq; aut omnino negligitur, aut leuissimè attingitur ab his, qui argumenta uelut horrida & confragosa uitantes, amœnioribus locis desident: neq; aliter, quàm hi qui traduntur à poetis gustu cuiusdam apud Lotophagos graminis, & Sirenum cantu deliniti, uoluptatem saluti prætulisse, dum laudis falsam imaginem persequuntur, ipsa propter quam dicitur, uictoria cedunt. Atqui cætera, quæ cõtinuo magis orationis tractu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur, neruisq; illis, quibus causa continetur, adiciunt inducti super corporis speciem: ut si forte quid factum ira, uel metu, uel cupiditate dicatur, latius quæ

Odiss. ix. Odiss. xij.

cuiusque affectus natura sit prosequemur. Iisdem laudamus, incusamus, augemus, minuimus, describimus, deterremus, querimur, consolamur, hortamur. Sed horum esse opera in rebus, aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multum uero in commouendis affectibus. Sed hæc ipsa plus ualent, cum se didicisse iudex putat, quod consequi nisi argumentatione, aliáque omni fide rerum non possumus. Quorum prius quàm partior species, indicandum † reor, quædam in omni genere probationum communia. Nam neque ulla quæstio est, quæ non sit, aut in re, aut in persona. Nec esse argumentorum loco possunt, nisi in his quæ rebus, aut personis accidunt. Eáque aut per se inspici solent, aut ad aliud referri. Neque ulla confirmatio, nisi aut ex antecedentibus, aut ex consequentibus, aut ex pugnantibus: & hæc necesse est, aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex sequentibus petere. Nec ulla res probari nisi ex alia potest. Eáque sit oportet, aut maior, aut par, aut minor. Argumenta uero reperiuntur, aut in quæstionibus, quæ etiam separatæ à complexu rerum, personarumq; spectari per se possint: aut in ipsa causa, cum inuenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum, sed eius iudicij de quo cognoscitur, proprium. Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariæ, aliæ nõ repugnantes. Adhuc omnium probationum quadruplex ratio est, ut uel quia aliquid est, aliud non sit, ut dies est, nox non est: uel quia est aliquid,

† erit

Cõfirmatio.

Argumẽta.

Probationũ quadruplex ratio.

& aliud sit, ut sol est super terram, dies est: uel quia ali
quid non est, aliud sit, ut nox non est, dies est: uel quia ali
quid non est, nec aliud sit, ut non est rationale, nec homo
est. His in uniuersum prædictis partes subijciam. IX.

De Signis. CAP.

OMnis igitur probatio artificialis constat aut si-
gnis, aut argumentis, aut exemplis. Nec ignoro,
pleriſq; uideri signa partem argumẽtorum, quæ mihi se
parandi ratio hæc fuit, prima, quòd sunt pene ex illis in
artificialibus. Cruenta enim uestis, & clamor, & liuor,
& talia, sunt instrumenta, qualia tabulæ, rumores, te-
stes nec inueniuntur ab oratore, sed ad eum cũ ipsa causa
deferuntur: Altera, quod signa siue indubitata sunt nõ
sunt argumenta, quia ubi illa sunt, quæstio non est: argu-
mẽto aũt, nisi in re cõtrouersa locus esse non potest, siue
dubia, non sunt argumenta, sed ipsis argumentis egent.
Diuiduntur autem in has duas species, quod eorum alia
sunt, ut dixi, quæ necessaria sunt, quæ Græci uocant τε-
κμήρια, alia non necessaria, quæ σημεῖα. Priora illa sunt,
quæ aliter habere se non possunt, quæ mihi uix perniue-
re ad præcepta artis uidentur. Nam ubi est signũ insolu-
bile, ibi ne lis quidem est. Id autem accidit, cũ quid aut
necesse est fieri, factũúe esse, aut certè omnino nõ potest
fieri, uel esse factum: quo in causis posito, lis non est, nisi
facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nã
& coijsse eam cum uiro, quæ peperit, quod est præteri-
ti, & fluctus esse, cum magna uis uenti in mare incubuit,
quod coniuncti: & eum mori, cuius cor est uulneratum,

Signa necessaria.

quod futuri necesse est. Nec fieri potest, ut ibi messis sit, ubi satum non est: ut quis Romæ sit, cũ est Athenis: ut sit ferro uulneratus, qui sine cicatrice est. Sed quædã & retrorsum idem ualent, ut uiuere hominẽ qui spirat, & spirare qui uiuit. Quædam in contrarium non recurrunt: Nec enim quia mouetur qui ingreditur, etiã ingreditur qui mouetur. Quare potest & coijsse cũ uiro, quæ non peperit, & non esse uentus in mari, cũ esset fluctus, nec utiq; cor eius uulneratum esse, qui perit. Ac similiter satum fuisse potest, ubi non fuit messis, nec fuisse Romæ, qui non fuit Athenis, nec fuisse ferro uulneratũ, qui habet cicatricem. Alia sunt signa non necessaria, quæ κόρτα Græci uocant, quæ etiamsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen + adiuncta cæteris plurimum ualent. Signũ uocant (ut dixi) σημεῖον, quanquã id quidam iudicium, quidam uestigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, ut per sanguinem cædes: At quia sanguis uel ex hostia respersisse uestem potest. uel è naribus profluxisse, non utiq; qui uestem cruentam habuerit, homicidium fecerit. Sed ut per se non sufficit, ita cæteris adiunctũ testimonij loco ducitur, si inimicus, si ante minatus, si eodem loco fuit. Quibus signũ cum accessit, efficit ut quæ suspecta erant, certa uideãtur. Aliquæ sunt quædã signa utriq; parti cõmunia, ut liuores, tumores. Nam uideri possunt & ueneficij, & eruditatis: & uulnus in pectore, sua manu & aliena perisse dicentibus, in quo est. Hæc perinde firma habentur, atq; extrinsecus adiuuãtur. Eorũ autem, quæ signa sunt quidẽ,

Signa nõ necessaria. + adiuta

ſed non neceſſaria, genus Hermagoras putat: nõ eſſe uir
ginem Atalantam, quia cum iuuenibus per ſyluas uage-
tur. Quod ſi receperimus, uereor ne omnia quæ ex facto
ducuntur, ſigna faciamus: eadẽ tamen ratione, qua ſigna
tractantur. Nec mihi uidentur Arcopagitæ, cum damna
uerunt puerum coturnicum oculos eruentem, aliud indi
caſſe, q̃ id ſignum eſſe perniciosiſsimæ mentis, multisq;
malo futuræ, ſi adoleuiſſet. Vnde Spurij Melij, Marciq;
Manlij popularitas, ſignum affectati regni fuit exiſtima
tum. Sed uereor ne longe nimium nos ducat hæc uia.
Nam ſi eſt ſignum adulteræ, lauari cum uiris, erit & cõ
uiuere cum adoleſcentibus, deinde etiam familiariter ali
cuius amicitia uti, aut fortaſſe corpus uulſum, fractũ in-
ceſſum, ueſtem muliebrem dixerit mollis, & parum uiri
ſigna, ſi cui, cum ſignum id proprie ſit, quod ex eo, de
quo quæritur, natum ſub oculos uenit, ut ſanguis ex ea-
de, ita illa ex impudicitia fluere uideantur. Ea quoq;
quæ q̃a plerunq; obſeruata ſunt, uulgò ſigna creduntur,
ut prognoſtica: Vento rubet aurea Phœbe.

Georg. 1. Et cornix plena pluuiam uocat improba uoce.
Eodem lib. Si cauſas ex qualitate cœli trahunt, ſanè ita appellentur:
nam ſi uento rubet luna, ſignum uenti eſt rubor. Et ſi,
ut idem poëta colligit, denſatus & laxatus aër facit, ut
ſit inde ille auium concentus, idem ſentiemus. Sunt autẽ
ſigna etiam parua magnorum, ut hæc ipſa cornix. Nam
maiora minorum eſſe nemo miratur.

DE ARGVMENTIS.
CAPVT X.

Nunc de argumentis: hoc enim nomine cõplectun
tur omnia, quæ Græci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρή-
ματα, ἀποδείξεις uocant: quanq; apud illos est aliqua
horum nominũ differentia, etiam si uis eodem ferè ten
dit. Nam enthymema (quod nos cõmentum sanè, aut com Enthimema
mentationem interpretamur, quia aliter non poßumus,
græco melius usuri) unum intellectum habet, quo omnia
mente concepta significat, sed nunc de eo non loquimur,
alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo cer-
tam quandam argumenti cõclusionem, uel ex consequen
tibus, uel ex repugnantibus: quanquã de hoc parum cõ-
ueuit. Sunt enim qui illud prius epichirema dicant, plu-
resq; inuenias in ea opinione, ut id demum, quo pugna
constat, enthymema accipi uelint. Et ideo illud Corni-
ficius contrarium appellat. Hunc alij rhetoricum syl-
logismum, alij imperfectum syllogismum uocauerunt:
quia nec distinctis nec totidem partibus concluderetur,
quod sanè nõ uitiq; ab oratore desideratur. Epichirema
Valgius aggreßionem uocat. Verrius autem iudicat nõ Epichirema.
nostram administrationem, sed ipsam rem quã aggredi-
mur, id est argumentum, quo aliquid probaturi sumus,
etiam si nondum uerbis explanatum, iam tamen mente
conceptum, epichirema dici. Alijs uidetur non destina-
tam, uel inchoatam, sed perfectam orationem hoc nomẽ
accipere, & ultimam speciem. Ideoq; propria eius appel
latio, & maxime in usu posita est, qua significatur certa
quædam sententiæ comprehensio, quæ ex tribus parti-
bus constat. Quidam epichirema rationẽ appellauerũt,

Cicero melius ratiocinatiuum: quanq; & ille nomen hoc duxisse magis à syllogismo uidetur. Nam & statum syllogisticum ratiocinatiuũ appellat, exemplisq; utitur Philosophorũ. Et quoniam est quædam inter syllogismũ & epichirema uicinitas, potest uideri hoc nomine recte abusus. Ἀπόδειξις, est euidens probatio, ideoq; apud geometras γραμμικὰ ἀποδείξεις dicuntur. Hanc & ab epichiremate Cæcilius putat differre solo genere cõclusionis, et esse apodixim imperfectũ epichirema, eadẽq; causa, qua diximus, & enthymema à syllogismo distare. Nã & epichirema syllogismi pars est. Quidam inesse epichiremati apodixim putant, & esse partem eius confirmatem. Vtcunq; autem, quanq; diuersi autores eodem modo finiunt, ut sit oratio, per ea quæ certa sunt, fidem dubijs afferens, quæ natura est omniũ argumentorũ: neq; enim certa incertis declarantur: hæc omnia generaliter πίστεις appellant: quod etsi propria interpretatione dicere fidem poßumus, apertius tamen probationem interpretabimur. Sed argumentũ quoq; plura significat. Nam & fabulæ ad actus scenarum cõpositæ argumenta dicuntur, & orationũ Ciceronis uelut themata ipse exponens Pædianus, argumentũ, inquit, tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit. Veritus fortaße ne nos in Catonẽ Argumentũ nostrum transferamus illinc mali quid, & si argumentũ simile non erat. Quo apparet, omnem ad scribendũ destinatam materiam ita appellari. Nec mirum, cum id inter opifices quoq; uulgatum sit. Vnde Vergilius: Argumẽtum ingens. Vulgoq; paulò numerosius opus dicitur

Apodixis.

Aer. 6.

argumẽtosum. Sed nunc de eo dicẽdum argumento eſt, quod probationẽ, indicium, fidem, aggreſſionem, eiuſdẽ rei nomina facit, parum diſtincte, ut arbitror. Nam probatio, & fides efficitur non tantũ per hæc, quæ ſunt rationis, ſed etiam per inartificialia. Signum autem, quod ille indicium uocat, ab argumentis iam ſeparaui. Ergo cum ſit argumentum ratio probationem præſtans, qua colligitur aliquid per aliud, & quæ, quod eſt dubiũ, per id quod dubium nõ eſt, confirmat, neceſſe eſt eſſe aliquid in cauſa, quod probatione non egeat. Alioqui nihil erit quo probemus, niſi fuerit quod aut ſit uerum, aut uideatur, ex quo dubijs fides fiat. Pro certis autem habemus primũ, quæ ſenſibus percipiuntur, ut quæ uidemus, audimus, qualia ſunt ſigna: deinde ea, in quæ cõmuni opinione conſenſum eſt, deos eſſe, præſtandam pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta ſunt, quæ perſuaſione etiamſi non omnium hominum, eius tamẽ ciuitatis, aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta ſunt: plerag; in iure non legibus, ſed moribus conſtant. Si quid inter utrang; partem conuenit, ſi quid probatum eſt, de niq; cuicunq; aduerſarius non contradicit. Sic enim fiet argumentum, cum prouidẽtia mundus regatur, adminiſtranda eſt reſpublica: ut adminiſtranda Reſp. erit, ſi liquebit mundũ prouidentia regi. Debet etiam nota eſſe recte argumẽta tractaturo, uis et natura omnium rerũ, & qd quæq; earũ plerunq; efficiat. Hinc enim ſunt quæ εἰκότα dicuntur. Credibilium aũt genera ſunt tria: Vnũ firmiſſimum, quod ferè accidit, ut liberos à parentibus

Pro certis habenda.

Credibiliũ tria genera.

amari: Alterum uelut propensius, eum qui recte ualeat, in crastinum peruenturum: Tertium tantum non repugnãs, in domo furtum factũ ab eo, qui domi fuit. Ideoq; Aristoteles in secũdo de arte Rhetorica libro diligentissime est executus, quid cuiq; rei, & quid cuiq; homini solet accidere, & quas res, quosq; homines, quibus rebus, aut hominibus, uel conciliasset, uel alienasset ipsa natura, ut diuitias quid sequatur, aut ambitum, aut superfluitionem, quid boni probent, quid mali petãt, quid milites, quid rustici, quo quæq; modo res uitari, uel appeti soleat. Verum hoc exequi mitto. Non enim longũ tantũ, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est, præterea positum in communi omnium intellectu. Si quis tamen desiderauerit, à quo peteret, ostendi. Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima consistit argumentationis, ex huiusmodi fontibus fluunt, an credibile sit à filio patrem occisum, incestum cum filia commissum, & contrà, ueneficium in nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoq;, an scelus palàm factum, an falsum dixerit propter exiguam summam, quia suos quisq; horũ uelut mores habet, plerunq; tamen non semper, alioqui inhabitata essent, non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos, quanq̃ quibusdam hi quoq;, de quibus supra dixi, uidentur. Locos appello, non ut uulgò nunc intelliguntur, ut in luxuriam & adulterium, & similia, sed sedes argumentorum in quibus latent, ex quibus sunt petẽda. Nam ut in terra non omni generantur omnia, nec auem nec feram reperias, ubi quæq; nasci, aut morari

Impossibile Credibiliũ fontes.

Loci argumentorum.

soleat ignarus. Et piscium quoq; genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiam littoribusq; discreta sunt, nec elopen nostro mari, aut scarum ducas: Ita non omne argumentum undiq; uenit, ideoq; non passim quærendum est. Multus alioqui error est, & exhausto labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inuenire nisi casu. At si scierimus ubi quicq; nascatur, cũ ad locum uentum erit, facile quod eo erit, peruidebimus.

In primis igitur argumenta sæpe à persona ducenda sunt, cum sit, ut dixi, diuisio, ut omnia in hæc duo partiamur, res atq; personas, ut causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera, rerum sint accidentia.

Personis autem non quicquid accidit, exequendum mihi est, ut pleriq; fecerunt, sed unde argumenta sumi possunt. Ea porrò sunt genus, nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerunq; creduntur, & nonnunq; ad honestę turpiterq; uiuendum, inde causæ fluunt. Natio, nã & gentibus proprij mores sunt, nec idem in barbaro, Romano, Græco, probabile est. Patria, quia similiter etiam ciuitatum leges, institutа, opiniones habent differentiam. Sexus, ut latrocinium facilius in uiro, ueneficiũ in fœmina credas. Aetas, quia aliud alijs annis magis conuenit. Educatio & disciplina, quoniam refert à quibus, & quo quisq; modo sit institutus. Habitus corporis, ducitur enim frequenter in argumentũ species libidinis, robur petulantiæ. His contraria in diuersum. Fortuna, neq; enim idẽ credibile est in diuite ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundãte, & his oĩbus destituto.

à persona.

Personis accidentia.

à genere

à natione.

à patria.

à sexu

Ab ætate

Ab educatione.

Ab habitu.

à fortuna.

Cõditione. *Conditionis etiam distantia est, nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregri nus, liber an seruus, maritus an cælebs, parens liberorũ an orbus sit, plurimũ distat. Animi natura, etenim auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, fœcritas aliaq; his similia, afferunt frequenter fidem, aut detrahũt: sicut uictus, luxuriosus, an frugi, an sordidus, quæritur. Studia quoq;, nam rusticus, forensis, negociator, miles, nauigator, medicus, aliud atq; aliud efficiunt. Intuendum etiam quid affectet quisq;, locuples uideri an disertus, iustus an potens. Spectantur anteacta, dictaq;. Ex præteritis enim æstimari solent præsentia. His adijciunt quidam cõmotionem, hanc accipi uolunt temporariũ animi motum, sicut iram, pauorem. Consilia autẽ, & præsentis & præteriti & futuri temporis, quæ mihi, etiamsi personis accidunt, referenda tamẽ ad illam partẽ argumentorũ uidentur, quã ex causis ducimus: sicut habitus quidã animi quo tractatur inimicus, an amicus. Ponunt in persona & nomen, quod quidẽ ei accidere necesse est, sed in argumentũ raro cadit: nisi cum aut ex causa datum est, ut sapiens, magnus, plenus, aut et ipsum alicuius cogitationis attulit causam: ut Lentulo coniurationis, quòd libris Sibyllinis, haruspicumq; responsis, dominatio dari tribus Cornelijs dicebatur, séque eum tertium esse credebat post Syllã, Cinnamq;, q̃ & ipse Cornelius erat. Nam & illud extat apud Euripidẽ, frigidum sanè, quod nomẽ Polynicis, ut argumentũ frater morum incesſit. Locorum † enim ex eo frequẽs materia, qua Cicero, in Verrẽ non*

Natura animi. Victus. Studijs. Affectibus. Ab anteactis dictisq;.

In phœnissis.

† tamen

semel usus est. Hæc ferè circa personas sunt, aut his simi
lia. Neq; enim cõplecti oĩa, uel hac in parte, uel in cæteris
possumus, contenti rationem plura quæsituris ostẽdere.
Nunc ad res transeo, in quibus maxime sunt personis Accidentia
iuncta quæ agimus, ideoq; prima tractanda. In omni- rebus.
bus porrò quæ fiunt, quæritur aut quare, aut ubi, aut Arg. à reb⁹
quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Ducuntur actis.
igitur argumenta ex causis factorum, uel futurorũ quo A causis fa-
rum materiam ὕλην alij, Διάφαμμ alij nominauerunt, ctorum uel
in duo genera, sed quaternas utriusq; diuidunt species. futuro⁹.
Nam ferè uersatur ratio faciendi circa bonorũ adeptio
nem, incrementũ, conseruationẽ, usum: aut malorũ euita
tionem, liberationem, imminutionẽ, conuersionem, nanq;
hæc in deliberando plurimũ ualent. Sed has causas habẽt
recta: praua contrà ex falsis opinionibus ueniunt. Nam A prauis.
est his, initium ex his, quæ creduntur bona aut mala: In-
de errores existunt, & pessimi affectus, in quibus sunt,
ira, odium, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, me
tus, cætera eiusdem generis. Accedunt aliquando for-
tuna, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad ueniam ua
lent, interim ad probationem criminum. Vt si quis dum
alij insidiatur, alium dicitur interemisse. Causæ porrò Causæ.
non ad conuincendum modò, quod obijcitur, sed ad de-
fendendum quoq; excuti solent: cum quis se recte feciſ-
se, id est, honesta causa, contendit, qua de re latius in ter
tio libro dictum. Finitiones interim ex causis pendent. A finitione.
An tyrannicida, qui tyrannum, à quo deprehensus in
adulterio fuerat, occidit. An sacrilegus, qui ut hostes

urbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducuntur argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consilijs an aduersus. Quam partem uidemus uehementißime pro Milone tractasse Ciceronem. Et hæc quidem, ac similia ad coniecturam frequentius pertinent, sed interim ad ius quoq; priuatus an publicus, sacer an prophanus, noster an alienus. Vt in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur. Priuatam pecuniam sustulisti, uerum quia de templo, nõ furtum, sed sacrilegium est. Occidisti adulterũ, quod lex permittit: sed quia in lupanari, cædes est. Iniuriam feciſti, sed quia magistratui, maiestatis actio est, uel contrà, licuit, quia pater eram, quia magistratus. Sed circa facti controuersiam, argumenta præstant, circa iuris lites, materia quæstionum. Ad qualitatem quoq; frequenter pertinet locus. Neque enim idem ubiq; aut licet, aut decorum est. Quin etiam in qua quicq; ciuitate quæratur, interest. Moribus enim & legibus distant. Ad commendationem quoq; & inuidiam ualet.

Nam & Aiax apud Ouidium inquit, decimotertio Metamorphoseos:

Ante rates agimus causam, & mecũ confertur Vlysses.

Et Miloni inter cætera obiectum est, quod CLODIVS in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus.

Ad suadendi momenta idem ualet, sicut tempus, cuius tractatum subiungam. Eius autem (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est. Generaliter enim & specialiter accipitur. Prius illud est, Nunc, Olim, Tunc, sub ALEXANDRRO, cum apud Ilion pugnatum est, deniq; præteritum, instans, futurum. Hoc sequens habet & constituta discrimina, æstate, hyemæ, noctu, interdiu: & fortuita, in pestilentia, in bello, in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale tempus, hoc speciale, tempora uocarent. Quorum utrorumque ratio, & in consilijs quidem, & in illo demonstratiuo genere uersatur, sed in iudicijs frequentissima est. Nam & iuris quæstiones facit, & qualitatem distinguit, & ad coniecturam plurimum confert: ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt, si dicatur (ut supra posui) signator, qui ante diem tabularum decesßit, aut commisisse aliquid, uel cum infans esset, uel cum omnino natus non esset. Præter id, quod omnia facile argumenta, aut ex his, quæ ante rem facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut consequentibus ducuntur. Ex antecedentibus ‡ Mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem anteceßisti. Causæ quoq; factorum præteriti sunt temporis. + Sed tempus subtilius quidam, q̃ necesse erat diuiserunt, ut esset iuncti, sonus auditus est: adhærentis, clamor sublatus est. Insequentis sunt illa, latuisti, pfugisti, liuores, & tumores apparuerunt. Iisdem temporũ gradibus defensor utetur ad detrahendam ei, quod obijcitur fidem.

à tempore

Cap. de tabulis.

‡ secundum

In his omnis factorum, dictorumq; ratio uersatur, sed dupliciter Nam fiunt quædam, quia aliud postea futurum est, quædam, quia aliud ante factum est: ut cum obijcitur reo lenocinij speciosæ marito, quod speciosum adulterij damnatam quandam emerit: aut parricidij reo luxurioso, quod dixerit patri, non me amplius obiurgato bis. Nam & ille, non quia emit, leno est, sed qa leno erat, emit. Nec hic, quia sic erat locutus, occidit, sed quia erat occisurus, sic locutus est. Casus autem, qui & ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus: sed quadam proprietate distinguitur: ut si dicam, melior dux Scipio quàm Annibal, uicit enim Annibalem. Bonus gubernator nunquam fecit naufragium. Bonus agricola magnos sustulit fructus. Et contrà, sumptuosus fuit, patrimonium exhausit, turpiter uixit, uel omnibus inuisus est. Intuendæ sunt, præcipueq; in coniecturis, & facultates. Credibilius est enim occisos à pluribus pauciores à firmioribus imbecilliores, à uigilantibus dormientes, à præparatis inopinantes. Quorum contraria in diuersum ualent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudicijs ad duas res solemus referre, an uoluerit quis, an potuerit. Nam & uoluntatem spes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura: Insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio. Ille cum seruis robustis, hic cum mulierum comitatu. Ille equis, hic in rheda. Ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis, & copiæ. Sed ex instrumento aliquando

A casu.

A facultate.

Ab instrumẽto.

etiam signa nascuntur, ut spiculum in corpore inuctum.
His adijcitur modus, quem τρόπον dicunt, quo quæri- A modo.
tur, quemadmodum quid sit factum: id quod ad qualita-
tem scriptumq; pertinet: ut si negemus adulterum uene
no occidisse, cum ferro licuisset occidere, sed uel oportu
isse: tum ad coniecturas quoq;, ut si dicam, bona mente
factum, ideoq; palàm: mala ideo ex insidijs, noctu, in so-
litudine. In rebus autem omnibus de quarum ui aut natu
ra quæritur, quasq; etiam citra complexum personarũ,
cæterorumq;, ex quibus sit causa, per se intueri possu- An sit, quid
mus, tria sine dubio rursus spectãda sunt, an sit, quid sit, sit, quale sit.
quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum omni
bus communes, diuidi hæc in tria genera non possunt.
Ideoq; locis potius, ut quousque incurrent, subijcienda
sunt. Ducuntur ergo argumenta ex finitione, seu fine: Ex finitio-
nam utroque modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut ne, seu fine.
enim simpliciter quæritur, sit ne hoc uirtus: aut antece-
dente finitione, quid sit uirtus: id aut in uniuersum uer-
bis complectimur, ut rhetorice est bene dicendi scientia:
aut per partes, ut rhetorice est recte inueniendi, & di
sponendi, & eloquendi cum firma memoria, & cum di-
gnitate actionis, scientia. Præterea finimus, aut ui, sicut Finimus ui
superiora: aut ἐτυμολογίᾳ, ut assiduum ab † ære dan- & etymolo-
do, & locupletem à locorum, pecuniosum à pecorum co gia.
pia. Finitioni subiecta maxime uidentur, genus, species, † asse
differens, propriũ. Ex his omnibus argumenta ducũtur. A genere.
Genus ad probãdam speciem minimum ualet, plurimum A specie.
ad refellendam. Itaq; non quia est arbor, platanus est: A proprio.

A genere. A ſpecie. A ꝓprio.

at quod non eſt arbor, utiq; platanus non eſt. Nec quod non eſt uirtus, utiq; poteſt eſſe iuſtitia. Itaque à genere perueniendum eſt ad ultimam ſpeciem: ut homo eſt animal, non eſt ſatis (id enim genus eſt) mortale: etiamſi ſpecies eſt, cum alijs tamen communis finitio. Rationale, nihil ſupererit ad demõſtrandũ id, quòd uelis. Contrà ſpecies firmam probationem habet generis, infirmam relationẽ. Nam quod iuſtitia eſt, utiq; uirtus eſt: quod non eſt iuſtitia, poteſt eſſe uirtus: ut ſi eſt fortitudo, cõtinentia, conſtantia. Nunquã itaq; tolletur à ſpecie genus, niſi omnes ſpecies, quæ ſunt generi ſubiectæ, remouentur, hoc modo: Quod neq; immortale eſt, neq; mortale, animal non eſt. His adijciunt propria & differentia. Proprijs confirmatur finitio, differentibus ſoluitur. Proprium aũt eſt, aut quod ſoli accidit, ut homini ſermo, riſus: aut quod utiq; accidit, ſed non ſoli, ut igni calefacere. Et ſunt eiuſdẽ rei plura propria, ut ipſius ignis lucere, calere. Itaq; quodcunq; propriũ deerit, ſoluet finitionẽ, non utiq; quodcunq; erit, confirmabit. Sæpiſſime aũt quid ſit proprium cuiuſq; quæritur, ut ſi per etymologiam dicatur: Tyrannicidæ proprium eſt tyrannũ occidere, negemus. Non enim ſi traditũ ſibi eum carnifex occiderit, tyrãnicida uocatur, nec ſi imprudẽs, uel inuitus. Quod aũt propriũ non erit, differẽs erit, ut aliud eſt ſeruũ eſſe, aliud ſeruire, qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet. Qui ſeruus eſt, ſi manumittatur, fit libertinus, non itidem addictus, & plura de quibus alio loco. Illud quoq; differens uocant, cum genere in ſpeciẽ diducto ſpecies ipſa diſcer-

Proprium.

Addicti.

Differens.

nitur: Animal genus, mortale species, terrenum uel bipes, differens. Nondum enim proprium est, sed iam differt à marino, uel quadrupede. Quod non tã ad argumẽtum pertinet, q̃ ad diligentem finitionis comprehensionem. Cicero genus & speciem, quam eandẽ formam uocat, à finitione diducit, & his, quæ ad aliquid sunt, subijcit: ut si is, cui omne argentum legatum est, petat signatum quoq;, utatur genere. At si quis cum legatum sit ei, quæ uiro materfamiliâs esset, neget deberi ei, quæ in matrimonium non cõuenerit specie: quoniam duæ formæ sint maceet, eamq; differre à partitione: quod hæc sit totius in partes, illa generis in formas. Partes incertas esse, ut quibus cõstet Respublica. Formas certas, ut quot sint species rerumpublicarum. Quas tres accipimus, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius potestate regerẽtur. Et illequidem non his exemplis utitur, quia scribens ad Trebatium, ex iure ea ducere maluit: ego apertiora posui. Propria uero ad cõiecturæ quoq; pertinent partem, ut proprium est boni recte facere: iracundi uerbis excandescere. Ac contrà, quædam in quibusdam utiq; non sunt, & ratio, quamuis ex diuerso, eadem est. Diuisio, & ad probandum simili uia ualet, et ad refellendum. †Proban ti interim satis est unum habere, hoc modo: Vt sit ciuis quis, aut natus sit oportet, aut factus. Neganti utrunq; tollendum est, nec natus, nec factus est. Fit hoc & multiplex, ideoq; argumentorum est genus ex remotione, quo modo efficitur totum falsum, modo id quod relinquitur.

In Topicis.

A diuisione.

Democratia
Aristocratia
Monarchia.

Coniecturę.

†Probatiõi

uerum. Totũ falsum est, hoc modo: Pecuniã te credidisse dicis: aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inueniſti, aut ſurripuiſti. Si neq; domi habuiſti, neq; ab alio
† & accepiſti, † nec cætera, non credidiſti. Reliquum fit uerum ſic: Hic ſeruus, quem tibi uendicas, aut uerna tuus est, aut emptus, aut donatus, aut teſtamẽto relictus, aut ex hoſte captus, aut alienus. Deinde remotis prioribus, ſupererit alienus. Periculoſum, & cum cura intuendum genus: quia ſi in proponendo unum quodlibet omiſeris mus, cum riſu quoq; tota res ſoluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cum interrogat, ſi hæc actio nõ ſit, quæ ſit. Simul enim remouentur omnia. Vel cum duo ponuntur inter ſe contraria, quorum tenuiſſe utrumlibet ſufficiat, quale Ciceronis eſt: Vnum quidem, certe nemo erit tam inimicus Cluentio, qui mihi non cõcedat, ſi corruptum illud eſt iudicium, aut ab Habito, aut ab Opianico: Si doceo non ab Habito, uinco ab Opianico: Si oſtendo ab Opianico, purgo Habitum. Fit etiam ex duobus quorum † neceſſaria eſt alterutrum eligendi aduerſario poteſtas: efficiturq;, ut utrũ elegerit, nocet. Facit hoc Cicero pro Oppio: Vtrum cum Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere, telũ ei è manibus ereptum eſt. Et pro Varreno: Optio uobis datur, utrum uelitis caſu illo itinere Varrenum uſum eſſe, an huius perſuaſu & inductu. Deinde utraq; facit accuſatoria contraria. Inuerim duo ita proponuntur, ut utrũlibet elegerit, idem efficiat, quale eſt: philoſophãdum eſt, etiamſi non eſt philoſophandum. Et illud uulgatum: Quõ ſche-

† neceſſe eſt alterũ uerę

ma, si intelligitur? quòd si non intelligitur? &: Mentietur in tormentis, qui dolorem pati potest, mentietur, qui non potest. Vt sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. Habent enim omnia initium, incrementum, summam: ut iurgium, deinde cædes, & strages. Est ergo hic quoque argumento rum locus inuicem probantium. Nam & ex initijs summa colligitur, quale est: Non possum togam prætextam sperare, cum exordium pullum uideam. Et contrà, non dominationis causa Syllam arma sumpsisse, argumentũ est dictatura deposita. Similiter et ex incremento in utranq; partem ducitur rei ratio, cum in coniectura, tum etiam in tractatu æquitatis, an ad initiũ summa referenda, id est, an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit. Est argumentorum locus ex similibus. Si continentia uirtus, utiq; & abstinentia. Si fidem debet tutor, & procurator. Hoc est ex eo genere, quod & ἐπαγωγὴν Græci uocant: Cicero inductionem. Ex dissimilibus: Non si lætitia bonũ, & uoluptas. Non quod mulieri, idem †pupillo. Ex contrarijs: Frugalitas bonũ, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax. Si ueniam meretur, qui imprudẽs nocuit, non meretur præmium, qui imprudens profuit. Ex repugnantibus: Qui est stultus, sapiens non est. Ex cõsequentibus, siue adiunctis: Si iustitia est bonum, recte iudicandum. Si malũ perfidia, nõ est fallendũ. Idemq; retro: Nec sunt illa his dissimilia, ideoq; huic loco subijcienda, cum & ipsa naturaliter congruant: Quod quis non habuit, non perdidit,

Ab initio.

Ab incremẽto.

A similibus.

In Topicis.

A dissimilibus.

†Popilio

A cõtrarijs.

Ex repugnãtibus.

Ex consequentibus cõiunctisue.

Quem quis amat, sciens non lædit. Quem quis hæredem
suum esse uoluit, charum habuit, habet, habebit. Sed cum
sint indubitata, uim habent penè signorum immutabili-
um. Sed hæc consequentia dico ἀκόλουθα: est enim conse-
quẽs sapientiæ bonitas: illa sequentia ἐπαγόμενα, quæ
postea facta sunt, aut futura. Nec sum de nominibus am-
xius, uocet enim, ut uoluerit, quisq; dum uis rerum ipsa
manifesta sit: appareatq; hoc temporis, illud esse natu-
ræ. Itaq; non dubito hæc quoq; cõsequentia, quamuis ex
prioribus dent argumentum ad ea quæ sequuntur: quo-
rum quidam duas species esse uolucrũt: Actionis, ut pro
Oppio: Quos educere inuitos in prouinciam non pote-
Act. iii. it, eos inuitos retinere quî potuit? Temporis, in Verrẽ:
Si finem Prætoris edicto afferunt calendæ Ianuarij, cur
non initium quoque edicti nascatur à calendis Ianuarijs?
Quod utrunque exemplũ tale est, ut idem in diuersum,
si retro agas, ualeat. Consequens est enim eos, qui inuiti
duci non potuerunt, inuitos non potuisse retineri. Illa
quoque quæ in rebus mutuam confirmationem præstant
bus ducuntur, quæ proprij generis quidam uidentur
De inuentio lunt, & uocant ἐκ τῶν πρός ἄλληλα, Cicero ex rebus
ne. sub eandem rationem uenientibus, fortiter consequen-
tibus iunxerim: Si portorium Rhodijs locare bonestum
est, & Hermocreonti conducere: & quod discere hon-
nestum, & docere. Vnde illa non hac ratione dicta, sed
efficiens idem, Domitij Afri sententia est pulchra: Ego
accusaui, uos damnastis. Est inuicẽ consequens, & quod
ex diuersis idem ostendit, ut qui mũdum nasci dicit, per

hoc ipsum et deficere significat: quia deficit omne quod nascitur. Similima est his argumentatio, quia colligi solent ex his quæ faciunt, ea quæ efficiuntur, aut contrà: quod genus à causis uocant. Hæc interim necessariò fiunt, interim plerunque, sed non necessariò. Nam corpus in lumine utique umbram facit, & umbra ubicunq; est, ibi corpus esse ostendit. Alia sunt, ut dixi, non necessaria, uel utrinque, uel ex altera parte: Sol colorat, non uti que qui est coloratus, à sole est. Iter puluerulentum facit, sed nec omne iter puluerem mouet: nec quisquis est puluerulẽtus, ex itinere est. Quæ utrinq; fiũt talia sunt. Si sapientia bonum uirum facit, bonus uir est utiq; sapiens. Ideoq; boni est honeste facere: mali, turpiter: et qui honeste faciunt, boni: qui turpiter, mali recte iudicantur. + At exercitatio plerunq; robustũ corpus facit, sed non quisquis est robustus, exercitatus: nec quisquis exercitatus, robustus est: Nec quia fortitudo præstat, ne mortem timeamus, quisquis mortem non timuerit, uir fortis erit existimãdus. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est. Et hæc ad hortatiuum genus maxime pertinent. Virtus facit laudem, sequenda igitur: at uoluptas infamiam, fugienda igitur. Recte autem monemur, causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea:

Vtinam ne in nemore Pelio.

Quasi uero id eam fecerit miseram, aut nocentem, quod + illic ceciderint abiegnæ ad terram trabes. Et Phylocte ta Paridi:

Si imperasses tibi, ego nunc non essem miser.

Ab efficientibus & effectis, siue à causis.

Ab euentis.

+ ad hoc

+ illæ

Quomodo peruenire quò libet, retro causas legemibus licet. His illud adijcere ridiculum putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod coniugatum uocant, ut: eos qui remiserint faciant, iuste facere: quod certe non eget probatione. Quod compascuum est, compascere licere. Quidam hæc, quæ uel ex causis, uel ex efficientibus diximus, alio nomine uocant ἐκβάσεις, id est exitus. Nam nec hic aliud tractatur, quàm quid ex quoque eueniat. Apposita uel comparatiua dicũtur, quæ maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probant. Confirmatur coniectura ex maiore: Si quis sacrilegium facit, faciet & furtum. Ex minore: Qui facile ac palàm mentitur, peierabit. Ex pari: Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, & ob dicendum falsum testimonium accepit. Iuris confirmatio est huiusmodi. Ex maiore: Si adulterum occidere licet, & loris cædere. Ex minore: Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem? Ex Pari: Quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est, eadem aduersus matris. Quorum omnium tractatus uersatur in syllogismis. Illa magis finitionibus, aut qualitatibus prosunt. Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Si furtum scelus, magis sacrilegium. Si abstinentia uirtus, & continentia. Si mundus prouidentia regitur, administranda est respublica. Si domus ædificari sine ratione non potest, quid agendum in naualium cura & armorum? Ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur. Nam ex pluribus ad unum, & ex uno ad plura (unde est, quod semel, & sæpius) et ex parte ad

A coniugatis.

Ab appositis uel comparatiuis.

Ad coniectu ram.
A maiori.
A minori.
A pari.

Ex iure.
A maiori.
A minori.
A pari.

Ad finitionem.
A minori.
A maiori.
A pari.

totum, ex genere ad speciem, ex eo quod continet, ad id quod continetur, ut ex difficilioribus ad faciliora, & ex longe positis ad +propiora, & ad omnia quæ contra hæc sunt, eadem ratione argumenta ducũtur. Sunt enim & hæc maiora & minora, aut certe uim similem obtinent: quæ si prosequamur, nullus erit ea concidendi modus, infinita est enim rerum comparatio, iucũdiora, gratiora, magis necessaria, honestiora, utiliora. Sed omittamus plura, ne in eam ipsam, quam uito, loquacitatem incidã. Exemplorũ quoq; ad hæc infinitus est numerus: sed pauciss ima attingam. Ex maiore, pro Cecinna: +Qui ex ercitus armatos mouet, is aduocationem togatorum nõ uidebitur mouisse? Ex faciliore, in Clodium & Curionem: Ac uide, an facile fieri tu potueris, cum is factus nõ sit, cui tu concesisti. Ex difficiliore: Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem, de Ligarij audeam confiteri. Et ibi: An sperãdi Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit, etiam pro altero deprecandi? Ex minore, pro Cecinna: Ita ne uero scire esse armatos satis est, ut uim factam probes, in manus eorum incidere non est satis? Ergo, ut breuiter contraham summam, ducuntur argumenta à personis, causis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, cõiunctum, insequens) facultatibus, quibus instrumentum subiecimus, modo, id est, ut quicq; sit factum, finitione, genere specie, differentibus, propriis, remotione, diuisione, initio, incrementis, summa, similibus, dissimilibus, pugnantibus, consequentibus, efficientibus, effectis, euẽtis, iugatis, comparatione,

+propria

Comparationis species.

Pro Liga. Exempla.

A maiori.
A faciliori.
A difficilliori.

+Quod exercit⁹ arma mouet, id ad uocationem non uidebit mouisse?

A minore.

Argumento rũ genera.

quæ in plures deducitur ſpecies. Illud adijciendum uide
tur, duci argumenta non à confeßis tantum, ſed etiã à
A fictione. fictione, quam Græci καθ' ὑπόθεσιν uocant. Et quidem
ex omnibus ijſdem locis, quibus ſuperiora, quia totidem
ſpecies eſſe poſſunt fictæ, quot ueræ. Nam fingere hoc lo
co, id eſt proponere aliquid, quod ſi uerum ſit, aut ſolu
uat quæſtionem, aut adiuuet. Deinde id de quo quæri
tur, facere illi ſimile. Id quo facilius accipiant iuuenes,
nondum ſcholam egreßi, primo familiaribus magiſq;
uſitatis exemplis oſtendam: Lex eſt, Qui parentes non
aluerit, uinciatur. Non alit quis, & uincula nihilominus
recuſat. Vtitur fictione, ſi miles, ſi infans ſit, ſi reipubli
† opinionẽ cæ cauſa abſit. Et illa contra † optionem fortium, ſi ty
rannidem petat, ſi templorum euerſionem. Plurimumq;
ea res uirium habet contra ſcriptum. Vtitur his Cicero
pro Cecinna: Vnde tu, aut familia, aut procurator tuus.
Si me uillicus tuus ſolus deieciſſet, nõ familia deieciſſet,
ut opinor, ſed aliquis de familia. Si uero ne habeas quidẽ
ſeruũ, præter eum, qui me deiecerit. Et alia in eodẽ libro
plurima. Verũ eadẽ fictio ualet & ad qualitates: Si Cati
lina cum ſuo conſilio nefariorum hominũ, quos ſecũ ha
Philipp. 11. xit, hac de re poſſet iudicare, cõdemnaret Lucũ Mure
nam. Et ad amplificationem: Si hoc tibi inter cæteros, in
illis immanibus poculis tuis accidiſſet. Sic: & ſi Reſp. no
cẽ haberèt. Has ferè cædes accepimus probationum in
uniuerſum, quas nec generatim tradere ſat eſt, cum ex
qualibet earum innumerabilis argumentorũ copia oria
tur, nec per ſingulas ſpecies exequi patitur natura re

rum, quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incõmoda, ut & nimium dicerent, & tamen totũ. Vnde plurimi cũ in hos inexplicabiles laqueos inciderũt, omnẽ etiã quem ex ingenio suo potuerãt habere conatũ, uelut astricti certis legum uinculis, perdiderunt, et magistrum respicientes, naturam ducẽ sequi desierunt. Nam ut per se non sufficit scire, omnes probationes, aut à personis, aut rebus peti: quia utrũq; in plura diuiditur, ita ex antecedentibus, & iunctis, et insequentibus trahenda esse argumenta, qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaq; causa dicendum sit, ex his sciat, præsertim cum plurimæ probationes in ipso causarum cõplexu reperiãtur, ita ut sint cum alia lite nulla cõmunes. Eæq; sint potentissimæ, & minimæ obuiæ, quia communibus ex præceptis propria inuenienda sunt. Hoc genus argumẽtorum sanè dicamus ex circumstantia, quia περίστασιν dicere aliter non possumus: uel ex his, quæ cuiusq; causæ propria sunt, ut in illo adultero sacerdote, qui lege quæ uetuit seruandi potestatem habebat, se ipse seruare uoluit, proprium est controuersiæ dicere: Non unum nocentem seruabis, quia te dimisso, adulteram occidere non licebit. Hoc enim argumẽtum lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occidi. Et illa in qua lex est, ut argentarij dimidium ex eo quod debebant, soluerent, creditum suum totum exigerent. Argentarius ab argentario solidum petit. Propriũ ex materia est argumentum creditoris: idcirco adiectum esse in lege, ut argentarius totum exigeret. Aduersus alios enim non opus fuisse

Peristasis Græcis appellatur, quicquid ita adhæret rei, ut quasi è natura trahi posse uideatur, non tamen naturalis est, q̃re Theophrastus περιστάσεις, ut testatẽ Ammonius subinde ἐπιβεβηκότας appellat, id sonat quicquid ad rem dici possit.

lege, cum omnes præterquam ab argentarijs totum exi-
gendi ius haberent. Cum multa autem nouantur in omni
genere materiæ, tum præcipue in his quæstionibus, quæ
scripto constant, quia uocum est in singulis ambiguitas
frequens, adhuc in coniunctis magis. Et hæc ipsa pluri-
um legum, aliorúmue scriptorum, uel congruentium, uel
repugnantium complexu uarientur necesse est, cum res
rei, aut ius iuris, quasi signum est: Non debui tibi pecu-
niam, nunquam me appellasti, usuram non accepisti, ul-
tro à me mutuatus es. Lex est: Qui patri proditiõis reo
non affuerit, exhæres sit. Negat nisi pater absolutus sit,
quid signi? Lex altera: Proditionis dãnatus, cum aduo-
cato exulet. Cicero pro Cluentio P. Popilium, & Tibe-
rium Guttam dicit non iudicij corrupti, sed ambitus esse
damnatos, quid signi? quod accusatores eorum, qui erãt
& ipsi ambitus damnati, è lege sint post hanc uictoriam
restituti. Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid
proponẽdum, quàm quomodo sit quod proposueris pro
bandum. Hic omnino uis inuentionis si non maior, certe
prior. Nam ut tela superuacua sint nescienti quid petat,
sic argumenta, nisi præuideris cui rei adhibenda sint,
hoc est, quod comprehendi arte non possit. Ideoq; cum
plures eadem didicerint, generibus argumentorum si-
milibus utentur, alius tamen alio plura, quibus utatur
inueniet. Sit exempli gratia proposita controuersia,
quæ minime communes cum alijs quæstiones habet: Cum
Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus
centum talenta mutuò Thessalis dedisse Thebanos cons

Et Aristoteles in Rhet. ingenij & industriæ non artificij putat esse rem suo loco & tẽpore proponere, & in hac re naturã esse magistram, quicq; hac dote à

tinebatur. Has, quia erat usus commilitio Thessalorum, donauit his ultrò, postea restituti à Cassandro Thebani reposcunt Thessalos, apud Amphyctionas agitur, centum talenta & credidisse eos constat, & non recepisse. Lis omnis ex eo, quod Alexander ea Thessalis donasse dicitur, pendet, constat quoq; illud, non esse his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, an perinde sit quod datum est, ac si pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorum loci, nisi hæc prius uidero, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, non donasse? Et prima quidem actio facilis ac fauorabilis, repetentiũ iure, quod ui sit ablatũ. Sed hinc aspera & uehemẽs quæstio exoritur, de iure belli dicentibus Thessalis, hoc regna, populos, fines gentium atq; urbiũ cõtineri. Inueniẽdum cõtrà est, quo distet hæc causa à cæteris, quæ in postestatem uictoris uenirent, nec circa probationẽ res hæret, sed circa propositionem. Dicamus in primis in eo qđ in iudicium deducipotest, nihil ualere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeant, non esse iudicẽ, ubi iudex sit, illa nihil ualere. Hoc inueni endũ est, ubi adhiberi possit argumentũ. Ideo captiuos si in patriã redierint, liberos esse, qa bello parta nõ nisi eadẽ ui possideantur, Propriũ & illud causæ, quod Amphictyones iudicant, ut alia apud Centumuiros, alia apud iudicem priuatum in ijsdem quæstionibus ratio sit. Tum secundo gradu non potuisse donari à uictore ius, quia id demum sit eius quod teneat: ius quod sit incorporale, apprehẽdi manu non potuisse. Hoc reperire difficile

natura præditi sunt hos ab Homero Alphestas singulari uocabulo appellatos.

Ius belli in iudicium nõ deducitur, hinc frequẽs hoc, silent lẽges inter arma, clausum est forũ aperto Iano. & similes.

Ius incorporale de qua re uide iurisper. institu. libro II. Tit. II.

lius, quàm cum inueneris, argumentis adiuuare, ut alia sit conditio hæredis, alia uictoris, quia ad illum ius, ad hunc res transeat. Proprium deinde materiæ, ius publici crediti transire ad uictorem non potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quamdiu quilibet unus superfuerit, esse eum totius summæ creditorem. Thebanos autem non omnes in Alexandri manu fuisse. Hoc non extrinsecus probatur, quæ uis est argumenti, sed ipsum per se ualet. Tertij loci pars prior magis uulgaris. Non in tabulis esse ius, idq; mutatis argumentis defendi potest. Mens quoque Alexandri duci debet in dubium, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rursus materiæ proprium, & uelut nouæ controuersiæ, quod restitutione recepisse ius, etiamsi quod amiserint, Thebani uidentur. Hic & quid Cassander uelit quæritur. Sed uel potentissima apud Amphictyonas æqui tractatio est. Hæc non idcirco dico, quod inutilem horum locorum, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionem putem, alioqui nec tradidissem, sed ne si qui cognouerint ista, si cætera negligant, perfectos se protinus atque consummatos putent, & nisi in cæteris, quæ mox præcipienda sunt, elaborauerint, mutam quandam scientiam se consecutos intelligant. Nec enim artibus editis factum est, ut argumenta inueniremus, sed dicta sunt omnia antequam præciperentur, mox ea scriptores obseruata, & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est, quod exemplis eorum ueteribus utuntur, & ab oratoribus illa repetunt, ipsi

An deceperit, hoc est, uana aliqua spe donationis illuserit, cum hoc daret, quod sciebat se non posse, illos aũt existimare accepisse quod alioqui non poterant.

Inuentiones rerum & argumentorũ ante artem fuisse.

nullum nouum, & quod dictum non sit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt. Sed habenda his quoque gratia est, per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenij singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda, & nota omnia. Sed non magis hoc sat est, quàm palæstram didicisse, nisi corpus exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura iuuetur. Sicut contrà, ne illa quidem satis sine arte profuerint. Illud quoque studiosi eloquentiæ cogitent, neque omnibus in causis ea quæ demonstrauimus, cuncta posse reperiri, neque cum proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, & uelut ostiatim pulsanda, ut sciant, an ad probandum id quod intendimus, fortè respondeant, nisi cum discunt, & adhuc usu carent. Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatem, si semper sit necesse, ut tentantes unumquodque eorum quod sit aptum, atque conueniens, experiendo noscamus. Nescio an etiam impedimento futura sint, nisi & animi quædam ingenita natura, & studio excitata uelocitas, rectà nos ad ea quæ conueniant cauſa, ferant. Nam ut cantus uocis plurimum iuuat sociata neruorum concordia, si tamen tardior manus, nisi inſpectis, dimensis que singulis, quibus quæque uox fidibus iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentum + eo, quod simplex canendi natura tulerit. Ita huiusmodi præceptis debet quidem apta esse, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ, sed hoc exercitatione

μελέτη τὰ δύνατα.

Veluti ostia timentes. Quod illi faciũt qui cũ ignorant ædes illius quẽ quærũt per singulas ferè uicos & domos inquirere solẽt & ostia interrogandi cauſſa fere omnia pulsant.

+ in eo quo

multa cõsequendum, ut quemadmodum illorum artificũ, etiamsi aliò spectent, manus tamen illa ipsa consuetudine ad graues, acutos, mediosq; horũ sonos fertur, sic oratoris cogitationem nihil moretur hæc uarietas argumentorum & copia, sed quasi offerat se, & occurrat: & ut literæ syllabæq; scribentium cogitationem non exigũt, sic rationes sponte quadam sequantur.

De Exemplis. CAP. XI.

παράδειγμα Græcis aperta & supra modũ exposita probatio dicitur, quæ quod exemplis clarissime fieri solet factũ est ut etiã pro exemplo capiatur. parabole autem quid sit, & q̃ pacto usurpetur uide Chilia. Eras. Cicero de inuent. 1. ἐπιχείρημα sonat aggressionem, & quasi manus iniectionẽ, q̃d ea argumentatione quasi ui

TErtium est genus ex his quæ extrinsecus adducũtur in causam, Græci uocant παράδειγμα, quo nomine & generaliter usi sunt in omni similium appositione, et specialiter in his, quæ rerum gestarũ autoritate nituntur. Nostri ferè similitudinem uocare maluerunt, qũ ab illis παραβολὴ dicitur, hoc alterum, exemplum, quanq; & hoc simile est, & illud exemplũ. Nos quo facilius proposita explicemus, utrunque παράδειγμα esse credamus, & ipsi appellemus exemplum. Nec uereor, ne uideamur repugnare Ciceroni, quanquam collationem separet ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem dividit in duas parteis, inductionem & ratiocinationem, utpleriq; Græcorum in παραδείγματα, & ἐπιχειρήματα, illa, qua plurimum est Socrates usus, hanc habuit uiam, cum plura interrogasset, quæ fateri aduersario necesse esset, nouissime id de quo quærebatur, inferret, cui simile conceßisset. Id est inductio. Hoc in ratiocinatione fieri nõ potest. Sed qđ illic interrogatur, hic ferè sumitur. Sit igitur illa interrogatio talis: Quod est pomum gene

roſiſſimum? nónne quod optimum? concederetur. Quis equus generoſiſſimus? nónne qui optimus? & plura in eundem modũ. Deinde cuius rei gratia rogatum eſt, qd homo? nõne is generoſiſſimus qui optimus? Fatendum erit. Hoc in teſtium interrogatiõe ualet plurimũ, in oratione perpetua diſſimile eſt, etenim ſibijpſe reſpõdet orator: quod pomum generoſiſſimũ? puto quod optimũ, & equus, qui uelociſſimus: ita hominum, non qui claritate ex hoc genere ſumpta, neceſſe eſt aut ſimilia eſſe, aut diſſimilia, aut contraria. Similitudo aſſumitur interim & ad orationis ornatum. Sed illa cum res exiget. Nunc ea quæ ad probationem pertinent exequar. Potentiſſimum autẽ eſt inter ea, quæ ſunt huius generis, qd' proprie uocamus exemplum, id eſt rei geſtæ, aut ut geſtæ, utilis ad perſuadendum id quod intenderis, cõmemoratio. Intuẽdum igitur totum ſimile ſit, an ex parte, ut aut omnia ex eo ſumamus, aut quæ utilia erunt. Simile eſt, iure occiſus eſt Saturninus, ſicut Gracchi. Diſſimile: Brutus occidit liberos proditionem molientes, Manlius uirtutẽ filij mortẽ mulctauit: Contrarium, Marcellus ornamenta Syracuſanis hoſtibus reſtituit, Verres eadem ſocijs abſtulit. Et probandorum & culpandorum ex his confirmatio eoſdem gradus habet. Etiam in his quæ futura dicemus, utilis ſimilium admonitio eſt, ut ſi quis dicẽs Dionyſium idcirco petere cuſtodes ſalutis ſuæ, ut eorum adiutus armis tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione Piſiſtratum ad dominationem peruenisſe. Sed ut

iniecta manu aduerſarium cõprehendim⁹ πα ράδειγμα etc. Sic Ariſtoteles & ĩ rhetoricis & Dialecticis paradigma uocat, ſcilicet Rhetoricam ĩductionẽ Socratis autẽ (qm̃ diſputationibus & quotidianis actionibus perfamiliaris eſt) hoc peculiariter gauiſus eſt, ut ex oĩbus Platonicis in quibus inducit̃ perſona Socratis, & Xenophonte apparet.

Exemplum. Vide Appiani li. 1. de bello ciuili.

sunt exempla interim tota similia, ut hoc proximum, sic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora ducuntur: Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Tibicines cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt, quãto magis principes ciuitatis uiri, & bene de repub. meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendi? Ad exhortationẽ uero præcipue ualent imparia. Admirabilior in fœmina quàm in uiro uirtus. Quare si ad fortiter faciendũ accendatur aliquis, non tantũ afferret momenti Horatius & Torquatus, quantũ illa mulier, cuius manu Pyrrhus est interfectus. Et ad moriendum nõ tam Cato & Scipio, q̃ Lucretia. Quod ipsum est ex minoribus ad maiora. Singula igitur horũ generũ ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile hoc est pro Murena. Etenim mihijpsi accidit, ut cum duobus patritijs, altero improbissimo, altero molestissimo atq; optimo uiro petere rem, superaui tamen dignitate Catilinam: gratia Galbam. Maius minoris Pro Milone: Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominẽ occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea quæ primum iudicium de capite uidit Marcij Horatij, fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est, cum sua manu sororẽ esse interfectam fateretur. Minus maioris: Occidi non SP. Melium, qui annona leuãda, iacturáq; rei familiaris, quia minus amplecti plebem uidebatur, in suspicionẽ incidit regni appetendi, & cætera, deinde: sed cum (au-

Ex Liuij li. 9. ab urb.

deret enim dicere cũ patriam periculo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus. Et, totus in Clodium locus. Dissimile plures causas habet, sit enim genere, modo, tempore, loco, cæterisq; per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio uidebãtur facta, subuertit. Contrario uero exemplo censoriã notam, laudando censorem Africanum, qui eum, quẽ peierasse concesserat, nullo accusante traducere equũ passus esset. Quæ quia erant longiora, non suis uerbis exposui. Breue autem apud Vergiliũ contrarij exemplum est:

At non ille satum quo te mentiris Achilles,
Talis in hoste fuit Priamo.

Puluinaria quæ sint uid. Fest. Pomp.

Non suis. ꝗd contrariũ est huic, ÿbũ de uerbo, cũ ab autoris alicuius ÿbis recẽsendis nõ latum quidem unguẽ dicedimus. Non suis autẽ, cũ nostris ÿbis autoris alicuius sententiã exprimimus.

Quædam autem ex his quæ gesta sunt, tota narrabimus, ut Cicero pro Milone: Pudicitiã cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui uim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit, atq; hunc ille summus uir scelere solutum periculo liberauit. Quædã significare satis erit, ut idem ac pro eodem: Neque enim posset ille Hala Servilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me consule, senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicentur, prout nota erunt, uel utilitas causæ, aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum, quæ ex poëticis fabulis ducuntur, nisi quod his minus affirmationis adhibetur, cuius usus qualis esse deberet, idem optimus autor, ac magister eloquentiæ ostendit.

Cicero optimus autor ac magister elocutiæ.

Nam huius quoq; generis eadem in oratione reperietur exemplum: Itaq; hoc iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, cum, qui patris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis hominum sententijs, non solum diuina, sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatum. Illæ quoq; fabulæ, quæ etiamsi ab Aesopo originem non acceperunt (nam uidetur earum primus autor Hesiodus) nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent, præcipue rusticorum & imperitorum, qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti uoluptate, facile his quibus delectantur, consentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa, plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse, non ita illa de membris humanis aduersus uentrem discordantibus fabula. Et Horatius, ne in poëmate quidem humilem huius generis usum putauit his uersibus:

Suidas ait Hesiodum primũ oĩm fabulas scripsisse, q etiã 103. Annis Aesopo superior fuit. Nota est illi⁹ fabula de accipitre et philomela.

Olim quod uulpes ægroto cauta leoni.

Epistola 1.

Αἶνος uide præfa. Chil. Αἰσωποποίητον. Quantũ ex Aristophanis commentarijs intelligi datur ueteres eas fabulas uocabant quæcũq; de irrationabilibus aĩalibus cõpositæ erãt, λόγους μυθικούς, hoc est, sermones fabulosos.

Αἶνον Græci uocãt, & αἰσωποποίητον, et ut dixi, λόγον μυθικούς. Nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine apologationem, cui confine est παροιμίας genus illud quod est fabella breuior, & per allegoriam accipitur. Nos nostrum, inquit, onus, bos clitellas. Proximas exemplo uires habet similitudo, præcipueq; illa, quæ ducitur citra ullam translationum mixturã ex rebus pene paribus: Vt, qui accipere in campo consueuerunt, his candidatis, quorum nummos suppressos esse putant, imiciissimi solent esse, sic huiusmodi iudices infesti tũ reos nam παβολὴν, quam Cicero collationem uocat, longius

res, quæ parentur, repetere solet. Neq; hominum modò inter se opera similia spectãtur, ut Cicero ꝓ Muræna fa eit: Quod si è portu soluentibus, qui iam in portũ ex alto inuehuntur, prædicere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum (quod natura fert, ut his faueamus, qui eadẽ pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur) quo me tandem animo esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hunc, cui uideo maximas tẽpestates esse subeũdas? Sed & à mutis, atq; etiam inanimis interim huiusmodi ducitur. Et quoniam similium alia facies, in tali ratione admonendum est, rarius esse in oratione illud genus, quod εἰκόνα Græci uocant (quo exprimitur rerum, aut personarum imago, ut Cassius: Quis istam facie plane pedis senis torquens) q̃ id quo probabilius fit quod intendimus, ut si animum dicas excolendũ, similitudine uteris terræ, quæ neglecta sentes atq; dumos, exculta fructus creat: Aut si ad curã reipublicæ horteris, ostendas apes etiam, formicas q̃; non modò muta, sed etiam parua animalia, in cõmune tamen laborare. Ex hoc genere dum ctum est illud Ciceronis: Vt corpa nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus: ut neruis ac sanguine, & membris uti non potest. Sed ut hac corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio equorum, pro Archia saxorũ quoq; est usus similitudine, Illa, ut dixi, propiora, ut remiges sine gubernatore, ita milites sine imperatore nihil udere. Solẽt tamẽ fallere similitudinũ species, Ideoq; adhibendum est his iudicium. Neq; enim ut nauis uti- Pro Cluẽtiõ

lior noua quàm uetus, sic amicitia: uel ut laudandæque pecuniam suam pluribus largitur, ita quæ formam. Verba sunt in his similia, largitionis, & uetustatis, uis quidē longe diuersa, pecuniæ & pudicitiæ. Itaq; in hoc genere maxime quæritur, an simile sit quod infertur. Etiam in illis interrogationibus Socratis, quarū paulò ante fecimentionem, cauendum, ne incaute respondeas, ut apud Aeschinem Socraticum male respondit Aspasia Xenophontis uxor, quod Cicero his uerbis transfert: Dic mihi quæso Xenophontis uxor, si uicina tua melius habeat aurum, quàm tu habes, utrúmne tuum, an illius malis? illius, inquit. Ornatum muliebrem pretij maioris habeat q̄ tu habes, tuúmne, an illius malis? respondit, illius uero. Agesis, inquit, si uirum illa meliorem habeat q̄ tu habes, utrúmne tuum uirū malis, an illius? Hic mulier erubuit, meritò: male enim responderat, se malle alienum aurum q̄ suum. Nam est id improbum. At si respondisset, se malle aurū suum tale esse, quale illud esset, potuisset pudice respōdere, malle se uirum suū talem esse, qualis melior esset. Scio quosdam inani diligentia per minutißimas partes ista secuisse, & aliquid esse simile minus, ut simia homini, & marmora deformata prima manu: aliquid plus, ut illud: Non ouum tā simile ouo. Et dißimilibus inesse simile, ut formicæ & elephanto, genus, qa sunt animalia. Et similibus dißimile, ut canibus catulos, et matribus hædos, differūt enim ætate. Contrariorū quoq; aliter accipi oppositā, ut noctē luci: aliter noxia, ut aquā frigidam febri: aliter repugnātia, ut uerū falso: aliter dißparata,

tit dura non duris. Sed quid hæc ad præsens propositum magnopere pertineant, nõ reperio. Illud est annotandũ, argumenta magis duci ex iure simili, ut Cicero in Topicis: Ei cui domus usus fructus relictus sit, non restituturũ hæredi, si corruerit, quia non restituat seruũ si decesserit. Ex cõtrario, nihil obstat quo minus iustũ matrimoniũ sit iuste coëuntium, etiamsi tabulæ signatæ nõ fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimonij non fuisse constabit. Ex dissimili, quale est Ceronis pro Cecinna, ut: Si quis me exire domo coëgisset armis, habere actionẽ: si quis introire prohibuisset, non haberem. Dissimilia sic deprehendũtur, nõ si quis argentum omne legauit, uideri potest signatam quoq; pecuniam reliquisse, ideo etiã quod est in nominibus dari uoluisse creditur. Ἀναλογίαν quidã à simili separauerunt nos eam subiectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem, sic decem ad centũ, simile certe est, & ut hostis, sic malus ciuis. Quanquã hæc ulterius quoq; procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis domino cum ancilla: si mutis animalibus finis uoluptas, idem homini. Cui rei facilime occurrit ex dissimilibus argumentatio. Non idẽ est dominũ cum ancilla coire, quod dominã cum seruo. Nec si mutis finis uoluptas, rationabilibus quoq;, imò ex contrario, qa mutis, ideo nõ rationabilibus. Adhibetur extrinsecus in causam et auctoritas. Hæc secuti Græcos, à qbus κρίσεις dicũtur, iudicia aut iudicationes uocant, nõ de quibus ex causa dicta sententia est (nam ea quidẽ in exemplorũ locum cedũt)

Tabulæ, quę nũc dotalia instrumẽta.

Nomina crẽditũ, credito resq; subidẽ significat

ſed ſi quid ita uiſum gentibus, populis, ſapiẽtibus uiris, claris ciuibus, illuſtribus poẽtis, referri poteſt. Nehæc quidem uulgo dicta, & recepta perſuaſione populari ſine uſu fuerint teſtimonia. Sunt enim quodãmõ uel potẽtiora, etiam quod nõ cauſis accõmodata, ſed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta factaq; quia aut honeſtiſſima, aut ueriſſima uidebantur. An uero me de incõmodis uitæ diſſerentem, non iuuabit earum perſuaſio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos proſequuntur? Aut ſi miſericordiam cõmendabo iudici, nihil proderit quod prudentiſſima ciuitas Athenienſium, nõ eam pro affectu, ſed pro + numine accepit? Nam illa ſeptem præcepta ſapientum, nonne quoſdam uitæ leges exiſtimamus? Si cauſam ueneficij dicat adultera, an non M. Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram non eandem eſſe ueneficam dixit? Iam ſententijs quidem poëtarum non orationes modo ſunt refertæ, ſed libri etiam philoſophorum. Qui quanq; inferiora omnia præceptis ſuis ac literis credũt, repetere tamen autoritatem à plurimis uerſibus non faſtidierunt. Neq; eſt ignobile exemplum, Megareos ab Athenienſibus cum de Salamine contenderent, uictos Homeri uerſu, q tamen ipſe non in omni editione reperitur, ſignificans Aiacem naues ſuas Athenienſibus iunxiſſe, ea quoq; quæ uulgò recepta ſunt, hoc ipſo quod incertum autorem habent, uelut omnium fiunt, quale eſt: Vbi amici, ibi opes. Et: Conſcientia mille teſtes. Et apud Ciceronem: Pares autẽ (ut eſt in uetere prouerbio) cum paribus + facillime cõgre-

Vide Chil. optimum nõ naſci.

+ animo

Vide Laertium in uita Solonis

De ſenectute + maxime

gantur. Neq; enim durassent hæc in æternum, nisi uera omnibus uiderentur. Ponitur à quibusdam, et quidem in parte prima, decorum autoritas, quæ est ex responsis, ut Socratem esse sapientissimũ. Id rarum est, tamen utitur eo Cicero in libro de Haruspicum responsis, & in cõcione contra Catilinam, cum signum Iouis columnæ impositum populo ostendit. Et pro Ligario, cum causam C. Cæsaris meliorẽ, quia dij hoc iudicauerint, cõfitetur. Quæ cum propria causæ sunt, diuina testimonia uocantur, cũ aliunde arcessuntur, argumenta. Nonnunq; contingit in dictis quoq; aut aduersarij, aut eius qui ex diuerso agit, dictum aliquod aut factum assumere, ad eorum quæ intẽdimus, fidem: Propter quod fuerunt qui exempla, et has autoritates, probationum inartificialiũ esse arbitrarentur, quod ea non inueniret orator, sed acciperet. Pluri-mum autem refert. Nam testis & quæstio, & his similia de ipsa re, quæ in iudicio est, pronunciant. Extra petita, nisi ad aliquam præsentis disceptationis utilitatẽ ingenio applicantur, nihil per se ualent.

De usu argumentorum. CAP. XII.

HAEc ferè de probatione uel ab alijs tradita, uel usu percepta in hoc tempus sciebam. Nec mihi fiducia est, ut ea sola esse contendam, quin imò hortor ad quærendum, & inueniri posse fateor, quæ tamen adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quẽadmodũ sit utendũ his, subiungã. Traditũ ferè est, argumentum oportere esse confessum. Dubijs enim probari dubia quì possunt? Quædam tamen, quæ in alterius

rei probationem ducimus, ipsa probanda sunt, occidisti uirum, eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendum est, ut cum id cœperit esse pro certo, fiat inuenti argumentum. Spiculum tuum in corpore occisi inuentum est: negat suum. Vt probationi prosit, probandum est. Illud hoc loco monere inter necessaria est, nulla esse firmiora, quã quæ ex dubijs facta sunt certa. Cædes à te commissa est, cruentam enim uestem habuisti. Non est tam graue argumentũ si fatetur, q̃ si conuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse uestis. Si negat, hic causæ cardinem ponit, in quo si uictus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Non enim uidetur in negando mentiturus fuisse, nisi desperasset id posse defendi, si cõfiteretur. Firmißimis argumentorum singulis instandum, infirmiora congreganda sunt, quia illa per se fortia nõ oportet circunstantibus obscurare, ut qualia sunt appareant, hæc imbecilla natura, mutuo auxilio sustinentur. Itaq; si non possunt ualere quia magna nõ sunt, ualebũt quia multa sunt, quæ ad eiusdem rei probationem omnia spectant, ut si quis hæreditatis gratia hominẽ occidisse dicatur: Hæreditatem sperabas, & magnam hæreditatem, et pauper eras, & + tũ maxie à creditoribus appellabaris, & offenderas eũ, cuius hæres eras, & mutaturum tabulas sciebas. Singula leuia sunt & communia, uniuersa uero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine. Quædam argumenta ponere satis non est, adiuuanda sunt, ut cupiditas causa sceleris fuit, quæ sit uis eius, ira, quantum efficiat in animis hominum ta-

Cauſę card. q̃d alias sum mũ caput κε φάλαιον, ſtatũ & iugulũ uocant.

+ tamen

Hoc Lyſię adſcribit Phalereus, q̃ dixit argumẽtorũ leniaquidẽ ſi

lis affectio: ita & firmiora erunt ipsa, & plus habebunt decoris. si non nudos & uelut carne spoliatos artus ostẽderint. Multum etiam refert, si argumẽto nitemur odij, utrum hoc ex inuidia sit, an ex iniuria, an ex ambitu, uetus an nouum, aduersus inferiorem, parem, superiorem, alienum, propinquum. Suos habent omnia ista tractatus, & ad utilitatem partis eius, quam tuemur, referenda sunt. Nec tamen omnibus semper, quæ inuenerimus, argumentis onerandus est iudex, quia & tædium efferunt, & fidem detrahunt. Neque enim potest iudex credere satis esse ea potentia, quæ nõ putamus sufficere, qui dicimus. In rebus uero apertis argumentari tam sit stultum, quàm in clarissimum solem mortale lumen inferre. His quidam probationes adijciunt, quas παθητικὰς uocant, ductas ab affectibus. Atq; Aristoteles qui dem potentissimum putat ex eo qui dicit, si sit uir optimus, quod ut optimum est, ita longe quidem, sed sequitur tamen uideri. Inde enim illa nobilis Scauri defensio: Q. Varius Sucronensis ait, Aemilium Scaurum Rempub. populi Romani prodidisse. Aemilius Scaurus negat. Cui simile quidam feciſſe Iphitrates dicitur, qui cum Aristophontem, quo accusante similis crimmis reus erat, interrogasset, an is accepta pecunia Rempublicam proditurus esset, isq; id negasset. Quod igitur, inquit tu non feciſes, ego feci? Intuendum autem, & qui sit apud quem dicemus, & id quod illi maxime probabile uidcatur, requirendum. Qua de re locuti sumus, & in proœmij & suasoriæ præceptis. Altera ex affirmatione

mõ copiosa essent nocere ut grandine, grauia uero ut fulmen Iouis quæ cõtigit.

Mortale Lumẽ quod extinguitur, & moritur hoc noie contrarium solari quod nunq; extinguitẽ, uel mortale iuxta id Euripidis ἀνάλιον γὰρ ἦλιον ἀνθρώπινον φάος.

probatio est. Ego hoc feci, tu mihi hoc dixisti. Et ōsa-
cinus indignum, & similia, quæ non debent deesse quie-
dem orationi, & si desunt, multum nocent, non tamen
habenda sunt inter magna præsidia, cum hoc in eadem
causa fieri ex utraq; parte similiter possit. Ille firmio-
res ex sua cuiq; persona probationes, quæ credibilem ra-
tionē subiectā habēt, ut uulneratus, aut filio orbatus nō
fuerit aliū accusaturus q̄ nocentē, quando si negotiū in-
nocenti facit, liberet eū noxa, qui admiserit. Hinc & pa-
tres aduersus liberos, & aduersus suos q. s. q; necessarios,
autoritatē petunt. Quæsitū etiam, potentissima argu-
menta primóne ponenda sint loco, ut occupēt animos, an
summo, ut inde dimittant: an partita primo summoq;, ut
Homerica dispositione in medio sint infirma, + an à mi-
nimis crescant. Quæ prout ratio causæ cuiusq; postula-
bit, ordinabuntur, uno, ut ego censeo, excepto, ne à potē-
tissimis ad leuissima decrescat oratio. Ego hæc breuiter
demonstrasse cōtentus ita posui, ut locos ipsos, & gene-
ra, q̄ possem apertissime ostenderē. Quidā executi sunt
uerbosius, quibus placuit, propositā locorū communium
materia, quo quæq; res modo dici posset, ostenderē. Sed
mihi superuacuū uidebatur. Nam & ferè apparet q̄d in
iniuriam quid in auaritiam, quid in testem inimicū, potē
tes amicos dicendum sit. Et de his oīa dicere infinitū est,
tam hercule, q̄ si controuersiarū, quæ sunt, quæq; futuræ
sunt, quæstiones, argumenta, sententias tradere uelim.
Ipsas autem argumentorum uelut sedes, non me quidem
oēs ostendisse confido, plurimas tamen. Quod eo diligen-

+ aut

Obserua hic q̄ pacto Fabius usurpet locos coīes. Nā in Rhetorica Ciceronis aliquāto secius & ī diuersum usū magis accipiuntur.

tius faciendũ fuit, quia declamationes quibus ad pugnã forensem uelut præpilatis exerceri solebamus, olim iã ab illa uera imagi ne orandi receßerũt, atq; ad solam cõpositæ uoluptatem neruis carent, non alio mediusfidius uitio dicentiũ, q̃ quo mancipiorũ negotiatores formæ puerorum uirilitate excisa lenocinantur. Nam ut illi robur ac lacertos, barbamq; ante omnia, & alia, quæ natura propria maribus dedit, parum existimant decora, quæq; fortia, si liceret, forent, ut dura molliũt, ita nos habitum orationis ipsum uirilem, & illam uim stricte, robusteq; dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus, & dum leuia sint, ac nitida, quantum ualeant nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturam intuenti nemo non uir spadone formosior erit. Nec tam auersa unquam uidebitur ab opere suo Prouidẽtia, ut debilitas inter optima inuenta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo, qd' si nasceretur, monstrum erat. Libidinem iuuet ipsum effœminati sexus mendacium, numquam tamen hoc concerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (ut timgit malis moribus regnum, ut si qua prætiosa fecit, fe sentio enim dicam) libidinosam, resupinã, uoluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculum incorrupti, ne dicam grauis, & sancti uiri, ostendet. An uero statuarum artifices, pictoresq; clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingẽdo, pingẽdoue effingere cuperent, nunq̃ in hunc inciderunt errorẽ, ut Bagoam, aut Megabyzum aliquẽ, in exemplum operis sumere sibi, sed doryphoron

Præpilata ea tela quib⁹ tyrones exercebant antquã ad pila mittenda descenderẽt, appellat Fabius.

Cõfutatio.

Prouidentia κατὰ χηματισμὸν pro ipso Deo.

Bagoas nobilis Alexãdri eunuch⁹, à q̃ oẽs deïde Eu

nuchi Bagoę appellati sunt, memi-nit subinde Lucianꝰ Megabyzus unꝰ ex ducibus Darij in uetere comœdia tanꝝ parum uir notaꝫ de hoc Thucydides lib. 1. μεγάβυζον (inquit) τὸν ζωπύρου πέμπτου ἄνδρα πέρσην μετὰ πολλῆς στρατιᾶς. ὃς ἀφικόμενος κατὰ γῆν, τοὺς τε Αἰγυπτίους καὶ τοὺς συμμάχους ἐκράτησε, καὶ μέχρι φίλος βασιλεῖ τοὺς Ἕλληνας.

De dorypho ro cõsule Suidã & Plinij lib. 34. ca. 8.

illum, aptum uel militiæ, uel palæstræ, aliorũ quoq; iumentum bellicosorum, et athletarũ corpora uere decora existimauerint. Nos qui oratorẽ studemus effingere, nõ armis, sed tympana eloquentiæ demus. Igitur & ille, quẽ instituimus, adolescens, quãmaxie potest, cõponat se ad imitationẽ ueritatis, imiturusq; frequenter forensium certaminũ pugnã, iam in schola uictoriã spectet, & ferire uitalia, ac tueri sciat, & præceptor id maxime exigat, & inuentũ præcipue probet. Nã ut ad peiora iuuenes laudeducuntur, ita laudari in bonis gaudent. Nũc illud mali est, qd'necessaria plerunq; silẽtio transeunt, nec incendo uidetur inter bona utilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere, & in hoc sæpe repetẽda. Nunc ad ordinem inceptum reuertamur.

De Refutatione. CAP. XIII.

Collatio elegans quã sit magis opero sum & difficile defendere quam accusare.

REFutatio dupliciter accipi potest. Nam & pars defensoris tota est posita in refutatione, quod quæ dicta sunt, ex diuerso debent utrinq; dißolui, et hoc est proprie dißolui, cui in causis quartus aßignatur locus. Sed utriusq; similis conditio est. Neq; uero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest, ꝗm confirmatione, nec locorum, aut sententiarũ, aut verborum & figurarũ alia conditio est. Affectus plerunq; hæc pars mitiores habet. Non sine causa tamẽ difficilius semper est creditum (quod Cicero sæpe testatur) defendere, ꝗ accusare. Primũ, quod est res illa simplicior. Proponitur enim uno modo, uarie dißoluitur, cũ accusatori satis sit plerunq; uerũ eße id, quod obiecerit. Patronus ne

get,defendat, transferat, excuſet, deprecetur, molliat, minuat,auertat,deſpiciat,derideat. Quare indirecta ſerè,atq; (ut ſic dixerim) clamoſa eſt actio. Hinc mille flexus et artes deſiderãtur. Tũ accuſator præmeditate plaraq; domo affert. Patronus etiã inopinatis frequẽter occurrit. Accuſator dat teſtẽ. Patronus ex re ipſa refellit. Accuſator criminũ inuidia, et ſi falſa ſit, materiã dicẽdi trahit, de parricidio, ſacrilegio, maieſtate, quæ patrono tantũ negãda ſunt. Ideoq; accuſationibus etiã mediocres in dicendo ſuffecerũt, bonus defenſor nemo, niſi qui eloquentiſſimus fuit. Nã ut quod ſentio ſemel finiã, tanto eſt accuſare, quàm defendere, quanto facere, q̃ ſanare uulnera, facilius. Plurimum autẽ refert, & quid protulerit aduerſarius, & quomodo. Primum igitur intuẽdum eſt id, cui reſponſuri ſumus, proprium ſit eius iudicij, an ad cauſam extra accerſitum. Nam ſi proprium, aut negandum, aut defendendum, aut transferendum: extra hæc in iudicijs ferè nihil eſt. Deprecatio quidem quæ eſt ſine ulla ſpecie defenſionis, rara admodum, & apud eos ſolos iudices, qui nulla certa pronunciandi forma tenentur, quanq̃ illæ quoq; apud C. Cæſarem, & Triumuiros pro diuerſarum partium hominibus actiones, etiam ſi precibus utuntur, adhibent tamen patrocinia, niſi hoc non ſoluere, niſi ut quod hic poteſt, nos poſſemus? Quod ſi quando apud principem, aliúmue, cui utrum uelit liceat, dicemus: dignum quidem morte eum pro quo loquemur, clementia tamen ſeruandum eſſe uel talem. Primum

Nulla certa. hoc eſt q nõ ex formulis nec ex rigore iuris, ſed arbitrio & æqui boniq; diſpenſatiõe cognoſcunt.

omnium non erit nobis cum aduersario, sed cum iudice, deinde forma deliberatiuæ magis materiæ, q̃ iudicialis, utemur: suadebimus enim ut laudem humanitatis potius, quàm uoluptatẽ ultionis concupiscat, Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententiam, de confessis præcipere ridiculum est. Ergo quæ neq; negari, neque transferri possunt, utiq; defendenda sunt, qualiacunq; sint, aut causa + cedendũ. Negandi duplicẽ ostendimus formã, aut nõ esse factũ, aut non hoc esse, quod factũ sit.

+Sunt q̃ sub stituunt cau sa cadẽdum, hoc autẽ hic nõ habet locum, cum potius iubeat non arripiẽdum patrociniũ causæ sed cedẽdum potiꝰ ne nos aliquãdo temeritatis pœniteat.

Quæ neq; defendi, neq; transferri possunt, utiq; neganda, nec solũ si finitio potest esse pro nobis, sed etiã si nuda inficiatio superest. Testes erunt. Multa in eos dicere licet. Chirographũ de similitudine literarũ differendũ. Vtiq; nihil erit peius q̃ cõfessio. Vltima est actionis cõtrouersia, cũ defendendi negandiue, nõ est locus, transfla tio. Atqui quædam sunt, quæ nec negari, nec defendi, nec transferri poßunt. Adulterij rea est, quæ cũ anno iudiu fuißet, enixa est, lis non erit. Quare illud stultißimæ præcipitur, qd' defendi non poßit, silentio dißimulandũ, sitra causam sit adductũ, & tamen coniunctũ, malim quidem dicere, nihil id ad quæstionem, nec esse in his mordum, & minus esse, quàm aduersarius dicit, tamen uelut huic simulationi obliuionis ignoscam. Debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ reprehensionem non pertimescere. Videndum etiam, simul nobis plura aggredienda an, amolienda singula. Plura simul inuadimus, si aut tã infirma sunt, ut pariter im-

pelli possint, aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expediat. Tum enim toto corpore enitẽdum, & ut sic dixerim, detecta fronte pugnandum est. Interrim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit, nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus, si modò hæc ut ualentiora uideantur, effici poterit. Quæ uero turba ualebunt, diducenda erunt, ut paulò ante dixi. Eras hæres, & pauper, & magna pecunia appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutatorum tabulas testamenti sciebas. Vrgent uniuersa. At si singula quæq; dissolueris, iam illa flamma, quæ magna cõgerie conualuerat, diductis quibus alebatur, concidet. Vt si uel maxima flumina in riuos diducantur, qualibet transitũ præbent. Itaq; propositio quoq;, secundum hãc utilitatem accommodabitur, ut ea nunc singula ostendamus, nunc complectamur uniuersa. Nam interim quod pluribus collegit aduersarius, satis est semel proponere, ut si multas causas faciendi quod arguit, reo dicet accusator fuisse, nos non enumeratis singulis semel hoc intuendũ negemus, quia non quisquis causam faciendi sceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamẽ quia accusatori congerere argumenta, reo dissoluere expediet. Id aũt quod erit ab aduersario dictum, quomodo refutari debeat, intuendum est. Nam si erit falsum, negare satis est, ut pro Cluentio Cicero, eum quem dixerat accusator epoto poculo concidisse, negat eodem die mortuum. Palàm etiam contraria & superuacua, & stulta reprehendere nullius artis est. Ideoq; nec rationes eorum, nec exempla tra-

Pedem conferre, translatum à re militari, quoties pugnaturi comin⁹ hostem agrediuntur.

dere neceſſe eſt. Id quoq; obſcurum uocant, quod ſecre-
tò, & ſine teſte, aut argumento dicitur factum, ſatis na-
tura ſua infirmũ eſt. Sufficit enim quod aduerſarius non
probat. Item ſi ad cauſam non pertinet. Sed tamen inte-
rim oratoris eſt efficere, ut quid aut contrarium eſſe,
aut à cauſa diuerſum, aut incredibile, aut ſuperuacuum,
aut noſtræ potius cauſæ uideatur eſſe coniunctum. Obij
citur Oppio, quod de militum cibarijs detraxerit: Aſpe-
rum crimen, ſed id contrarium oſtendit Cicero, quia ijdẽ
accuſatores obiecerunt Oppio, quod his uoluerit largio
endo corrumpere exercitum. Teſtes in Cornelium accu
ſator lecti à tribuno codicis pollicetur, facit hoc Cice-
ro ſuperuacuum, quia ipſe fateatur. Petit accuſationem
in Verrem Q. Cæcilius, quod fuerat quæſtor eius, ipſum
Cicero ut pro ſe uideretur, effecit. Cætera quæ proponũ
tur, cõmuneis locos habent. Aut enim cõiectura excutiũ
tur, an uera ſint: aut finitione, an propria: aut qualitate,
an inhoneſta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & ea
tera, quæ ei generi accidunt. Eaq; non modò in propoſi
tionibus, aut rationibus, ſed in toto genere actionis intu
enda, an ſit crudelis, ut Labieni in Rabirium lege perdu
ellionis: Inhumana, ut Tuberonis, Ligarium exulem ac-
cuſantis, atq; id agentis, ne ei Cæſar ignoſcat: Superba,
ut in Oppium ex epiſtola Cottæ reum factum. Proinde
præcipites, inſidioſæ, impotentes deprehenduntur. Ex
quibus tamen fortiſſime inuaſeris, quod eſt aut omnibus
periculoſum, ut dicit Cicero pro Tullio: Quis hoc ſtatu
it unquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium pericu-

In Diuina-
tio. lege Aſ
conij com-
mentar.

lo potest, ut eum iure potuerit occidere, à quo metuisse
se dicat, ne ipse posterius occideretur? Aut ipsis iudici-
bus, ut pro Oppio monet pluribus, ne illud actionis ge-
nus in equestrem ordinem admittant. Nonnunquam ta-
men quædam bene contemnuntur, uel tanquam leuia,
uel tanquam ad causam nihil pertinentia. Multis hoc lo-
cis facit Cicero. Sed hæc simulatio interim hucusq; pro-
cedit, ut quæ dicendo refutare non possumus quasi fasti
diendo calcemus. Quoniã uero maxima pars eorũ simili
bus constat, rimandũ erit diligentissime, quid sit in quo-
que quod assumitur dissimile. Id in iure facile deprehen
ditur. Est enim scriptum de rebus utiq; diuersis, tantoq;
magis ipsa rerum differentia potest esse manifesta. Illas
uero similitudines quæ ducuntur ex mutis animalibus,
aut inanimis, facile est eludere. Exempla rerũ uarie tra
ctanda sunt, si nocebunt: quæ si uetera erunt, fabulosa di
cere licebit: † si uera, maxime quidem dissimilia. Neque
enim fieri potest ut paria sint omnia, ut si Nasica post oc
isum Gracchum defendatur exemplo Halæ, à quo Meli
us est interfectus, Melium regni affectatorem fuisse, à
Graccho leges modò latas esse populares, Halam magi-
strũ equitum fuisse, Nasicã priuatũ esse dicatur. Si defe-
cerint omnia, tum uidẽdum erit, an obtineri possit, ne il
lud quidem recte factum. Quod de exemplis, idem etia
am de iudicatis obseruandum. Quod autem posui, refer
re quo quisque accusator modo dixerit, huc pertinet,
ut si est minus efficaciter locutus, ipsa eius uerba ponan
tur: si acri et uehementi usus fuerit oratione, candẽ rem

Similia quo modo refutanda.

† fin. dubia

nostris uerbis mitioribus proferamus, ut Cicero Cornelio, Codicem attigit, & protinus cum quadam defensione, ut si pro luxurioso dicendum sit, obiecta est paulò liberalior uita. Sic & pro sordido parcum, & pro maledico liberum dicere licebit. Vtiq; nunquam committendum est, ut aduersariorum dicta cum sua confirmatione referamus, aut etiã loci alicuius executione adiuuemur, nisi cum eludenda. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forum non attigeris, abfueris tandiu, & cum tam longo interuallo ueneris, cum his qui in foro habitarunt, de dignitate contendas. Præterea in contradictionibus, interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro contra Bostarcm facit, uelut orationem diuersis partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iunctis, ut pro Vareno: Cum iter per agros, & loca sola faceret cum Populeno, in familiam Ancharianam incidisse dixe illic runt, deinde Populenum occisum esse, illico Varenum uinctum, adseruatum, dum hic ostenderet, quid de eo fieri uellet. Quod est utique faciendum, si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidem perditurus. Interrim per partes dissoluitur, quod contextu nocet, & plerunque id est tutius. Quædam contradictiones naturæ sunt singulæ. Id exemplis non eget. Communia deprehenduntur non tantũ quia utriusque sunt partis, sed quia plus prosunt respondenti. Neque enim pigebit, quod sæpe monui, referre, commune qui prior dicit, contrarium facit. Est enim contrarium quo aduersarius bene uti potest. At enim non ueri simile est tantum

scelus M. Cottam esse commentum. Quid? hoc ueri simile est tantum scelus Oppium esse conatum? Artificis auferre est inuenire in actione aduersarij, quæ in semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur, quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt, ut in causa Cæliana: Clodia aurum se Cælio commodasse dicit, quod signum magnæ similiaritatis est, uenenum sibi paratum, quod summi odij argumentum est, Tubero Ligarium accusat, quod is in Africa fuerit, et queritur quod ab eo ipse in Africã non sit admissus. Aliquando uero præbet eius rei occasionẽ, minus considerata ex aduerso dicentis oratio, quod accidit præcipue cupidis sententiarum, ut ducti occasione dicendi, non respiciant quid dixerint, dum locum præsentem, non totam causam intuentur. Quid tam uideri potest contrà Cluentium quàm cẽsoria nota? Quid tam contrà eundem, quàm filium ab Egnatio corrupti iudicij, quo Cluentius Opianicum circumuenisset, crimine exheredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit. Sed tu Acci consideres, censeo, diligenter, utrum censorium iudicium graue uelis esse, an Egnatij. Si Egnatij, leue est quod censores de cæteris subscripserunt. Ipsum enim Egnatium, quem tu grauem esse uis, de senatu eiecerũt: Sin autem censorium, hunc ipsum Egnatium, quẽ pater censoria + subscriptione exhæredauit, censores in senatu, cum patrem eiecissent, retinuerunt. Illa magis uitiose dicuntur, quàm acute reprehenduntur, argumentum dubium pro uero necessario, controuersum pro cõfesso, commune pluribus pro proprio, uulgare, superu-

+ proscripti one.

cuum, constitutum contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, ut crimen augeant, quod probandum est, de facto disputent, cum de autore quæratur, impossibilia aggrediantur, pro effectis relinquant uix dum inchoata, de homine dicere, quàm de causa malint, hominum uitam rebus assignent, ut si quis Decemuiratum accuset, non Appium, manifestis repugnent, dicant quod alter accipi possit, summam quæstionis non intueantur, nõ ad proposita respondeant. Quod unum aliquando recipi potest, cum mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuenda est, ut cum peculatus Verres reus fortiter, & industrie tutatus contra piratas Siciliã dicitur. Eadẽ ad uersus contradictiones nobis oppositas præcepta sunt. Hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus uitiis diuersis laborant. Nam quidam etiam in foro tanquam

†etenim molestam rem & odiosam prætereunt, †& his plerunque, quæ composita domo attulerunt, contenti, sine ad-

†scilicet uersario dicunt, et †si licet multo magis in scholis, in quibus non solum contradictiones omittuntur, uerum etiam ipsæ materiæ sic plerunq; finguntur, ut nihil dici pro altera parte possit. Alij diligentia lapsi, uerbis etiam uel sententiolis omnibus respondendum putant, quod est et infinitum & superuacuum: non enim causa reprehendatur, sed actor, quem ego semper uideri malim diserturus, ut si dixerit quod rei profuerit, ingenij creditur laus esse, non causæ: si quando forte lædat, causæ, non ingenij culpa. Itaq; ille reprehensiones, aut obscuritatis, qualis in Pisone †Rutilium in †Rullum fuit, aut infantiæ in dicendo, qualis in Pyso-

nem, aut inscitiæ rerum, uerborumq; , et insulsitatis etiã, qualis in Antoniũ est, accõmodantur iustis odijs, suntq; utiles ad conciliandum his, quos inuisos facere uolueris, odium. Alia respondendi patronis ratio, & aliquando tamen eorũ non oratio modò, sed uita etiam, uultus denique, incessus, habitus recte incusari solet. Vt aduersus Quintium Cicero non hæc solum, sed ipsam etiam prætextam dimissam ad talos insectatus est. Presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius. Nonnunquam eleuandæ inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur, ut à Cicerone Triarius cum Scauri columnas per urbem plaustris uectas esse dixit. Ego porrò, inquit, †qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accusatores concessum est, quibus conuiciari aliquando patrocinij fides cogit. Illa uero aduersus oẽs & recepta, & non inhumana conquestio, si calli de quidtacuisse, breuiasse, obscurasse, distulisse dicuntur. Defensionis quoq; permutatio reprehẽditur sæpe, ut fecit Accius aduersus Cluentium, Aeschines aduersus Ctesiphõtem, cum ille Ciccronem lege usurum modo, hic minime de lege dicturum Demosthenem queritur. Declamatores uero in primis sunt admonendi, ne contradicti ones eas ponant, quibus facilime responderi possit, †neu sibi stultum aduersarium fingant. Facimus autem, quod maxime uberes loci, populares q; sententiæ nascuntur, materiam dicendi nobis quò uolumus ducentibus, ut non sit nobis inutilis uersus: Philippi. 11. †quia †ne hi

Non male respondit, male enim prior ille rogarat.

Fallet hæc nos in foro consuetudo, ubi aduersario, non ipsis nobis, respondebimus. Aiunt Accium interrogatũ, cur causas non ageret, cum apud eum in tragœdijs tãta uis esset optime respondendi optime hãc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur, quæ ipse uellet, in foro essent dicturi aduersarij, quæ mimime uellet. Ridiculum est in exercitationibus quæ foro præparantur, prius cogitare quid responderi, quàm quid ex diuerso dici possit. Et bonus præceptor non minus discipulum laudare debet, si quid pro diuersa, quàm si quid pro sua partes acriter excogitauit. Rursus aliquid in scholis permittendũ semper, in foro rarò. Nam loco à petitore primo contradictione uti quî possumus, ubi uera res agitur, cũ aduersarius adhuc nihil dixerit? Incidunt tamen pleriq; in hoc uitium, uel consuetudine declamatoria, uel etiam cupiditate dicendi, dantq; de se respondentibus uenustissimos lusus, cum modò se uero nihil dixisse, nec tam stulte dicturos, modò bene admonitos ab aduersario, & agere gratias, quod adiuti sint, iocantur. Frequentissime uero, id quod firmissimum est, nunquam his responsurũ aduersarium fuisse, quæ proposita non essent, nisi fatere illa uera esse, & ad fatendum conscientia esse impulsus, ut pro Cluentio Cicero: Nam hoc per sæpe dixisti, ti bi sic renunciari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere, ita ne est? ab amicis imprudentes prodimur, & est nescio de his, quos amicos nobis arbitramur, qui nostra cõsilia ad aduersariũ deferat. Quis nam tibi hoc renunciauit? Quis tam improbus fuit? cui

Non est in exemplo.

autem ego narrauiſ nemo, ut opinor, in culpa eſt, nimi-
rum tibi iſtud lex ipſa renunciauit. At quidam contra-
dictione non contenti, totos etiam locos explicant. Scire
ſe hoc dicturos aduerſarios, & ita perſecuturos. Quod
factum uenuſte tẽporibus noſtris eluſit Vibius Criſpus,
uir ingenij iucundi & elegantis. Ego uero, inquit, iſta
non dico. Quid enim attinet illa bis dici? Nonnunquam
tamen aliquid ſimile contradictioni poni poteſt, ſi quid
ab aduerſario teſtationibus comprehenſum, in aduocati
onibus iactatum. Reſpondebimus enim rei ab illis dictæ,
nõ à nobis excogitatæ, aut ſi id genus erit cauſæ, ut pro
ponere poſſimus certa, extra quæ nihil dici poſſit, ut cũ
res furtiua in domo deprehenſa ſit, dicat neceſſe eſt re-
us, aut ſe ignorante illatam, aut depoſitam apud ſe, aut
donatam ſibi, quibus omnibus etiam ſi propoſita nõ ſint,
reſponderi poteſt. At in ſcholis recte, & interpellationi
bus & contradictionibus occurremus, ut in utrunq; lo-
cum, id eſt primum & ſecundum, ſimul exerceamur: qd̃
niſi fecerimus, nunquam utemur contradictione. Non e-
nim erit cui reſpondeamus. Eſt & illud uitium nimium
ſoliciti, et circa omnia momenta luctantis. Suſpectã enim
facit iudici cauſam, et frequenter quæ ſtatim dicta omnẽ
dubitationem ſuſtuliſſent, dilata ipſis præparationibus
fidem perdunt, quia patronus & alijs crediderit opus
fuiſſe. Fidutiam igitur orator præ ſe ferat, ſemperq; ita
dicat, tanq̃ de cauſa optime ſentiat. Quod, ſicut omnia,
in Cicerone præcipuum eſt. Nam illa ſumma cura ſecu-
ritatis eſt ſimilis, tamq; in oratione autoritas, ut pro-

Vibius Criſpus inſignis declamator, meminit ſubinde Seneca, Sunt q̃ putant orationes in Catilinam quæ Portñ eſſe dicuntur, ab hoc Vibio conſcriptas.

bationis locum obtineat, dubitare nobis non audẽtibus. Porrò qui scierit, quid pars aduersa, quid nostra habeat ualentissimum, facile iudicabit, quibus maxime rebus, uel occurrendum sit, uel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam si agimus, nostra confirmanda sunt primum, tum quæ nostris opponuntur, refutanda. Si respondemus, prius incipiendum est à refutatione. Nascuntur autem ex his, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones, eunt̃q; interim longius, ut gladiatorum manus, quæ secundæ uocantur, fiunt & tertiæ, si prima ad euocandum aduersarij ictum prolata erit, & quartæ, si geminata captatio est, ut bis etiam cauere, bis repetere oportuerit. Quæ ratio & ultrà ducit. Sed illam etiam quam supra ostendi, simplicem ex affectibus, atq; ex affirmatione sola probationem recipit refutatio, qualis est illa Scauri de qua dixi supra. Quin nescio, an etiam frequentior ubi quid negatur. Videndum præcipue utriq; parti, ubi sit rei summa. Nã fere accidit, ut in causis multa dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandiq; ratio est, sed adiuuãda uirtutibus centis, et adornanda. Quamlibet enim sint ad dicendum quod uolumus accommodata, tamen erunt infirma, nisi maiore quodam oratoris spiritu impleantur. Quare & illi communes loci, de testibus, de tabulis, de argumentis, alijsq; similibus magnam uim animis iudicum afferunt, & hi proprij, quibus factum quodq; laudamus, aut contrà, iustum uel iniustum docemus, maius aut minus, aut contrarium aut mitius. Ex his autem alij ad †probationem sine

Secundę munus gladiatorum.

Hoc inquit, quæcunq; in causis dicuntur, etiam si extranea sint, & ad iudicium audientium parũ faciunt, tamen ex hijs captanda erit, si quid forte refutari possit occasio.

†comparationem

gulorum argumentorum faciunt, alij ad plurium, alij ad totius causæ inclinationem. Ex quibus sunt qui præparent animum iudicis, sunt qui confirment. Sed præparatio quoque aut confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium, & proinde, ut cuique conueniunt, subijcienda. Ideóque miror inter duos diuersarum sectarum uelut duces non mediocri contentione quæsitum, singulis ne quæstionibus subijciendi essent loci, ut Theodoro placet, an prius docẽdus iudex, quàm mouendus, ut præcipit Apollodorus, tanquam perierit hæc randum. Hæc præcipiunt, qui ipsi non dicunt in foro, ut tio media, & nihil cum ipsius causæ utilitate sit delibcartes à securis, ociosisq; compositæ, ipsa pugnæ necessitate turbentur. Nanq; omnes ferè qui legẽ dicendi quasi quædam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorũ modo argumentorum locis, sed concludendorum quoq; nos præceptis alligauerunt, de quibus breuissime prælocutus, quid ipse sentiam, id est, quid clarissimos oratores fecisse uideam, non tacebo.

Præparent, hoc est conciliant, ut beneuolentia & docilitate nos audiat.

Mysteria tradere, & Plinius dixit, rem quasi magnam, & à qua profanos arceamus, nõ inuulgare sed quodam ueluti superciliio & silentij testificatione docere.

Quibus constet Ἐpichirema, & quomodo refellatur. CAP. XIIII.

IGitur ἐνθύμημα, & argumentum ipsum, id est rem, quæ probationi alterius adhibetur appellant, & argumenti elocutionem. Eam uero dixi duplicem: Ex consequentibus, quod habet propositionem, coniunctamq; ei protinus probationem, quale pro Ligario: Causa tum dubia, quod erat aliquid in utráque parte, quod probari posset, nunc melior ea iudicanda est, quam etiam dij

adiuuerunt. Habet enim propositionem, non habet conclusionem. Ita est ille imperfectus syllogismus. Ex pugnantibus uero quòd etiam solum enthymema quidam uocant, fortior multò probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone: Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius uitam si putetis per uos restitui posse, nolitis. Quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut est ab eodem, & pro eodem reo factum: Quem igitur cum aliqua gratia noluit, hunc uoluit cum aliquorum querela, quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc iniuria, ini quo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere. Optimum autem uidetur enthymematis genus cum proposito dissimili, uel contrario, ratio subiungitur, quale est Demosthenis: Non enim si quid unquam contra leges †factum est, idcirco te conuenit pœna liberari, quin è contrario damnari multo magis. Nam ut si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses, ita damnatus nisi tu fueris, non scribet alius. Epichirematos, & quatuor, & quinque, et sex etiam factæ sunt partes à quibusdam, Cicero maximè quinq; defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tum assumptio, & eius probatio, quinta complexio. Quia uero interim & propositio non egeat rationis, & assumptio probationis, nonnunquam etiam † cõplexione opus non sit, & quadripartitam, & tripartitã et bipartitam quoq; fieri posse ratiocinationẽ, mihi et plurimis nihilominus autoribus tres † ad summum uidentur. Nam ita se habet natura, ut sit de quo quæratur, & per quod pro

Veteres ẽm teste Aristotele omnem sententiam, quæ ex contrarijs, idq; breui ambitu constaret ἐνθύμημα uocabant.

Pro Ctesiphonte.

†ortum

Epicherema, id est, rhetorica argumentatio quid differat, ab enthymemate †cum planè

†solũmodo

betur, tertium adijci potest uelut ex consensu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac secundæ partis exornatio, eisdem cedere possunt, quibus subijciuntur. Sumamus autẽ ex Cicerone quinq; partiũ exemplum: Melius gubernantur ea, quæ cõsilio reguntur, quàm quæ sine consilio administrantur. Hanc primam partẽ numerat, eam deinceps rationibus uarijs, & quãcopiosissimis uerbis approbari putat oportere. Hoc ego totũ †cum sua ratione unum puto, alioqui si ratio pars est, est autem uaria ratio, plures partes esse dicantur. Assumptionem deinde ponit: Nihil autem omnium rerũ melius, q̃ omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco iam porrò inducũt approbationem, de quo idem, quod suprà dico. Quinto inducũt loco complexionem, quæ aut infert solum quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igitur mundus administratur: aut unũ in locũ cum †conduxerit breuiter expositionem & assumptionẽ, adiungit quid ex his conficiatur, ad hunc modũ: Quod si melius geruntur quæ consilio, q̃ quæ sine consilio administrantur, nihil autẽ omniũ rerum melius q̃ omnis mũdus administratur, cõsilio igitur mundus administratur. Cui parti consentio. In tribus autem, quas fecimus partibus, non est forma semper eadem, sed una in qua idem concluditur: Anima immortalis est. Nam quicquid ex seipso mouetur, immortale est, anima autem ex seipsa mouetur, immortalis igitur est anima. Hoc fit non solum in singulis argumentis,

Rhetor. 1.

†Insita ratione

†cõcluserit

sed in totis causis, quæ sunt simplices, & in quæstionibus. Nam & hæ primam habent propositionem. Sacrilegium commisisti. Non quisquis hominem occidit, cædis reus tenetur. Deinde rationem. Sed hæc est in causis & quæstionibus longior, quàm in singulis argumentis, & plerunq; summa complexione, uel per enumerationem, uel per breuem conclusionem testantur quid effecerint. In hoc genere propositio dubia est. De hac enim queritur. Altera est complexio non par intentioni, sed uim habens parem: Mors nihil ad nos. Nam quod est dissolutum, sensu caret: quod autem sensu caret, nihil ad nos. In alio genere, non eadem propositio est, quæ connexio: Omnia animalia meliora sunt quàm inanima, nihil autem melius est mundo, Mundus igitur animal. Hic potest uideri de re contentio. Potuit enim sic constitui ratiocinatio: Animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt quàm inanima. Cæterum hæc propositio, aut confessa est ut proxima, aut probanda, ut qui beatam uitam uiuere uolet, philosophetur oportet. Non enim conceditur, cætera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt. Est & assumptio interim confessa, ut omnes autem uolunt beatam uitam uiuere. Interim probanda, ut illa: Quod est dissolutum sensu caret, cum soluta corpore anima, an sit immortalis, uel ad tempus certum maneat, sit in dubio. Quam assumptionem, alij rationem uocant, alij epichirema. Epichirema autem nullo differt à syllogismis, nisi quod illi & plures habent species, & uera colligunt ueris: epichirematis

Hæc est Platonis argumentatio in Axiocho.

frequentior circa credibilia est usus. Nam si contingeret semper controuersa confessis probare, uix essent in hoc genere usus oratoris. Nam quid ingenio est opus, ut dicas, bona ad me pertinere? Solus enim sum filius defuncti, uel solus hæres, cum iure bonorum possessio intestatis secundum tabulas testamenti detur, ad me igitur pertinent. Sed cum ipsa ratio in quæstionem uenit, efficiendum est certum id quod probaturi sumus, quod incertum est, ut si ipsa fortè intentione dicatur, aut filius non es, aut non es legitimus, aut non es solus, itaq; aut hæres non es, aut iustum testamentum non est, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum est iustum, propter quod bona adiudicari nobis debeāt. Sed tum est necessaria illa summa connexio, cum interuenit oratio largior. † Aliquando sufficiunt intentio ac ratio. Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit, quàm iusta repetenda. Ideoq; id enthymema quod est ex consequentibus rationi simile dixerunt. Sed & singula quoq; interim recte ponuntur, ut ipsum illud: Silent leges inter arma. Et, à ratione fas est incipere, deinde concludere ibidem: Quod si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune uoluerunt, quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Variant autem hic adhuc, & rursus rationem tertio loco ponunt, cum uideant aliquando gladium nobis ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem. Insidiatori autem & latroni,

Intestati q testamento facto non testati sunt supremam uoluntatem.

† ad quod

Cicero pro Milone.

quæ poteſt inferri iniuſta nex? Hæc intentio. +Quid cō mitatus noſtri? quid gladij uolunt? Hæc ratio. Quos hā bere circa te non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret. Hæc ex intentione & ratione cōnexio. Huic generi probationis tribus occurritur modis, id eſt per omnes partes. Aut enim expugnatur intētio, aut aſſumptio, aut cōcluſio, nonnunquam omnia. Sed omnia hæc tria ſunt. Intentio expugnatur: Iure occidi eum, qui inſidiatus ſit. Nam prima ſtatim pro Milone quæſtio eſt: An ſit ei fas lucem intueri, qui à ſe hominem necatum eſſe fateatur. Expugnatur aſſumptio omnibus his, quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunq̄ eſt uera, cū eius poſitio uera non ſit. Interim ueræ propoſitionis falſa ratio eſt: Virtus bonum eſt, uerū eſt, ſi quis rationē ſubiiciat, quod ea locupletes faciat, ueræ intentionis falſa ſit ratio. Connexio autem uera negatur, cum aliud colligit quàm id, quod ex prioribus conficitur, aut nihil ad quæſtionem dicitur pertinere. Non eſt uera ſic: Inſidiator iure occiditur: Nā qui curauit, ut uim afferat ut hoſtis, debet etiam ut hoſtis repelli: Recte igitur Clodius ut hoſtis occiſus eſt. Non utique. Nondum enim Clodium inſidiatorem oſtendimus. Sed ſit uera connexio: Recte igitur inſidiator ut hoſtis occiditur. Nihil ad nos. Nondum enim Clodius inſidiator apparet. + Sed ut poteſt eſſe uera connexio, & tamen falſa intentio & ratio, ita ſi illa uera ſunt, nunquam eſt falſa connexio. Enthymema ab alijs oratorius ſyllogiſmus, ab alijs pars dicitur ſyllogiſmi, propterea quod ſyllogiſmus utiq; conclu

+Quid comitatus quidē noſtri uiri clari uolūt?

+Sed ut poteſt uera eſſe intentio & ratio, & tamen falſa cōnexio, ita ſi illa falſa ſunt, nūquā eſt uera cōnexio.

sionem & propositionẽ habet, & per omnes partes effi
cit, quod proposuit, enthymema tantum intentum intelli
gi contẽtum sit. Syllogismus talis: Solum bonum uirtus.
Nam id demũ bonum est, quo nemo male uti potest. Vir
tute nemo male uti potest: Bonum est ergo uirtus. Enthy
mema ex consequentibus. Bonum est uirtus, qua nemo
male uti potest. Et contrà: Non est bonum pecunia. Non
enim bonum, quo quisquam male uti potest. Pecunia po
test quis male uti, Non igitur bonum est pecunia. Enthy
mema ex pugnãtibus: An bonum est pecunia, qua quisq;
potest male uti? Si pecunia, quæ est in argento signato,
argentum est, qui argentum omne legauit, & pecuniam
quæ est in argẽto signato legauit. Argentum aũt omne
legauit, Igitur & pecuniam quæ est in argento legauit.
Habebit formã syllogismi. Oratori satis est dicere: Cum
argentum legauerit omne, pecuniam quoq; legauit quæ
est in argento. Peregisse mihi uideor sacra tradentium
artes, sed consilio locus supereſt. Nanq; ego, ut in oratio
ne syllogismo quidem aliquando uti, nefas non duco, ita
conflare totam, aut certe confertam esse aggreßionũ &
enthymematum stipatione, minime uelim. Dialogis enim
& dialecticis disputationibus erit similior, q̃ nostri ope
ris actionibus, quæ quidem inter se plurimũ differunt.
Nanq; illi homines docti, & inter doctos uerum quæren
tes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad li
quidum confessumq; perducunt, ut qui sibi et inueniẽdi,
& iudicãdi uendicent partes, quarum alter τοπικὸν, al
teram κριτικὸν uocant. Nobis ad aliorum iudicia compo

Argẽtum si gnatum uete res monetã uocarunt, nẽ pe q̃d signo expreſſo mo neat cui⁹ de mum esset.

Non anxie conquirẽdos syllogismos dialecticos.

nenda est oratio, & sæpius apud omnino imperitos, atque aliarum certe ignaros literarum loquendū est: quos nisi et delectatione allicimus, & uiribus trahimus, & nō nunq̄ turbamus affectibus, ipsa quæ iusta ac uera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa uult esse elocutio, quorū nihil consequetur, si conclusionibus cer-
tis, & crebris, & in unā propè formā cadentibus concisa, & contemptum ex humilitate, & odium ex quadam seruitute, & ex copia satietatē, & ex amplitudine fastidium tulerit. Feratur igitur nō semitis, sed campis, non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis uallibus fluat, ac sibi uiam siquando nō accepe-
rit, faciat. Nam quid illa miserius lege uelut præformi-
Adagium. tas infantibus literas persequentiū, ut Græci dicere solent, quem mater amictum dedit, solicite custodientium? Propositio, ac conclusio, ex consequentibus & repugnā-
tibus non inspiret, nō augeat, non mille figuris uarie, adu-
uerset, ut ea nasci, & ipsa prouenire natura nō manu fa-
cta, & arte suscepta, magistrū fateri ubiq; uideantur? Quis unq̄ sic dixit orator? nōne apud ipsum Demosthe-
† huius ar- nem paucissima + huiusmodi reperiūtur? Quæ apprē-
tis & iuris sa Græci magis (nam hoc solū nobis peius facit) in cate-
nas ligant, & inexplicabili serie connectunt, & indubi-
tata colligunt, & probant confessa, & se antiquis per-
Cōfutatio hoc similes uocant. Deinde interrogati, nunq̄ respon-
alia. dunt quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc il-
lud adijciendum, ne his quidem consentire me, qui argu-
menta sermone puro, & dilucido, & distincto, ceterum

minime lato ornatoq; putant esse dicenda. Nanq; ea distincta quidem, ac perspicua debere esse confiteor, in rebus uero minoribus etiam sermone, ac uerbis quãmaxie proprijs, & ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatum his (qui modò non obscuret) subtrahendum puto. Nam & sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio, cum etiam ipsi iurisconsulti, quorũ summus circa uerborum proprietatem labor est, littus esse audeant dicere, qua fluctus alludit. Quoq; quid natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est uoluptatibus, & nimis suspecta argumentatio dissimulatione, & multum ad fidẽ adiuuat audientis uoluptas. Nisi fortè existimamus Ciceronem male in hac ipsa argumentatione dixisse: Silere leges inter arma, & gladium nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His tamen + habendus modus, ut sint ornamento, non impedimento.

In quibusdã exemplis aluit scriptũ ẽ

+ Adiectis modis

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBRI Sexti Proœmium, in quo de fortuna sua queritur.

HAEC Marcelle Victori, ex tua uoluntate maxime ingressus, tũ si qua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissime penè & necessitate quadam officij dele-

Deploratio immaturæ mortis filij.

gati mihi, sedulo laborabam, respiciens tamen illã curam meæ uoluptatis, quod filio cuius eminens ingenium, solicitam quoq; parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis uidebar, ut si me (quæ æquum & optabile fuit) fata intercepissent, præceptore tamen patre uteretur. At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, festinantemq; metu meæ mortalitatis, ita subitò prostrauit, ut laboris mei fructus ad neminem minus q̃ ad me pertineret. Illum enim de quo summa concepcram, & in quo spem unicam senectutis meæ reponebam, repetito uulnere orbitatis amisi. Quid nunc agam, aut quem ultrà esse usum mei dijs reprobantibus credã? nam ita fortè accidit, ut eum quoq; librum, quem de causis corruptæ eloquentiæ + emisi, iam scribere aggressus, simili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, & quicquid hoc est in me infelicium literarum, statim per immaturum funus consumpturis uiscera mea flãmis inijcere, neq; hanc impiam uiuacitatem nouis insuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum? ac nõ oderit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus uocis, quã ut incusem deos superstes omnium meorum? nullam terras despicere prouidentiam tester? si non meo casu, cui tamen nihil obijci, nisi quod uiuam potest, at illorũ certe, quos utiq; immeritos mors acerba damnauit, erepta mihi prius eorundem est mater, quæ nondum expleto ætatis undecimo anno, duos enixa filios, quamuis acerbissimis rapta fatis, felix decessit. Ego uel hoc uno malo sic eruditus

+ omisi

afflictus, ut me iã nulla fortuna posset efficere felicem. Nam cũ omni uirtute, quæ in fœminas cadit, functa sit, insanabilem attulit marito dolorem, tum ætate + ea puel + tam
lari, præsertim meæ comparata, potest & ipsa numerã-
ri inter uulnera orbitatis, liberis tamẽ superstitibus oblẽ
ctabar & quod nefas erat, sæua, sed optabat ipsa, me sal
uo maximos cruciatus præcipiti uia effugit. Mihi filius
minor quintum egressus annum, ut in malis agerẽ, prior
alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in
malis, nec augere lachrymarum causas uolo, utinamq; es
set ratio minuendi. Sed dissimulare quî possum, quid illi
gratiæ in uultu, quid iucunditatis in sermone, quos in-
genij igniculos, q̃ + præstantiam placidæ, & (quod scio + substantiã
uix posse credi) tantum altæ mentis ostenderit? qualis
amorem quicunq; alienus infans mereretur. Illud uero
insidiantis, quo me ualidius cruciaret, fortunæ fuit, ut il
le mihi blandissimus, me suis nutricibus, me auiæ educãti,
me omnibus qui solicitare solent illas ætates, anteferret.
Quapropter illi dolori, quem ex matre optima, atq; lau
dem ommem supergressa paucos ante menses cepera gra
tulor. Minus enim est quod flendum meo nomine, quàm
quod illius gaudẽdum est. Vna post hæc Quintiliani mei Quintiliani
spe ac uoluptate nitebar, et poterat sufficere solatio. Nõ filius.
enim flosculos sicut prior, sed & decimũ ætatis iam in-
gressus annum, certos atq; deformatos fructus ostende-
rat. Iuro per mala mea, per infelicem conscientiam, per
illos manes, numina doloris mei, has me in illo uidisse uir
tutes ingenij, non modò ad pereipiẽdas disciplinas, quo

Studia quę iam tum nō coacti sciunt eē p̄ceptores

nihil præstantius cognoui, plurima expertus, † studijs
iam tum nō coacti (sciunt præceptores) sed prohibiti,
pietatis, humanitatis, liberalitatis, ut prorsus possit hinc
esse tanti fulminis metus, quod obseruatum ferè est, cele
rius occidere festinatam maturitatē, & esse nescio quā,
quæ spes tantas decerpat, inuidiam, ne uidelicet ultrà ho
homini datum est, nostra prouehantur. Etiam illa fortu
næ aderant omnia, uocis iucunditas, claritasq́; oris suaui
tas, & in utracūq; lingua, tanquā ad eam demum natus
esset, expressa proprietas omnium literarum. Sed hæc
spes adhuc, illa maiora, constantia, grauitas, contrà do-
lores ctiam ac metus robur. Nam quo ille animo, quam me
dicorum admiratione, mensium octo ualetudinem tulit?
ut me in supremis consolatus est? quàm etiam deficiens,
quamq́; non tunc ipsum illum alienatæ mentis errorem
circa solas literas habuit? Tuósne ego ô meæ spes manes
labentes oculos, cum fugientem spiritum uidi? cūne corpus
frigidum exangue complexus, animā recipere, auramq́;
communem haurire amplius potui? dignus his eruciatī-
bus quos fero, dignus his cogitationibus. Téne consu-
lari nuper adoptione, ad omnium spes honorum † pro-
tris admotum, te auunculo Prætori generū destinatum,
te omnium spe Atticæ eloquentiæ candidatum, super-
stes parens habiturus est tantum ad pœnas? Et si non ca-
pido lucis, certe patientia uindicet te reliqua mea eta-
te. Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relega-
mus. Nemo nisi sua culpa diu dolet. Sed uiuimus, & ali-
qua uiuendi ratio quærenda est, credēdumq́; doctissimis

† prius

si

hominibus, qui unicum aduersorum solatium literas putauerũt. Siquando tamen ita resederit præsens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inseri posset, non iniuste petierim moræ ueniam. Quis enim dilata studia miretur, quæ potius non abrupta mirandum est? Tum si qua minus fuerint effecta his, quæ leuius adhuc afflicti cœperamus, imperitiæ, aut fortunæ remittantur: quæ si quid mediocrium alioqui nostro ingenio uirium fuit, ut nõ extinxerit, debilitauit tamẽ. Sed uel propter hoc nos contumacius erigamus, quod illã ut perferre nobis difficile est, ita facile cõtemnere. Nihil enim sibi aduersus me reliquit, & infelicem quidem, sed certissimã tamen attulit mihi ex his malis securitatem. Boni autem consulere nostrum laborẽ uel propter hoc certum est, quod in nullum iam propriũ usum perseueramus, sed omnis hæc cura ad alienos, ut alienis utilis (si modò quid utile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus alijs præparamus, alijs relinquemus.

De Conclusione seu Peroratione. CAP. I.

Peroratio sequebatur, quam cumulum quidam, conclusionem alij uocant. Eius duplex ratio est posita, aut in rebus, aut in affectibus. Rerum repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, quibus dam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totum simul causam ponit ante oculos, et etiam si per singula minus mouerat, turbã ualet. In hac quæ repetemus quambreuissime dicenda sunt, & quod græco uerbo patet, decurrendum per capita. Nam si morabimur,

Anacephalæosin primus appellauit Isocrates teste Phalereo nimirũ oĩm antedictorũ, quasi repetitionem, quẽ admodũ à capite ad calcẽ hominem dẽ scribẽdo nullas partes omittimus.

non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quæ autem enumeranda uidentur, cum pondere aliquo dicenda sunt, & aptis excitãda sententijs, & figuris utiq; uarianda, alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione ut lut memoriæ iudicium diffidentis. Sunt autem innumerabiles, optimeq; in Verrem Cicero: Si pater ipse iudicaret, quæ diceret cum hæc probarentur? & deinde subiecit enumerationem. Aut cum idem in eundem per inuocationem deorum spoliata à prætore templa dinumerat. Licet & dubitare num quid nos fugerit, & quid respondeat omnibus ita defensis. Illa uero iucundissima, si cõtingat aliquod ex aduersario ducere argumentum, ut si dicas: Reliquit uero hanc partem causæ: aut, intuidis præ-

+ pedes

mere maluit aut, ad + preces confugit, & meritis, cum sciret hæc et hæc. Sed non sunt singulæ speciei prosequendæ, ne sola uideantur, quæ fortè nunc dixero, cum occasiones & ex ausis, & ex dictis aduersariorum, & ex quibusdam fortuitis quoq; oriantur. Nec referenda modò nostra, sed postulandum etiam ab aduersarijs, ut ad quædam respondeant. Id aũt, si actionis superceriit locus, & ea proposuerimus, quæ refelli non possunt. Nam pro

+ quæ desint

uocare + quæ inde fortia, non arguentis est, sed momentis. Id unum epilogi genus uisum est plerisq; Atticorum, & philosophis ferè omnibus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. Id sensisse Atticos credo, qa

Vide Aristotelẽ in principio Rhetoricorum lib. 1.

Athenis affectus mouere etiã per præconem prohibebatur orator. Philosophos minus miror, apud quos uitij

est loco, affici, nec boni mores uidentur, sic à uero iudicẽ auerti nec conuenire bono uiro uitijs uti. Necessarios tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta, & in commune profutura nõ possint. Cæterum illud constitit inter omnes, etiam in alijs partibus actionis, si multiplex causa sit, & pluribus argumentis defensa, utiliter ἀναπεφαλαίωσιν fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas, in quibus nullo loco sit necessaria, si breues & simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori, patronoq; æque cõmunis est. Affectibus quoque eisdem ferè utuntur, sed rarius hic, at ille sæpius & magis. Nam huic concitare iudices, illi flectere cõuenit. Verum et accusator habet interim lachrymas ex miseratiõe eius rei quẽ ulciscitur, & reus de indignitate calumniæ conspirationis uehementius interim queritur. Diuidere igitur hæc officia commodissimum, quæ plerunq; sunt, ut dixi. Proœmio similia, sed liberiora, plenioraq;. Inclinatio enim iudicũ ad nos petitur initio + parcius, cum ad mitti satis est, & oratio tota supereſt. In epilogo uero + partim + idem cõsilio fecerat

est, qualem animũ + iudex in consiliũ ferat, & iam nihil amplius dicturi sumus, nec restat quo seruemus. Est igitur utriq; cõmune, conciliare sibi, auertere ab aduersario iudicem, concitare affectus & componere. Et brevissimũ quidem hoc præceptum dari utriq; parti potest, ut totas causæ suæ uires orator ante oculos ponat, & cũ uiderit quid inuidiosum, fauorabile, inuisum, miserabile, aut sit in rebus aut uideri possit, ea dicat, q̃bus si iudex esset, ipse maxime moueretur. Sed certius est ire per sin

gula. Et quæ conciliant quidem accusatorẽ, in præcepti exordij iam diximus. Quædam tamen, quæ illic ostendere satis est, in peroratione implenda sunt, magis si cõtra impotentem, inuisum, pernicioſum ſuſceptæ cauſa eſt, ſi iudicibus ipſis aut gloriæ damnatio rei, aut deformitati futura abſolutio. Nam egregie in Vatinium Caluus: Factum, inquit, ambitum ſcitis omnes, & hæc uos ſcire omnes ſciunt. Cicero quidem in Verrem etiam emẽdari poſſe infamiam iudiciorum damnato reo, dicit, quod eſt unum ex ſupradictis. Metus etiam ſi eſt adhibendus, ut facit idem, hunc habeat locum fortiorem, q̃ in proœmio. Quæ de re quid ſentirem, alio iam libro expoſui. Concitare quoq; inuidiam, odium, iram, liberius in peroratione cõtingit, quorum inuidiam gratia, odium turpitudo, iram offenſio iudicis facit. ſi contumax, arrogans, ſcelerus ſit, qui non ex facto modò, dictóue aliquo, ſed uultu, habitu, aſpectu moueri ſolet. Egregicq; nobis adoleſcentibus dixiſſe accuſator Coſſutiani Capitonis uidebatur, Græce quidem, ſed in hunc ſenſum: Erubeſcit Cæſarem timere. Summa tamen concitandi affectus accuſatori in etiam ſi fieri poteſt, quammaxime miſerabile eſſe uidea tur. Atrocitas creſcit ex his, q̃d factũ ſit, à quo, in quẽ, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ oĩa infinitos anfractus habent. Pulſatũ querimur, de re primũ ipſa dicendũ, tum ſi ſenex, ſi puer, ſi magiſtratus, ſi propinquus, ſi bene de Rep. meritus, etiã ſi + percuſſus ſit à uilli aliquo, contemptoq;, uel ex cõtrario à potente nimium,

De metu adhibendo optime precipit Ariſto. li. 1.

+ obierit

+ contẽptus

uel ab eo à quo minime oportuit. Et si die forte solenni, aut his temporibus, cum iudicia eius rei maxime exercerentur, aut in solicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo, in concione creſcit inuidia. Et si non errore, nec ira, uel etiam si forte ira, sed iniqua, quod patri affuisset, quod respondisset, quod honores contrà peteret. Et si plus etiam uideri potest uoluisse, q̃ fecit. Plurimum tamen afferet atrocitatis modus, si grauiter, si contumelioſe, ut Demoſthenes ex parte peuſsi corporis, ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit. Occiſus est, utrũ ferro, an igne, an ueneno: uno uulnere an pluribus, ſubitò an expectatione + tortus, ad hanc partem maxime pertinet. Vtitur frequenter accuſator & miſeratione, cum aut eius caſum quem ulciſcitur, aut liberorum, aut parentum ſolicitudinẽ cõqueritur. Etiã futuri temporis imagine iudices mouet, qui mancant eos caſus, qui de uitate, cedendum bonis, aut omnia quæcunq; inimici aniiniuria queſti ſunt, niſi uindicentur, fugiendũ de ciui mus ſert, perferenda. Sed ſæpius id eſt accuſatoris, auertere iudicẽ à miſeratione qua reus ſit uſurus, atq; ad formiter iudicandũ concitare. Cuius loci eſt etiam occupare, quæ dicturũ, facturúmue aduerſariũ putes. Nã & cautiores ad cuſtodiã ſuæ religionis iudices facit, & gratiã reſponſuris auſert, cum ea prædicta ſunt ab accuſatore, iam ſi pro reo petẽtur, nõ ſint noua, ut Seruius Sulpitius contra + Aufidiam, ne ſignatorũ, ut ab ipſis diſcrimen obijciatur ſibi, præmonet. Nec nõ ab Aeſchine, quali ſit uſurus Demoſthenes actione, prædictum eſt. Docendi

Contra Midiam.

+ tertius

Aufidium ut & poſtea ſequitur.

quoq; interim iudices, quid rogantibus respondere de-
beant, quod est unũ repetitionis genus. Periclitantẽ ue
ro commendat dignitas, & studia fortia, et susceptæ bel
lo cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Hoc quod
proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi,
pro Scauro, patre hic, ille pro filio. Commendat & cau-
sa periculi. si suscepisse inimicitias ob aliquod factum ho
nestum uidetur, præcipue bonitas, humanitas, misericor-
dia. Iuste + enim tũc petere ea quisque uidetur à iudice,
quæ alij ipse præstiterit. Referenda pars hæc quoq; ad
utilitatem Reipu. ad iudicũ gloriam, ad quæ exemplum,
ad memoriam posteritatis. Plurimum tamen uidet misera-
tio, iudicem flecti non tantum cogit, sed motum quoque
animi sui lachrymis confiteri. Hæc petentur, aut ex his
quæ passus est reus, aut his quæ tum maxime patitur, aut
his quæ damnatum manent, quæ & ipsa duplicantur,
cum dicimus è qua illi fortuna, et in quam recidendã sit.
Affert in his momentum & ætas, & sexus, & pignora,
liberi dico, & parentes, & propinqui, quæ omnia tra-
ctari uarie solent. Nonnunquam etiam & ipse patro-
nus has partes subit, ut Cicero pro Milone: O me misẽ-
rum, ô te infelicem. Reuocare me tu in patriam Milo
potuisti per hos, ego te in patria per eosdem reincre
non potero? Maximéq; si (ut tunc accidit) non conue-
nient ei, qui accusatur, preces. Nam quis ferret Milo-
nem pro capite suo supplicãtem, qui à se uirũ nobilem in
terfectum, quia id fieri oportuisset, fateretur? Ergo &
ille captauit ex illa præstantia animi fauorẽ, & in locũ

+ iustius

Miseratio q̃
mõ mouẽda.

lachrymarũ eius ipse succesßit. His præcipue locis utiles sunt prosopopœiæ, id est, fictæ alienarũ personarũ orationes, quales litigatorem decent, uel patronum. Nudæ tantum res mouent, aut cum ipsi loquimur, aut cũ ipsas loqui fingimus. Ex personis quoque trahitur affectus. Non enim audire iudex uidetur aliena mala deflentes, sed sensum ac uocem auribus + accipere miserorum, quo rum etiã mutus aspectus lachrymas mouet, quantoq; essent miserabiliora, si ea dicerent ipsi, tanto sunt quadam sua portione ad afficiendũ potẽtiora, cũ uelut ipsorũ ore dicuntur, ut scenicis actoribus eadem uox, eademq; pronunciatio plus ad mouendos affectus sub persona ualet. Itaq; idem Cicero, quanq; preces non dat Miloni, cumq; potius animi præstantia cõmendat, accommodauit ei tamen uerba, & conuenientes etiam forti uiro conquestiones: O frustra, inquit, mei suscepti labores. O spes fallaces, ô cogitationes meæ inanes. Numquam tamen debet esse longa miseratio, nec sine causa dictum est: Nihil facilius quàm lachrymas inarescere. Nam cum etiam ueros dolores mitiget tempus, citius euanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus imago: in qua si moramur, fatigatur lachrymis auditor, & requiescit, & ab illo, quem ceperat impetu, ad rationem redit. Non patiamur igitur frigescere hoc opus, & affectum, cum ad summum perduxerimus, relinquamus, nec speremus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Ideoq; cum in alijs, tum maxime in hac parte debet crescere oratio. Quia quicquid non adijcit, prioribus etiam detrahere ui-

+accire

Lachrymæ citissime arescunt, uide Chiliades

detur, & facile deficit affectus, qui descendit. II.

Adhuc de Affectibus mouendis. CAP.

Sic deducta fuit Phryne scortũ in iudiciũ, de quo ante annotatum est.

NON solum autem dicendo, sed etiam faciẽdo quædam, lachrymas mouemus, unde & producere ipsos qui periclitentur, squalidos atq; deformes, & liberos eorum, ac parentes institutum, & ab accusatoribus ostendi cruentum gladiũ, & lecta è uulneribus ossa, & uestes sanguine perfusas uidemus, & uulnera resolui, ac uerberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunq; uis est, uelut in rem præsentem, animos hominum ducentium. Et populum Romanũ egit in furorem præcxta C. Cæsaris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum, corpus deniq; ipsum impositum lecto + erat, uestis tamẽ illa sanguine madens ita repræsentauit imaginẽ sceleris, ut nõ occisus esse Cæsar, sed tum maxime occidi uideretur. Sed non ideo probauerim, quod factum & legono, & ipse aliquando uidi depictam tabulam + supra Iouem in imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat cõmouendus. Quæ enim erit actoris infantia, quæ mutam illã effigiem magis quàm orationẽ pro se putet locuturam?

Lege Suetonium in uita Cæsaris.

+ adest

+ supra Iouis imaginẽ.

Sordes sordidatę uestes.

At sordes, & squalores, & propinquorum quoq; simulem habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicum per chariſsima pignora, utiq; si & reo sint liberi, coniunx, parentes, utilis erit. Et deorum etiam inuocatio, uelut ex bona conscientia profecta uideri solet. Strepitum denique iacere, et genua complecti, nisi tamen personas nos, & antecacta uita, & rei conditio prohibebit.

Quædam enim tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Verum sic est habenda autoritatis ratio, ne sit inuisa securitas. Fuit quondam inter hæc omnia potentißimum id, quo Lucium Murænam Cicero, accusantibus clarißimis uiris, eripuisse præcipue uidetur: persuasit enim nihil esse ad præsentem rerum statũ utilius, quàm pridie Calend. Ianuarias ingredi consulatum. Quod genus nostris temporibus totum penè sublatum est, cum omnia curæ tutelæq; unius innixa, periclitari nullo iudicij exitu posßint. De accusatoribus & reis sum locutus, quia in periculis maxime uersatur affectus. Sed priuatæ quoque causæ utrunq; habent perorationis genus, & illud quod est ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lachrymis, si aut statu periclitari, aut opinione litigator uidetur. Nam in paruis quidem litibus has tragœdias mouere tale est, quale si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus uelis. Illud ne indignum quidem admonitione, ingens in epilogis meo iudicio uerti discrimen, quomodo se dicenti, qui excitatur, accommodet. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus, diligenterq; hæc sunt actori prouidenda. Equidem repugnanteis eos patrono, & nihil uultu commotos, & intempestiue ridentes, & facto aliquo, uel ipso uultu risum mouentes, sæpe etiam uidi, præcipue uero cum aliqua uelut scenice + fiunt. Transtulit patronus aliquando puellam, quæ soror esse aduersarij dicebatur (nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia, tanquam in gremio fratris relicturus. At is à nobis præ

Vide Chilia.

+ caduna

monitus decesserat. Tum ille, alioqui uir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantē suam frigidissime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit, at ea sæpius risum fecit. Nam & hi, quorum officij erat ut traderent eam, ignari quid esset epilogus, quoties eum respexisset patronus, offerebant palàm, & prolata nouissime deformitate ipsa, nam senis cadaueri infusa, præteritam quoq; orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Gliconi, cui Spiridion fuit cognomē, acciderit. Huic puer, quē + in ius productum quid fieret interrogabat, ex pædagogo se uellicari respondit. Sed nihil illa contra + Cephasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. Omnia tamen hæc tolerabilia, quibus actionē mutare facile est, at qui à stylo nō recedunt, aut conticescunt ad hos casus, aut frequentissime falsa dicunt. Inde est enim: Tendit ad uestra genua, supplices manus, & hæret in complexu liberorū miser, & reuocat ecce me, etsi nihil horū is, de quo dicitur faciat. Et scholis hæc uitia, in quibus omnia libere fingimus, & impune, quia pro facto est quicquid uolumus, non admittit hoc idem ueritas fori. Egregiēq; Cassius dicendi adolescentulo: Quid me toruo uultu intueris seuere? Non me hercules + inquit, faciebam, sed sic scripsisti. Ecce, & quàm potuit truculētissime eum aspexit. Illud præcipue monendum, ne quis nisi summis ingenij uiribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam ut est longe uehementissimus hic cū inualuit affectus, ita si nihil efficit, tepet, quē melius infirmus actor tacitis iudicum co-

+ is

+ Seplasios

+ Quid ni faciam?

gitationibus reliquisset. Nam & uultus, & uox, & ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerunq; sunt homimibus, quos non permouerunt. Quare metiatur, ac diligenter æstimet uires suas actor, & quantum onus subiturus sit, intelligat. Nihil habet ista res medium, sed aut lachrymas meretur, aut risum. Non autem commouere tantum miserationẽ, sed etiam discutere, epilogi est proprium, cum oratione continua, quæ motos lachrymis iudices ad iustitiam reducat, tum etiam quibusdam urbane dictis, quale est: Date puero panem, ne ploret: & corpulento litigatori, cuius aduersarius item puer, circa iudices erat ab aduocato latus. Quid faciam? ego te baiulare non possum. Sed hæc tamen non debent esse mimica. Ita neque illum probauerim, qui inter clarissimos sui tempo- Mimica legendum, nõ inimica, quã quam quicris oratores fuit, qui pueris in epilogum productis, talquid adeo los proiecit in mediũ, quos illi diripere cœperunt. Nam- mimicũ est, que hæc ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse misomnib⁹ grarabilis. Neque illum, qui, cum esset cruentus gladius eius ue & quasi ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occi- inimicũ est. sum, subito ex subsellijs ut territus fugit, & capite ex parte uelato cum ad agentem ex turba prospexisset, interrogauit, an iam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Discutiendæ tamen oratione huiusmodi scenæ. Egregieq; Cicero, qui contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem, cuius subinde uulnus in iudicio resoluebatur, pro Vareno multa dixit urbane. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satisfacimus, si forte eius sit persona talis, ut

illi debeatur reuerentia, aut cum amice aliquid commonemus, & ad concordiam hortamur, quod est genus egregie tractatum à Pasieno, cum Domitiæ uxoris suæ pecuniariam litem aduersus fratrem eius Aenobarbum ageret. Nam cũ de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoq;, qua uterq; abundabat, adiecit: Nihil uobis minus deest, quàm de quo contenditis. Omnes autem hos affectus, etiam si quibusdam uidentur in proœmio, atq; in epilogo sedem habere, in quibus sanè sunt frequentissimi, tamen aliæ quoq; partes recipiunt, sed breuiores, ut cum ex his plurima sint + reseruanda. At hic, si usquam, totos eloquẽtiæ aperire fontes licet. Nam ex his, si bene diximus reliqua, possidemus iã iudicũ animos, & + confragosis atq; asperis euecti, tota pandere possumus uela: cum sit maxima pars epilogi amplificatio, uerbis atque sententijs uti liceat magnificis atq; ornatis. Tunc enim mouendum theatrum, cum uentum est ad ipsam illud, quo ueteres tragœdiæ comœdiæq; clauduntur, Plaudite. In alijs autem partibus tractandus affectus erit, ut quisq; nascetur. Nam neque exponi sine hoc res atroces, et miserabiles debent. Cum de qualitate alicuius rei quæstio est, probationibus uniuscuiusq; rei recte subiungitur. Vbi uero coniunctam ex pluribus causam agimus, etiam necesse erit uti pluribus quasi epilogis, ut in Verrem Cicero fecit. Nam & Philodamo, & nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & alijs plurimis suas lachrymas dedit. Sunt qui hos μερικοὺς ἐπιλόγους uocẽt, quo partitam perorationem significant. Mihi non tam par-

+ reuerenda

+ confragosius atq; asperius.

Metaphorica ista oĩa, hæc autem summa, quã doquidem ea quæ postremo audiuntur, diutissime inhærere solent, danda opera est, ut quã uehementissimi sub finem simus.

tes eius quàm species uidentur. Siquidem † hæc epilogi et perorationis nomina ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse consummationem orationis. † et

De diuisione affectuum, & quo modo mouendi sint. CAP. III.

QVamuis autem pars hæc iudicialium causarum sit summa, præcipueq; constet affectibus, & alibui quidem locum istum in unam speciẽ cõcludere. Quà quà de his necessariò dixerim, non tamen potui, ac ne de re adhuc opus superest, cum ad obtinẽda, quæ uolumus, potentissimum, tum supradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atque in eum quem uolumus habitum formandi, & uelut transfigurandi. Quà de re paucà, quæ postulabat hæc materia, sic attigi, ut magis quid oporteret fieri, quàm quo id modo consequi possemus, ostenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio est. Nam & per totam (ut diximus) causam, locus est affectibus, & eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda, quo nihil maius † afferre uis orandi potest. Nam cæteras forsitan tenuis quoque, & angusta ingenij uena, si modo uel doctrina, uel usu sit adiuta, generare, atque ad frugem aliquam perducere queat. Certe sunt semper fuerunt non parum multi, qui satis peritè, quæ essent probationibus utilia, reperirent, quos equidem non contemno, sed hactenus utiles credo, ne quid per eos iudici sit ignotum, atque (ut dicam quod sentio) dignos à quibus causas diserti docerentur. Qui uero iudicem rapere, et in quẽ uellet habitũ animi posset perducere, quo

In unam speciẽ, pro simpliciſ & quasi cõpendio, uel suo numeratoq; ordine, ut & in 4. dixit in unam speciem, pro paucis uerbis.

† afferri oratio ti potest Vena, p ductu atque adeo fluxu. Cicero dixit succo ingenij.

dicto flendum & iracundum esset, rarius fuit. Atque hoc est, quod dominetur in iudicijs, hæc eloquentiam regunt. Nanque argumenta plerunque nascuntur ex causa, & pro meliore parte plura sunt semper, ut qui per hæc uicit tantum, non defuisse sibi aduocatum sciat. Vbi uero animis iudicum uis afferenda est, & ab ipsa ueri cõtemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator, hoc libellis non continetur. Probationes enim efficiunt sanè, ut causam nostram meliorem esse iudices putent, affectus præstant ut etiam uelint. Sed id quia uolunt, credunt quoque. Nam cum irasci, fauere, odisse, misereri cœperint, agi iam rem suam existimant: & sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum præmit amor, ita omnem in quirendæ ueritatis rationem iudex amittit, occupatus affectibus, æstu fertur, & uelut rapido flumini obsequitur: ita argumenta, ac testes quid egerint, pronuntiatio ostendit, cõmotus autem ab oratore iudex quid sentiat, sedens adhuc atq; audiens confitetur. An cum ille, qui plerisq; perorationibus petitur, fletus erumpit, non pauciam dicta sententia est? Huc igitur incumbat orator, hoc opus eius, hic labor est, sine quo cætera nuda, iciuna, infirma, ingrata sunt. Adeò uelut spiritus operis huius atque animus est in affectibus. Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species, alteram Græci πάθος uocant, quam nos uertentes recte ac proprie affectũ dicimus: alteram ἦθος, cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus, mores appellantur,

Hoc libellis non continetur. & aliâs quasi prouerbij in speciem dictum reperio pro eo quod est, præceptis cõprehẽdi non potest, ductũ à libellis iudiciarijs, è quibus solent probationes desumi.

Spiritus, Quo quasi uiuit, & mẽbris suis consistit oratio uegetis et spirantibus.

atq; inde pars quoque illa philosophiæ ἠθικὴ moralis est dicta. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi, non tam mores significari uidentur, quàm morum quædam proprietas. Nam ipsis quidem omnes habitus mentis continentur. Cautiores uoluntatem complecti, quàm nomina interpretari maluerunt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atq; compositos esse dixerunt. In altero uehementer commotos, in altero lenes, deniq; hos imperare, illos persuadere, hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam prævalere. Adijciũt quidam peritorũ πάθος temporale esse. Quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo esse materias, quæ continuum desiderent affectum. Nec tamen minus artis, aut usus hi leniores habent, uirium atq; impetus non tantundem exigunt. In causis uero etiam pluribus uersantur, imò secũdum quendam intellectum in omnibus. Nam cum nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quicquid de honestis, & utilibus, deniq; faciendis & non faciendis dicitur, hoc uocari potest. Quidam commendationem, atq; excusationem propria huius officij putauerunt, nec abnuo esse ista in hac parte, sed non cõcedo ut sola sint, quin illud adhuc adijcio, πάθος, atq; ἦθος esse interim ex eadem natura, ita ut illud maius sit, hoc minus, ut amor πάθος, charitas ἦθος. Interdum diuersa inter se, sicut in epilogis. Nanq; πάθος concitat, ἦθος solet mitigare. Propria tamen mihi uis nominis & exprimenda natura est, quatinus appellatione ipsa non satis significari uidetur. ἦθος quod intelligimus, quodq; à docen-

ἦθος Rodolphus Agricola quasi in eadem cum Fabio hæresi, non mores sed morum affectiones, seu dispositiones rectè putat interpretari se posse.

†alioqui

ἦθος inquit

Hermogenes quasi pedestris quædam affectio est, quæ non in graues turbatasq; uoluntates & uarietates exurgit, ut πάθος, sed blando quodam arq; iucundo motu animis audientium illabatur, & quasi quandam uitæ suauis cõsuetudinem effingat.

tibus desideramus, id erit, quod ante omnia bonitate cõmendabitur, non solũ mite ac placidum, sed plerunq; blãdum, & humanum, & audientibus amabile, atq; iucundum. In quo exprimendo summa uirtus ea est, ut fuerit omnia ex natura rerum hominum q; uideantur, quo modo res dicentis ex oratione pelluceant, et quodã modo agnoscantur, quod est sine dubio inter coniunctas maxime personas, quoties perferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus, procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris aduersus filium, tutoris aduersus pupillum, mariti aduersus uxorem moderatio est. Hi enim præ se ferũt eorum ipsorum, à quibus læduntur, charitatẽ, nec q; alio modo inuisos eos faciunt, q̃ quod amare ipsi uidentur. Alia cum senex adolescentis, alia cum conuitium hostis inferioris fert. Hic enim tantum concitari, illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadem natura, sed motus adhuc minoris, ueniam petere, adolescentiæ defendere amores. Nonnumq̃ etiam leuis alieni caloris derisus ex hac forma uenit, sed non his ex locis tamen, uerum aliquanto magis propriæ sunt uirtutes simulationis, sinfaciendi, rogandi & εἰρωνείας, quæ diuersum ei quod dicit, intellectum petit. Hinc etiam ille maior ad conciliandum odium nasci affectus solet, cum hoc ipso, quo nos aducrsarijs submittimus, intelligitur tacitæ imprecationis exprobratio. Nanq; eos graues, & intollerabiles id ipsum demonstrat, quod cedimus, & ignorant cupidi maledicendi, aut affectatores libertatis, plus inuidiam q̃ conuitium posse: nam inuidia aduersarios, conuitium nos inuisos

facit. Ille iam penè medius affectus est ex amoribus, & desideriis amicorum, & necessariorum: nam & hoc maior est, et illo minor. Non parum significanter etiam illa in scholis ἦθη, dixerimus, quibus plerunq; rusticos, superstitiosos, auaros, †timidos, secundum conditionem propositorum effingimus. Nam sic ἦθη mores sunt, cum hos imitamur, & ex his ducimus orationem. Denique hoc omne, bonum & comem uirum poscit, quas uirtutes cum etiam in litigatore debeat orator, si fieri potest, approbare, utiq; ipse aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimũ causis, quibus ex sua bonitate faciet fidẽ. Nam qui dum dicit, malus uidetur, utiq; male dicit. Non enim uidetur iusta dicere, alioqui ἦθος uideretur. Qua re ipsum etiã dicendi genus, in hoc placidum debet esse, ac mite, nihil superbum, nihil elatum saltem ac sublime desideret. Proprie, iucunde, credibiliter dicere sat est. Ideoq; & medius ille orationis modus maxime conuenit. Diuersum est huic quod πάθος dicitur, quod q; nos affectum proprie uocamus, & ut proxime utriusq; differentiam signem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ simile. Hæc pars circa iram, odium, metum, inuidiam, miseratio nem, ferè tota uersatur. Quæ quibus ex locis ducenda sint, & manifestum omnibus, & nobis in ratione procemij, atq; epilogi dictum est. Et metum tamen duplicem intelligi uolo, quem patimur, & quem facimus: Et inuidiam. Nanque altera inuidum, altera inuidiosum facit. Hoc autem hominis, illud rei est, in quo et plus habet operis oratio. Nam quædam uidentur grauia per se, pari-

†Inuidos

πάθος ait Isocrates teste Suida. τραγικὴ διάθεσις, θύμου καὶ ἐλέου καὶ φθόνου καὶ τῶν τοιούτων παραχωρεῖ πέπλεγμένη.

ciduum, cædes, ueneficium: quædam efficienda sunt. Id aut contingit, cum magnis alioqui malis grauius effici quod paßi sumus, ostenditur. Quale est apud Verg.

Aeneid. 3.

O felix una ante alias Priameia uirgo,
Hostilĕ ad tumulũ Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori.
Quàm miser enim casus Andromachæ, si comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriam nostram, ut etiam quæ multo minora sint, intoleranda dicamus: Si pulsasses, defendi nõ poteras, uulnerasti. Sed hoc diligemius, cum ad eam amplificationem uenerimus, dicemus, Interim notasse contemnus sum, non id solum agere affectus, ut quæ sunt ostendantur acerba ac luctuosa, sed etiam ut quæ toleranda haberi solent, grauia uideantur, ut cum in maledicto plus iniuriæ, q̃ in manu, in inuectiua plus pœnæ dicimus, quàm in morte. Nanque in hoc eloquentiæ uis est, ut iudicem non ad id tantum impelat, in quod + ipse à rei natura duceretur, sed aut qui non est, aut maiorem quàm est faciat affectum. Hæc est illa, quæ Λειτώσις uocatur, rebus indignis, asperis, inuidiosis addens uim oratio. Qua uirtute, præter alios, plurimũ Demosthenes ualuit. Quod si tradita mihi sequenda cepta sufficeret, satis feceram huic parti, nihil eorum quæ legi, uel didici, quod modo probabile fuit, omittendo. Sed mihi in animo est, quæ latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidem nõ aliquo tradente, sed cum perimẽto meo, ac natura ipsa duce accepi. Summa enim (quantum ego quidem sentio) circa mouendos affectus in hoc posita est, ut moueamur ipsi. Nam & luctus, &

+ ipsa res natura ducet

iræ,et indignationis,aliquando ridicula fuerit imitatio, si uerba,uultumq; tantum,non etiam animum accommodauerimus. Quid enim aliud est causæ,ut lugentes utiq; in recenti dolore disertissime quædam exclamare uideantur, & ira nonnunquam indoctis quoq; eloquentiam faciat, quàm quod illis inest uis mentis, & ueritas ipsa morum? Quare in his, quæ uerisimilia esse uolemus, simus ipsi similes eorum,qui uere patiuntur affectibus,& à tali animo proficiscatur oratio,qualem facere iudicem uolet. An ille dolebit,qui audiet me, cum hoc dicam,non dolentẽ irascetur,si nihil ipsæ,qui in iram concitat,idq; exigit,simile patietur? siccis agens oculis lachrymas dabit? fieri non potest. Nec incendit nisi ignis,nec madescimus nisi humore,nec res ulla dat alteri colorem,quem nõ ipsa habet. Primum est igitur,ut apud nos ualeãt ea, quæ ualere apud iudicem uolumus,afficiamurq; antequã afficere conemur. At quomodo fiet,ut afficiamur? Neq; enim sunt motus in nostra potestate. Tentabo etiam de hoc dicere,quas φαντασίας Græci uocant, nos sanè uisiones appellemus, per quas imagines rerum absentium ita representantur animo,ut eas cernere oculis,ac præsentes habere uideamur. Has quisquis bene ceperit, is erit in affectibus potentissimus. Hunc quidam dicunt εὖ φαντασιωτὸν, qui sibi res,uoces,actus secũdum uerum optime finget,quod quidem nobis uolentibus facile contingit. Nam ut inter otia animorum, & spes inanes,& uelut somnia quædam uigilantium, ita nos hæ, de quibus loquimur imagines prosequuntur, ut peregrinari,

nauigare, præliari, populos alloqui, diuitiarum, quas nō habemus, usum uideamur disponere, nec cogitare, sed fa-

†nostram cere: hoc animi uitium ad utilitatem † non trāsferemus?

†Ac Res præsens non ipsum modo tempus in quo accidit, sed omnia quæ in eo tēpore gesta sunt, peculiari hoc dicendi formula.

†Vt hominem occisum queror, non omnia quæ in re præsenti accidisse credibile est, in oculis habebo? non percussor ille subitus erumpet? non expauescet? circumuentus exclamabit? uel rogabit? uel fugiet? non feriemem, non concidentem uidebo? non animo sanguis, & † pallor, & gemitus, extremus deniq; expirantis hiatus ingredet? Insequetur ζώαργεια, quæ à Cicerone illustratio & euidentia nominatur, quæ non tam dicere uidetur quàm ostendere, & affectus non aliter quàm si rebus ipsis interfimus, sequentur. An non ex his uisionibus illa sunt?

Aeneid. 9. Excussi manibus radij, reuolutaq; pensa. Leuiq; pactēs in pectore uulnus. Et equus ille in funere Pallantis positis insignibus. Quid? non idem poëta penitus animi fati cepit imaginem, ut diceret: Et dulcis moriens reminiscitur Argos? Vbi uero miseratione opus erit, nobis ea, de quibus querimur, accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus. Nos illi simus, quos grauia, indigna, tristia passos queramur. Nec agamus rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem.

Huc refer Polum histrionem de quo Gellius. Ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus. Vidi ego sæpe histriones, atque comœdos, cum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent, flentes adhuc egredi. Quod si in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus, quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, moueri periclitātium uice posſimus?

Sed in schola rebus quoq; ipsis affici cõuenit, easq; ueras sibi fingere, hoc magis, quod illic ut litigatores loquimur frequentius, q̃ ut aduocati. Orbum agimus, et naufragũ, & periclitantem, quorum induere personas + non attinet, nisi affectus assumimus? Hæc dissimulanda mihi non fuerunt, quibus ipse, quantuscunq; usus fuit (nam peruetus sum, ut me non lachrymæ solum deprehenderint, sed pallor, & uero similis dolor.

+quid

De Risu. CAP. IIII.

+Vic diuersa uirtus, quæ risum iudicis mouẽdo, & illos tristes soluit affectus, & animum ab intentione rerum frequenter auertit, & aliquando etiam reficit, et à satietate, uel à fatigatione renouat. Quanta sit autẽ in ea difficultas, uel duo maximi oratores, alter græcæ, alter latinæ eloquẽtiæ principes, docent. Nã plerig; Demosthenem facultatẽ huius rei defuisse credunt, Ciceroni modum. Nec uideri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodũ dicta, nec sanè cæteris eius uirtutibus respondentia, palàm ostendũt, nec displicuisse illi iocos, sed non contigisse. Noster uero non solũ extra iudicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimius risus affectator. Mihi quidem, siue id recte iudico, siue amore immodico præcipui eloquentia uiri laboro, mira quædam uidetur in eo fuisse urbanitas. Nam & in sermone quotidiano multa, & in altercationibus & interrogandis testibus plura quàm quisquam dixit facete, & illa ipsa quæ sunt in Verrẽ dicta frigidius, alijs assigna-

+Hinc

Nam Plutarchus in problematis docet amicos Ciceronis ab illo contendisse multoties, ut iocandi cauillandiq; lasciuiæ moderaretur.

uit, & testimonij loco posuit, ut quo sunt magis vulgaria, eo sit credibilius illa ab oratore non ficta, sed passim

+Vtinam & libertus eius Tiro.

esse iactata. +Vtinam Quintus, & libertus eius Tiro, aut alius quisquis fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indulsissent, & plus iudicij in eligendis, quàm in congerendis studij adhibuissent. Minus obiectus calũniantibus foret, qui tamen nunc quoq; ut in omni eius ingenio, facilius quid reijci, quàm quid adijci possit, inuenient. Affert autem summam rei difficultatem. Primum quod ridiculum dictum plerunq; fallacissum est, hoc semper humile, sæpe ex industria deprauatum, tum uaria hominum iudicia in eo, quia non ratione aliqua, sed motu quodam, nescio an enarrabili iudicatur. Neq; hoc ab illo facetis explicari puto, licet multi tẽtauerint. Vnde risus quidem non solum facto aliquo dictóue, sed interdum quodam etiã corporis tractu +lacessitur. Præterea non una ratione moueri solent. Neq; enim acute tantum, ac urbane, sed stulte, iracunde, timide dicta aut facta ridemur. Ideoq; anceps eius rei ratio est, quod à derisu non procul abest risus. Habet enim, ut Cicero dicit, sedem in deformitate aliqua, & turpitudine: quæ cum in alios dicentẽ recidunt, stultitia uocatur. Cũ uideatur aũt res leuis, et quæ à puerris, mimis, insipientibus deniq; sæpe moueatur, tamen habet uim nescio an imperiosissimã, & cui repugnari minime potest. Erumpit enim inuitis sæpe, nec fultus ope, nec uultus modò ac uocis exprimit confessionem, sed totum

+tanquam

+Hoc ῥbum non erat in uetusto codice.

Lib. 11. de oratore.

corpus ui sua concutit. Rerum autem sæpe, ut dixi maximarum momenta uertit, cum odium iramq; frequentissime frangat. Documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege securius inter cœnam locuti, cum rationẽ facti reposcerentur, et neq; negari res, neq; defendi posset, risu sunt et opportuno ioco elapsi. Nanq; unus ex his, Imò, inquit, nisi lagena defecisset, occidissemus te. Eaq; urbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. Verũ hoc quicqd est, ut non ausim dicere, carere omnino arte, quia nonnullam obseruationẽ habet, suntq; ad id perti nẽtia, et à Græcis et à Latinis cõposita præcepta, ita plane affirmo præcipue positũ esse in natura, et in occasione. Porrò natura non tantũ in hoc ualet, ut acutior quisq; habilior sit ad inueniendum: nam id sanè doctrina posset augeri, sed inest proprius quibusdam decor in habitu atq; cultu, ut eadem illa minus dicente alio uideantur urbana esse. Occasioni uero et in rebus est tanta uis, ut sæpe adiuti ea nõ indocti modò, sed etiam rustici falsege uernusliora omnia in respondendo, quàm in prouocando. Accedit difficultati, quod eius rei nulla exercitatio est, nulli præceptores. Vtique in conuiuijs, & sermonibus multi dicaces, sed quia in hoc usu quotidiano profecimus, oratoria urbanitas rara, nec ex arte propria, sed ad hanc consuetudinem accommodata. Nihil autem uetabat, & componi materias in hoc idoneas, ut controuersiæ permixtis salibus fingerẽtur, uel res proponi singulas ad inuentũ talem exercitationem. Quin illæ ipsæ,

† & in eo qs- quis aliqd di xerit prior.

quæ dicta sunt, ac uocantur, quas certis diebus festæ lu-
centiæ dicere solebamus, si paulum adhibita ratione fine-
gerentur, aut aliquid in his serium quoq; esset admixtũ,
plurimum poterũt utilitatis afferre, quæ nunc iuuenum,
uel sibi ludentium exercitatio est. Pluribus autem nomi-
nibus in eadem re uulgò utimur, quæ tamen si diducas, su-
am propriam quandam uim ostendent. Nam & urbani-
Vrbanum. tas dicitur, qua quidem significari uideo sermonem præ-
se ferentem in uerbis, & sono, & usu proprium quendã
gustum urbis, & sumptam ex conuersatione doctorum
tacitam eruditionem. Deniq; cui contraria sit rusticitas,
Venustum uenustum esse, quod cum gratia quadam & uenere di-
Salsum. catur apparet. Salsum in consuetudine pro ridiculo tã-
tum accipimus, natura non utique hoc est, quanquam &
De Orat. II. ridicula oporteat esse salsa. Nam & Cicero, omne quod
salsum sit ait esse Atticorum, non quia sunt maxime ad
In epigr. risum compositi. Et Catullus cum dicit:

Nulla in tam magno est corpore mica Salis. Hoc
dicit, nihil in corpore eius esse ridiculum. Salsum igitur
erit quod non erit insulsum, uelut quoddam simplex ora-
tionis condimentum quod sentitur latente iudicio, ueluti
palato, excitatq;, et à tædio defendit orationem. Sane ita
men ut ille in cibis paulò liberalius aspersus, si tamen non
sit immodicus, affert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi
quoq; in dicendo habent quiddam, quod nobis faciat ea
Facetum. diendi sitim. Facetum quoq; non tantum circa ridicula
opinor consistere. Neq; enim diceret Horatius facetum
carminis genus natura concessum esse Vergilio, decoris

hanc magis & excultæ cuiusdam elegantiæ appellationem puto. Ideóque in epistolis Cicero hæc Bruti refert uerba: Ne ulli sunt pedes facceti, ac delicijs ingredienti molles, quod conuenit cum illo Horatiano,

Molle atque facetum, Vergilio. Iocum uero ac cipimus, quod est contrarium serio. Nam & fingere, et terrere, & promittere interim iocus est. Dicacitas sine dubio, dicendo, quæ ex omni genere cõmuni ducta est, proprie tamen significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanum fuisse dicunt, di cacem negant. Proprium autem materiæ, de qua nunc loquimur, est ridiculum. Ideóque hæc tota disputatio à Græcis περὶ γελοίου inscribitur. + Eius prima diuisio tra ditur eadem, quæ est omnis orationis, ut sit positum in rebus, aut in uerbis. Vsus autem maxime simplex. Aut enim ex alijs risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus medijs. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut elcuamus, aut repercutimus, aut eludimus: Nostra ridicula indicamus, & ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda. Nanque eadem, quæ si imprudentibus excidant, stulta sunt, si simulamus, uenusta creduntur. Tertium est genus, ut idem dicit, in decipiendis expectationibus dictis aliter accipiendis, cæteris' que quæ neutram personam contingunt. Ideoq; à me media dicuntur. Item ridicula, aut facimus, aut dicimus. Facto risus conciliatur interim admixta grauitate, ut M. Cæcilius Prætor, cum sellam eius curulẽ Consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intẽtam. Dicebatur autem Con-

Iocus.

Dicacitas.

+etenim

De orato. II.

Pro Cælio.

sul à patre aliquando cæsus flagris. Interim sine respectu pudoris, ut in illa pyxide Cæliana, quod neque oratori, neque ulli graui uiro conueniat. Idem autem de uultu gestuq; ridiculo dictum sit, in quibus est quidem summa gratia, sed +maior cum captare risum non uidentur. Nihil enim ex his quæ dicunt sulsa, dicunt insulsius. Quam quam autẽ gratiæ plurimum dictis scueritas affert, sitq; ridiculum id ipsum, quia qui dicit non ridet, est tamen interim & aspectus, & habitus oris, & gestus non inurbanus, cum his modus contigit. Id porrò quod dicitur, aut est lasciuum & hilare, qualia Galbæ pleraq; aut contumelio sum, qualia nuper Iunij Bassi: aut asperum, qualia Cassij Seueri: aut lene, qualia Domitij Afri. Referre his ubi quis utatur. Nam in conuiuijs & quotidiano sermone lasciua humilibus, hilaria omnibus conuenient. Lædere nunquam uelimus, longeq; absit propositum: potius amicum quàm dictum perdidi. In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus uti licere: quanquam & contumelioſe, & aspere dicere in aduersarios permissum est, cum accusare etiam palàm, & caput alterius iuste petere concessum sit. Sed hic quoq; tamen inhumanus uideri solet fortunæ insectatio, uel quia culpa caret, uel quia recidere etiam in ipsos qui obiecerunt, potest. Primum itaq; considerandum est, & quis, in quo causa, & apud quem, & in quem, & quid dicat. Oratori minime conuenit distortus uultus gestusq;, quæ in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis & scenica huic personæ alieniſsima est. Obscœnitas uero non à uerbis tantum

+maiorem captare risum non uidentur. Nihil enim ex his quæ dicuntur insulsius.

abesse debet, sed etiam à significatione. Nam siquando obijci potest, non in omni loco exprobranda est. Oratorem præterea ut dicere urbane uolo, ita uideri affectare id planè nolo. Quapropter ne dicet quidē salsē quoties poterit, & dictum potius aliquando perdet, q̄ minuet auctoritatem. Nec accusatorem autē atroci in causa, nec patronum in miserabili iocantem feret quisquam. Sunt etiā iudices quidam tristiores, q̄ ut risum libenter patiantur. Solet interim accidere, ut id quod in aduersariū dicimus aut in iudicem conueniat, aut nostrū quoq; litigatorem, quanq̄ aliqui reperiuntur, qui ne id quidē, quod in ipsos recidere possit, euitent. Quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciē quidē habere liberi hominis dixit. Cui respondēs Domitius Afer: Et tu, inqt, ex animi sententia Longe? Qui malam faciem habet, liber non est. Vitandum etiam, ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore alienum, ne præparatum & domo allatū uideatur, quod dicimus. Nā aduersus miseros, sicut supra dixeram, inhumanus est iocus. Sed quidam ita sunt receptæ autoritatis, & notæ uerecundiæ, ut nocitura sit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptum est. Illud nō ad orandi ferè consiliū, sed ad + omnia pertinet. Lacessat hoc modo, quem lædere sit periculosum, ne au. inimicitiæ graues insequantur, aut turpis satisfactio. Male etiam dicitur, quod in plures conuenit, si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut conditio, aut studia multorum. Ea quæ dicit uir bonus, omnia + salua

+ homines

+ salsa

dignitate ac uerecundia + decent. Nimium enim risus
+ dicer pretium est, si probitatis compendio constat. Vnde au-
tem concilietur risus, & quibus ex locis peti soleat, diffi-
cilimum est dicere. Nam si species omnes persequi uel-
mus, nec modum reperiemus, & frustra laborabimus.
Neq; enim numerosi mimus sunt loci, ex quibus haec du-
cta, quàm illi ex quibus eæ quas sententias uocamus, du-
cuntur, neq; alij. Nam hic quoq; est inuentio, & elocu-
tio, atq; ipsius elocutionis uis alia in uerbis, alia in figu-
ris. Risus igitur oriuntur aut ex corpore eius in quē di-
cimus, aut ex animo, qui factis ab eo dictisq; colligitur,
aut ex his quæ sunt extra posita. Intra hæc enim est eius
+ seuera uituperatio, quæ si grauius posita sit, + seria sit: si leuius
ridicula. Hæc aut ostenduntur, aut narrantur, aut alio
cto notantur. Rarum est autem, ut oculis subijcere cōtu
gat, ut fecit + C. Iulius, qui cū Heluio mancipi sæpius ol
+ Crassus ha bet Plinius lib. 35. ca. 4. strepenti sibi diceret, iam ostendam qualis sis, isq; plan
instaret interrogatione, qualē se tandem ostensurus e-
set, digito demonstrauit imaginem galli in scuto Cimbri
+ quam Gallū auem non hominē intellige, ob eo pictam, cui manceps + tum similimus esset uisus. Ta-
streperū em animal natu ra & clamo ribus ingra tum. bernæ autem erant circa forum, ac scutū illud signi geri-
tia positum. Narrare quæ falsa sint, in primis est sub-
tile & oratorium, ut Cicero pro Cluentio narrat de C+
pasio, atq; Fabricio, ac M. Cæcilius de illa D. Lælij. olle
Pro Cluētio gæq; eius in prouinciam festinantium cōtentione. Sed in
his omnibus cum elegans & uenusta exigitur tota expo
sitio, tum id est festiuissimum, quod adijcit orator. Nam
& à Ciceronе sic est Fabricij fuga illa condita. Itaque

cum callidißime se putaret dicere, et cum illa uerba gra uißima ex intimo artificio deprompsißet: Respicite, inquit, hominum fortunas, respicite uarios duros q; casus, respicite C. Fabritij senectutẽ. Cum hoc respicite, ornãdæ orationis causa, sepe dixisset, respexit ipse. At Fabritius à subsellijs demisso capite discesserat, et cætera quæ adiecit, nam notus locus, cum in re hac solum esset, Fabritium à iudicio recessisse. Et Cælius cum omnia uenustißime finxit, tum illud ultimum sic subsecutus: Quomodo transierit, utrum rate, an piscatorio nauigio, nemo sciebat. Siculi quidem, ut sunt lasciui & dicaces, aiebant in delphino sedisse, & sic tanquam Arionа transuectum. In narrando autem Cicero consistere facetias putat, dieacitatem in iaciendo. Mire fuit in hoc genere ucnustus Afer Domitius, cuius orationibus cõplures huiusmodi narrationes insertæ reperiuntur, sed dictorum quoq; ab eodem urbane, sunt editi libri. Illud quoq; genus est positum non in hac ueluti iaculatione uerborum, & inclusa breuiter urbanitate, sed in quodam longiore actu, quod de Crasso contra Brutum Cicero in secundo de Oratore libro & alijs quibusdam locis narrat. Nam cum Brutus in accusatione C. Planci ex duobus lectoribus ostendisset, contraria L. Crassum patronum eius in oratione quam de colonia Narbonensi habuerat, suasisse his quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, hisq; patris eius dialogos dedit legendos, quorum cum in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum complecteretur, re-

quirebat ubi essent hæ possessiones. Omneis aũt illas Brutus uendiderat, & cum paternamanciparet prædia, turpis habebatur. Similis in apologis quoq; & quibusdam etiam interim historijs exponendis, gratia consequi solet. Sed acutior est illa, atq; uelocior in urbanitate breuitas. Cuius quidẽ duplex est forma, dicendi ac respondendi, sed ratio cõmunis in parte. Nihil enim in lacessendo dici potest, quod nõ etiam in repercutiendo. At propria quædam sunt respondentium, illa etiam ira cõcitati afferre solent, hæc plerunq; in altercatione, aut in rogãdis testibus. Cum sint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est mihi, nõ omneis eos oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibologia, neque illa obscura, quæ Atellanæ more captãtur, nec quali a ualgo iactantur, uilissimo quoq; conuersa in maledictũ ferè ambiguitate. Ne illa quidem quæ Ciceroni aliquãdo, sed non in agẽdo exciderunt, ut dixi, cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret: Ego quoq; tibi fauebo. Non quia excludenda sint omnino uerba duos sensus significantia, sed quia raro hoc le respondeant, nisi cum prorsus rebus ipsis adiumentur. Quare non hoc modo penè & ipsum seurrile Ciceronis est in eundem, de quo suprà dixi, Isauricum: Miror quid sit, quod pater tuus homo cõstantissimus te nobis uarium reliquit. Sed illud ex eodem genere præclarũ, cum obiecret Miloni accusator, in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bouillas ante horã nonam diuertisset, ut expectaret dum Clodius à uilla sua exiret, et identidẽ

Hic iocus est in ambigua pnunciatiõe q; ueteres quo non aliẽ ferè ac c proferebãt. Donat⁹ in Adelphos huiꝰ ioci mẽtionẽ faciẽs sic ait: Et Ciceronis dictũ refert ĩ eum, q coqui filiꝰ secũ causas agebat. Tu q̃que aderas huic causæ. Nã apud ueteres coquus põ per c literam sed p q scribebatur.

interrogaret quo tempore Clodius occisus esset, respondit sero, quod solum sufficit, ut hoc genus nõ totum repudietur. Nec plura modò significari solent, sed etiam diuersa, ut Nero de seruo pessimo dixit: Nulli apud se plus fidei haberi, nihil ei neq; inclusum, neque signatum esse. Peruenit res usq; ad ænigma, quale est Ciceronis in Plotorium Fonteij accusatorem, cuius matrem dixit dum uixisset ludum, postquam mortua esset magistros habuisse. Dicebantur autẽ, dum uixit, infames fœminæ ad eam cõuenire solitæ, post mortem eius bona uenibant, quanquã hic ludus per translationem dictus est, magistri per ambiguitatem. In metalepsin quoq; cadit eadem ratio dictorum, Vt Fabius Maximus incusans + Augusti congiario quæ amicis dabantur, exiguitatẽ, heminaria esse dixit. Nam congiarium cum sit cõmune liberalitatis atque mensuræ, à mensura ducta imminutio est rerum. Et hæc tam frigida, q̃ est nominum fictio, adiectis, detractis, mutatis literis, ut Aciculum, quia esset pactus Paciculum, & Placidum nomine, quia his acerbus natura esset, Acidum, & Tullium, cum fur esset, Tollium dictos inuenio. Sed hæc eadem genera cõmodius in rebus q̃ in nominibus respondent. Afer enim uenuste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantẽ, togam deijcientem & reponentem, non agere dixit, sed satagere. Est hoc dictum per se urbanum satagere, etiã si nulla subsit alterius uerbi similitudo. Fiunt & detracta, & adiecta aspiratione, & bonis coniunctis uerbis, similiter sæpius frigida, aliquando tamen recipiẽda, ea-

+ anguste Magistri ꝙ ambiguita.) Romani eũ eos q̃ bonis alicuius uendendis præerat ut creditoribus soluẽ ret, uel cum aliqd sub hasta ueniret, magistros uocabant. Cicẽ ad Attic. Dẽ possessionibus hæreditã tũ & possidẽdis bonis mã gistrisq; faciendis, uendẽdisq; ex edicto & postulari & fieri solet.

demq; conditio est in his, quæ à nominibus trahuntur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, sed ut ab alijs dicta, mo-
dò futurum ut omnia uerteret, cũ diceretur Verres: mo-
Actio. III. dò Herculi, quẽ expilauerat, molestior est quàm is apro Erymanthio fuisset: modò malũ Sacerdotem, qui tam uc-
quam Verrem reliquisset, quia Sacerdoti Verres succes-
serat. Præbet tamen aliquando occasionem quædam feli-
citas hoc quoq; genere bene utendi, ut pro Cecinna Ci-
cero in testem Sex. Clodium Phormionem: Nec minus ni-
ger, inquit, nec minus confidens, q̃ est ille Terentianus
Phormio. Acriora igitur sunt et elegantiora, quæ trahũ-
tur ex ui rerũ. In his maxime ualet similitudo, si tamen
ad aliquid inferius leuiusq; referatur, qua iam ueteres il-
+ Siritionẽ, i alijs Sora- pionem. li iocabantur, qui Lentulum Spinterem, & Scipionem + Serapionem esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus mo-
dò petitur, uerumetiam ab animalibus, ut nobis pueris
Iunius Bassus homo in primis dicax, asinus albus uocaba-
tur, & Sarmentus, seu Publius Blesus Iunium hominem
nigrum, & macrum, & pandum, fibulam ferream dixit,
+ gerendi, a- lias gigneni- di. quod nunc risus + petendi genus frequentissimum est.
Adhibetur autẽ similitudo interim palàm, interim inferi
solet parabolæ, cuius est generis id Augusti, qui militi le-
bellum timidè porrigenti: noli, inquit, dubitare tanquam
asse m elephãto des. Sunt quædã etiam ueri similia. Vnde
Vatinius dixit hoc dictum, cum reus agente in eum Cal-
uo, candido frontem sudario tergeret, idq; ipsum accu-
sator in inuidiam uocaret: Quamuis reus sum, inquit, ex
panem candidum edo. Adhuc est subtilior illa ex simili

translatio, cum quod in alia re fieri solet, in aliam mutua
mur. Ea dicatur sanè fictio, ut Chrysippus, cum in trium
pho Cæsaris eburnea oppida essent translata, & post
dies paucos Fabij Maximi lignea, thecas esse oppidorum
Cæsaris dixit. Et Pedo de Mirmillone, qui retiarum cō-
sequebatur, nec feriebat: Viuum, inquit, cāpere uult.
Iungitur amphibologiæ similitudo, ut + L. Galba, qui + Aulus Cæsaris candidatus prouerbium.
pilam negligenter petenti, sic inquit, petis tanq̄ Cæsaris
candidatus. Nam illud petis ambiguum est, securitas si-
milis. Quod hactenus ostendisse satis est. Cæterum fre-
quentissima aliorum generū cum alijs mixtura est, eáq;
optima quæ ex pluribus constat. Eadem dissimiliū ratio
est. Hinc eques Ro. ad quem in spectaculis bibentē cum
misisset Augustus, q ei diceret, ego si prandere uolo, do
mum eo: Tu + enim, inquit, non times, ne locum perdas. + omnium
Ex contrario non una species: Neq; enim eodem modo
dixit Augustus præfecto, quem ignominia notabat, + mittebat
subinde interponenti precibus: Quid respondebo patri
meo? Die me tibi displicuisse, quo Galbæ penulā roganti,
non possum commodare, domi moneo, cū cœnaculum eius
perplueret. Tertium adhuc illud, siquidem, ut ne auto-
rem ponam, uerecundia ipsius facit: Libidinosior es,
quam ullus spado, quo sine dubio & opinio decipitur,
sed ex cōtrario. Et hoc ex eodē loco est, sed nulli priorū
simile, quod dixit M. Vestinius, cum ei + nunciatum es- + probū f. uel fœdū fa-
set, aliquando desinet putere. Oncrabo librum exem- cinus, aut lu-
plis, similemq; his, qui risus gratia componuntur, effi- crum.
ciam, si persequi uoluero singula ueterum. Ex omnibus

argumentorum locis eadē occasio est. Nam & similitudine
usus est Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis
gestibus contendebant, cum eorum alterum saltatorē di-
xit, alterum interpellatorem. Et partitione Galba, cum
penulam roganti respondit, non pluit, non est opus tibi:
si pluit, ipse utar. Proinde genere, specie, propriis, affe-
rentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, antecedenti-
bus, repugnantibus, causis, effectis, cōparatione parium,
maiorum, minorū, similis materia præbetur, sicut in tro-
pos quoq; omnes cadunt. An nō plurima καθ' ὑπερβολήν
dicuntur? quale refert Cicero de homine prælongo, ca-
put cum ad fornicē Fabij offendisse. Et quod P. Optius
dixit de genere Lentulorum, cum assidue minores parē-
tibus liberi essent nascendo. Interim utrunq; Quid iro-
nias? nōne etiam quæ sit uerissima, & ioci + prope ge-
nus est? Qua urbane usus est Afer, + cum Didio callo,
qui prouinciam ambitiosissime petierat, deinde impetra-
ta ea, tanq; coactus querebatur, age, inquit, aliquid, &
Reipublicæ causa elabora. Quáq; Cicero usus sit, cū Va-
tinij morte nunciata, cuius parū certus dicebatur auor-
Interim, inquit, usura fruar. Idem per allegoriam ac ce-
lium melius obijcientem crimina q̄ defendentem, bonam
dextram, malam sinistrā habere dicebat. Emphasi qua Li-
lius dixit ferrū + Accium Nauiū incidisse. Figuras quo-
que mentis, quæ χήματα διανοίας dicuntur, res eadē
recipit omneis, in quas nōnulli diuiserunt species dicto-
rum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirma-
mus, & minamur, et optamus: Quædam ut miserantes,

De orat. II.

+ proprie
+ pro

+ intactum

& quædam ut irascentes dicimus. Ridiculum autem est omne, quod aperte fingitur. Stulta reprehendere facilimum est. Nam per se sunt ridicula. Sed rem urbanã facit aliqua ex nobis adiectio. Stulte interrogauerat exeuntẽ de theatro Carpathium + Tityus Maximus, an spectasset, fecit Carpathius dubitationem eius stultiorem dicendo: Non, sed in orchestra pila lusi. Refutatio cũ sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridicule negauit Manius Curius. Nam cum eius accusator in Sipario omnibus locis, aut nudum eũ in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset: Ergo ego, inquit, nunquã uici. Redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibium Curium multum de annis ætatis suæ mentientem: tum ergo cum unà declamabamus, non eras natus. Interim & simulata assensione, ut idem Fabiæ Dolobellæ dicenti trigimta se annos habere, Verum est inquit. Nam hoc iam uigimti annis audio. Belle interim subijcitur pro eo quod neges, aliud mordacius, ut Iunius Bassus quærente Domitia Paßieni, quod incusans eius sordes, calceos eam uetares diceret uendere solere: Non me hercules, inquit, hoc unq̃ dixi, sed emere te solere. Defensionem imitatus est eques Ro. qui obijcieti Augusto, quod patrimoniũ comedisset: meum, inquit, putaui. Eleuandi ratio est duplex, ut aut ueniam quis, aut iactantiã minuat. Quemadmodũ C. Cæsar Pomponio ostendenti uulnus ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur, nunq̃ fugiens respexeris, inquit. Aut crimen obiectũ, ut Cicero obiurgantibus, quod sexa

+ Curius Manius.

Eleuando q-mõ iocamur

genarius Popiliam uirginem duxißet, Cras mulier erit inquit. Hoc genus dicti consequens uocant quidam, atq; illi simile, quod Cicero Curionem semper ab excusatione ætatis incipientem, facilius quotidie proœmium habere dixit, quia ista natura sequi & cohærere uideantur. Sed cleuãdi genus est etiam causarum relatio, qua Cicero est usus in Vatiniũ, qui pedibus æger, cum uellet uideri commodioris ualetudinis factus, & diceret se iam bina milia paßuum ambulare: Dies hi, inquit, longiores sunt. Et Augustus nunciantibus Tarraconensibus palmam in area eius enatam: Apparet, inquit, q̃ sæpe accendatis. Transtulit crimen Caßius Seuerus. Nam cũ obiurgaretur à Prætore, quod aduocati eius L. Varo Epicureo Cæsaris amico conuicium fecißent: Nescio, inquit, qui conuiciati sint, & puto Stoicos fuiße. Repercutiẽdi multa sunt genera, uenustißimum quod etiã similitudine aliqua ueybi

† Sudio † rediſ

adiuuatur, ut Tracallus dicenti † Suellio: Si hoc ita est, is in exilium, si non est ita, † redis inquit. Eluſit Caßius Seuerus, obijciente quodam quod ei domo sua Proculeius interdixißet, respondẽdo: Nunquid ego illud aeque do? Sic eluditur et ridiculũ ridiculo, ut Diuus Augustus cum ei Galli torquẽ aureum centum pondo dedißent, & Dolobella per iocũ, tentans tamen ioci sui euentum dixißet: Torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare, Mẽdacium quoq; mendacio, ut Galba, dicente quodam * uictoriato se uno in Sicilia quinq; pedes longam Murenã emiße: Nihil, inquit, mirum, nam ibi tam longæ nascuntur, ut his piscatores pro restibus cingantur. Contraria

Victoriatus nũmi genus, uictoriæ signo insignitus.

est neganti cõfessionis simulatio. Sed ipsa quoq; multum habet urbanitatis. Sic Afer cum ageret contra libertum Claudij Cæsaris, & ex diuerso quidam conditionis eiusdem cuius erat litigator, exclamasse fertur: præterea tu semper in libertos Cæsaris dicis? Nec me hercule, inquit, quicquã proficio. Cui uicinum est, non negare quod obijcitur, cum & id palàm falsum est, & inde materia bene respondendi datur, ut Catulus dicenti Philippo, quid latras? Furem uideo, inquit. In se dicere, non est ferè nisi scurrarum, & in oratore utiq; minime probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios potest: Ideoq; hoc quã uis frequẽs sit, transeo. Illud uero etiamsi ridiculum est, indignũ tamẽ est homini liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur. Quod feciſſe quendam scio, qui humiliori libere aduersus se loquenti, colaphum, inquit, tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. Hic enim dubium est, utrum ridere audientes, an indignari debuerint. Superest genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt in omni hac materia uel uenustissima, Inopinatum & à lacescente poni solet, quale est quod + refert Cicero: Quid huic abest, nisi res & uirtus? Aut illud Afri: Homo in agendis causis optime uestitus. Et in occurrendo, ut Cicero audita falsa Vatinij morte, cum Quinium libertum eius interrogasset, recténe omnia? dicenti recte: Mortuus est? inquit. Plurimus autem circa simulationem & dissimulationem risus est, quæ sunt uicina, & propè eadem. Sed simulatio est certam opinionem animi sui imitantis,

+ fecit De orat. II.

dissimulatio, aliena parum se intelligere fingentis. Simulauit Afer, cum in causa subinde dicentibus Celsinam dicere cognouisset, quæ erat potens fœmina: Quis est, inquit, iste? Celsinam enim uideri sibi uirũ finxit. Dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum læsisset, & instaret identidem accusator ei, Dic Marce Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Versus tunc dicere cœpit de libro Ennij annali sexto:

Qui potis ingentis causas euoluere belli.

Cui sine dubio frequentissimã dat occasionẽ ambiguitas,
† C. Cælio. ut † Casselio, qui consultori dicenti, nauem diuidere uolo, pedes inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter solet, cum ab asperioribus ad leniora inde flectitur, ut qui interrogatus, quid sentiret de eo qui in adulterio deprehẽsus esset, tardum fuisse respondit. Ei confine, quod dicitur per suspicionẽ, quale illud apud Ciceronẽ: Quærenti
Acad. II. quod uxor sua è fico se suspendisset, rogo des mihi furcillum ex illa arbore, ut inferam. Intelligitur enim quod nõ dicitur. Et hercle omnis falsæ dicendi ratio in eo est, ut aliter quàm est, rectũ uerumq; dicatur, quod fit totũ fingendis aut nostris, aut alienis persuasionibus, aut dicẽdo quod fieri non potest. Aliena finxit Iuba, qui quærenti, qd' ab equo suo esset aspersus, qd tu inquit, mehippocẽtaurum putas? Sua, C. Cassius, qui militi sine gladio discurrenti, heus commilito, pugno bene uteris inquit. Et Galba de piscibus, qui cum pridie ex parte adusti, & uersati, postero die appositi essent: Festinemus, alij subcænant, inquit. Tertium illud Ciceronis aduersus Curiũm

Fieri enim certe non poterat, ut declamaret & natus non esset. Est & illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. Nam cum testes dicerent à reo fœmina sua ferro petita, & esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corporis uulnerare uoluisset: Quid enim faceret, inquit, cum tu galeam & loricam haberes? Vel optima est simulatio contra simulantem, qualis illa Domitij Afri fuit: Vetus habebat testamentũ, & unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabularũ, falsam tabulam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia, noli, inquit, facere, offendis illum. Iucundissima sunt autem ex his ommibus lenia, & (ut sic dixerim) boni stomachi, ut Afer ingrato litigatori conspectum eius uitanti in foro, per nomenclatorem missum ad eum: Amas me, inquit, qd' te non uidi, & dispensatori, qui cum ad reliqua non responderet, dicebat subinde, nõ comedi panem & aquam bibo. Pasce & redde quod debes, quæ ὑπαγωγὰς uocant. Est gratus iocus, qui minus exprobrat q̃ potest, ut idem dicẽti candidato, semp domũ tuam colui, cũ posset palàm negare, credo, inquit, & uerum est. Interim de se dicere ridiculũ est, et quod in alium, si absentem diceret, urbanum non erat, quoniã ipsi palàm exprobratur, moueret risum, quale Augusti est, cum ab eo miles nescio quid improbe peteret, ueniret contrà Martianus, quem suspicabatur & ipsum aliquid iniuste rogaturũ: Non magis, inquit, faciam commilito quæ petis, q̃ quod Martianus à me petiturus est. Adiuuant urbanitatem, & uersus com-

mode positi, seu toti ut sunt, quod adeò facile est, ut Oui
dius ex tetrasticho Macri carmine librũ in malos poëtas
composuerit. Quod fit gratius, si qua etiã ambiguitate
conditur, ut Cicero in + Accium hominem callidum &
uersutum, cum is in quadã causa suspectus esset: Nisi quis
Vlysses rate euasit Laërtius. Seu uerbis ex parte mu-
tatis, ut in eum, qui cum antea stultissimus esset habitus,
post acceptam hæreditatẽ primus sententiam rogabatur.
Cuius hæreditas est, quam uocant sapientiam, pro illo fa
cultas est. Seu fictis notis uersibus. Simile est quod ἀπὸ
μίας dicitur, & + prouerbia opportune aptata, ut de ho
mine in aquã lapso, & ut alleuaretur roganti: Tollat te
qui non nouit. Ex historia etiam ducere urbanitatẽ eru-
ditum, ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris ro
ganti dixisset Hortensius, non intelligo hæc ænigmata:
atqui debes, inquit, cum Sphingẽ domi habeas. Accepera
autẽ ille à Verre Sphingẽ æneam, magnæ pecuniæ. Sub
absurda illa cõstant stultis simili imitatione: & quæ nisi
fingantur stulta sunt, ut qui mirãtibus quod humile cu
delabrum emisset, pransorum erit inquit. Sed illa similia
absurdis sunt acria, quæ tanq; sine ratione dicta ferun-
tur, ut seruus Dolobellæ, cũ interrogaretur, an dominus
eius auctionem proposuisset, domũ, inquit, uendidit. De-
prehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo expli-
cãt, ut qui testem dicentẽ se à reo uulneratum interro
uerat, an cicatrices haberet, eum ille ingentẽ in fœmore
ostendisset, latus inquit + oportuit. Cõtumelijs quoq; uti
belle datur, ut Hispo obijcienti bis acerba crimina accu-

+ Arrium

+ uerba

Sphinx à Verre data Hortensio. Plutarchus ĩ uita Ciceronis.

+ opportunius

satori, mentiris inquit. Et Fuluius propinquus legato interroganti, an in tabulis, quas proferebat, chirographus esset. Et uerus, inquit, domine. Has aut accepi speries, aut inueni frequentissimas, ex quibus ridicula ducerentur. Sed repetã necesse est, infinitas esse tam salse dicendi, quàm seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maxime uarius. Itaq; hæc ne omisisse uiderer attigi, illa autẽ quæ de usu ipso, & modo iocandi complexus sum, adeò infirma, sed plane necessaria. His adijcit Domitius Marsus, qui de urbanitate diligentissime scripsit, quædam non ridicula, sed cuilibet seuerissimæ orationi conuenientia eleganter dicta, & proprio quodam lepore iucunda, quæ sunt quidem urbana, sed ridiculi tamẽ non habent. Neq; enim ei de risu, sed de urbanitate est opus institutum, quam propriam esse nostræ ciuitatis ait, & sero sic intelligi cœptam, postquam urbis appellationem, etiamsi nomen proprium non adijceretur, Romam tamen accipi sit receptum, eamq; sic finit: Vrbanitas est uirtus quædam in breue dictum coacta, & apta ad delectandos, mouendosq; homines in omnem affectum, maxime idonea ad resistendum, uel lacessendũ, prout quæq; res ac persona desiderat. Cui si breuitatis exceptionem detraxeris, omneis orationis uirtutes cõplexa sit. Nam sicut ista rebus & personis, & quod in utrisq; oporteat dicere, perfectæ eloquẽtiæ est: cur autẽ breuem eam esse uoluerit, nescio quidem. Ad quã in eodem libro dicat fuisse, & in multis narrandi urbanitatem, paulò post ita finit. Catõis, ut ait, opinionẽ secutus. Vrbanitas.

Vrbanus homo erit, cuius multa bene dicta, respõsaq; erunt, & qui in sermonibus, circulis, conuiuijs, itẽ in concionibus, omni deniq; loco ridicule, cõmodeq; dicet. Risus erunt, quicũq; hæc faciet orator. Quas si recipimus finitiones, quicquid bene dicetur & urbane dicti nomen accipiet. Cæterum illi, qui hoc proposuerat, consentanea fuit illa diuisio, ut dictorum urbanorũ, alia seria, alia iocosa, alia media faceret. Nam eadem est omniũ bene dictorum. Verum mihi etiam iocosa quædã uidentur posse non satis urbane referri. Nam meo quidẽ iudicio illa est urbanitas, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil incõditum, nihil peregrinũ, neq; sensu, neq; uerbis, neq; ore, gestúue posßit deprehendi, ut non tam sit in singulis dictis, q̃ in toto colore dicendi, qualis apud Græcos, Atticismos ille redolens Athenarum propriũ saporem. Neta men iudicium Marsi hominis eruditißimi subtraham, Seria partitur in tria genera, honorificum, cõtumelioſum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis quo pro Ligario apud Cæsarem: Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias. Et cõtumelioſi, quod Attico scripsit de Pompeio & Cæsare: Habeo quẽ fugiam, quemq; sequar non habeo. Et medij, quod ἀποφθεγματικὸν uocat, se est cũ ita dixit: neq; grauem mortem accidere forti uiro posse, neq; immaturam cõsulari, neq; miseram sapienti. Quæ omnia sunt optime dicta, sed cur proprie nomen urbanitatis accipiant, non uideo. Quod si non totus, ut mihi uidetur, orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tribuendum est, illa potius urbana esse dixerim quæ sunt

generis eiusdem, quæ ridicula dicuntur, & tamen ridi
cula non sunt, ut de Pollione Asinio ferijs, iocisq; pari
ter accommodato dictum est, esse eum omnium horarũ.
Et de actore facile dicẽte ex tempore, ingenium eum in
numerato habere. Etiam Pompeij, quod refert Marsus
in Ciceronem diffidentem partibus: Trãsi ad Cæsarem,
me timebis. Erat enim, si de re minore, aut alio animo,
aut deniq; non ab ipso dictum fuisset, quod posset inter
ridicula numerari. Etiam illud, quod Cicero Coreliæ scri
psit, reddens rationem cur illa C. Cæsaris tẽpora tam pa
tienter toleraret: Hæc aut animo Catonis ferenda sunt,
aut Ciceronis stomacho. Stomachus enim illic habet ali
quid ioco simile. Hæc quæ mouebant dissimulanda mihi
non fuerunt, in quibus, ut errauerim, legentes tamẽ non
decepi, indicata diuersa opinione, quam sequi magis pro
bantibus liberum est.

De Altercatione. CAP. V.

ALtercationis præcepta poterant uideri tunc in
choanda, cum omnia, quæ ad continuam oratio
nem pertinent, peregissem: nam est usus eius ordine ul
timus. Sed cum sit posita in sola inuentione, neq; habere
dispositionem possit, nec elocutionis ornamenta magno
pere desideret, aut circa memoriam et pronunciationem
laboret, priusquam secundam quinq; partium, hanc quæ
tota ex prima pendet, tractaturus non alieno loco uide
or, quam scriptores alij ideo fortasse reliquerunt, quia
satis cæteris præceptis in hac quoq; uidebatur esse pro
fectum. Constat enim aut intentione, aut depulsione, de

quibus satis traditum est, quia quicquid in actione per
petua circa probationes utile est, id & in hac breui atq;
concisa prosit necesse est. Neq; alia dicuntur in altero
catione, sed aliter aut interrogando, aut respondendo.
Lib. 5. cap. 7. Cuius rei ferè omnis obseruatio in illo testium loco ex-
cussa nobis est, tamen quia latius hoc opus aggressi su-
mus, neque perfectus orator sine hac uirtute dici potest,
paulum impendamus huic quoque peculiaris operæ, quæ
quidem in quibusdam causis ad uictoriam uel plurimum
ualet. Nam ut in qualitate generali, in qua rectène fa-
ctum quid, an contrà sit, quæritur, perpetua dominatur
oratio, & quæstionem finitionis actionis plerunque sa-
tis explicat, & omnia penè in quibus de facto constat,
aut coniectura, artificiali ratione colligitur, ita in his
causis, quæ sunt frequentißimæ, quæ uel solis extra ar-
tem probationibus, uel mixtis continentur, asperrima in
hac parte dimicatio est, nec alibi dixeris magis micro-
ne pugnari. Nam & firmißima quæque memoriæ iudi-
cis inculcanda sunt, & præstandum quicquid in hac acti-
one promisimus, et refellenda mendacia. Nusquam est de
niq; qui cognoscit intentior, nec immeritò quidam gau-
quam in dicendo mediocres, hac tamen altercandi præ-
stantia meruerunt nomen patronorum. At quidam liti-
†usi gatoribus †suis illum modò ambitiosum declamandi fu-
dorem præstitisse contenti, cum turba laudantium de-
†detrectori am stituunt subsellia, pugnamq; illam †decertatoriam impe-
ritis ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt, itaq; uideas alio
†insidijs os plerunque † iudicijs priuatis ad altercationes uoca-

ri, alios ad probationem. Quæ si diuidenda sunt officia, hoc certe magis necessarium est, pudendum'que dictu, si plus litigantibus prosunt minores. In publicis certe iudicijs uox illa præconis, præter patronos, ipsum qui egerit, citat. Opus est igitur in primis ingenio ueloci ac mobili, animo præsenti & acri. Non enim cogitandum, sed dicendum statim est, & propè sub conatu aduersarij manus exigenda. Quare cum in omni parte huiusce officij plurimum facit totas non diligenter modò, sed etiam familiariter nosse causas, tum in altercatione maxime necessarium est, omnium personarum, instrumentorum, temporum, locorum habere notitiam, alioqui & tacendum est sæpe etiam alijs subijcientibus, plerunque autem studio loquendi fatue modo accidendum, quod nunquam accidit, †ni credulitate aliena stultitia erubescamus, neq; tamen his ipsis monitoribus clarescit. Quidam faciunt aperte quod rixemur. Videas enim plerosque ira percitos exclamantes, ut iudex audiat contrarium id esse quod admoneatur, sciatq; ille, qui pronunciaturus est in causa, malum quod taceatur. Quare bonus altercator uitio iracundiæ careat. Nullius enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, et plerunq; deformia conuitia facere, ac mereri cogit, et ipsos nonnunquam iudices incitat: Melior moderatio, ac nonnunquã etiam patientia. Neq; enim refutanda tantum quæ è contrario dicuntur, sed contẽnenda, eleuanda, ridenda sunt, nec usquam plus loci reperit urbanitas, odium mordet & pudor, contra turbantes audendum, & impudentiæ

†ni crudelitate nostra aliena studia erubescamus

fortiter resistendum. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore, et medios sermones intercipiant, et omnia tumultu confundant, quos ut non imitari, sic acriter propulsare oportebit: & ipsorum im probitas retundenda, & iudices, uel magistratus appel landi frequenter, ut loquendi uices seruentur. Nam est res animi iacentis, & mollis supra modum frontis, fale litq; plerunq;, quod probitas uocatur, quæ est imbecillitas. Valet autem in altercatione plurimum acumẽ, quod sine dubio ex arte non uenit. Natura enim non docetur, arte tamen adiuuatur: in qua præcipuum est semper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod uolumus effi cere, quia propositum tenentes in rixam non ibimus, nec causæ debita tempora conuitiando conteremus, gaude bimusq;, si hoc aduersarius facit. Omnia tẽpora ferè pa rata sunt meditatis diligenter, quæq; aut ex aduerso di ci, aut responderi à nobis possint. Nonnunquam tamen solet hoc quoque esse artis genus, ut quædam in actione dissimulata subitò in altercando proferantur, & inopi natis eruptionibus, aut ex insidijs citissimo facto simi limum. Id autem tum faciendum est, cum est aliquid cui responderi non statim possit, potuerat autem si tempus ad disponendum fuisset. Nam quod fideliter firmum est, à primis statim actionibus arripere optimum est, quo se tius diutiusq; dicatur. Illud uix saltem præcipiendũ uide tur, ne turbidus & clamosus tantum sit altercator, et quales facti sunt, qui literas nesciunt. Nam improbitas li cet aduersario molesta sit, iudici inuisa est. Nocet etiam

diu pugna in his, quæ obtinere non possis. Nam ubi uinci necesse est, expedit cedere: quia siue plura sunt, de quibus quæritur, facilior erit in cæteris fides: siue unũ, †mitior solet irrogari pœna uerecundiæ. Nam culpam, †minor præsertim deprehensam, pertinaciter tueri, culpa altera est. Dum stat acies, multi in rem consilij atque artis est, ut errantem aduersarium trahas, et ire quamlongissime cogas, ut uana interim spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim, & sæpe diserimen omne committunt, quod deesse nobis putant, & faciunt probationibus nostris autoritatem postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario, quod pro se putet, quod apprehendens maius aliquid cogatur dimittere, duas interim res proponere, quarum utramlibet malesit electurus: Quod in altercatione fit potentius, quàm in actione, quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersarium quasi confessum tenemus. Est in primis acuti, uidere quo iudex dicto moueatur, quid respuat, quod ex uultu sæpissime, & aliquando etiam dicto aliquo, factione eius deprehenditur, & instare proficientibus, & ab his, quæ non adiuuant, quammollissime pedem oportet referre. faciunt hoc medici quoque, ut remedia perinde persæuerent adhibere, uel desinant, ut illa recipi uel respui uident. Nonnũquam si rem euoluere proposicam facile non sit, inferenda est alia quæstio, atq; in eam, si fieri potest, iudex auocandus. Quid enim cum respondere non possis, agendum est, nisi ut aliud inuenias cui aduersarius respondere non possit? In plerisque iudex est

auocandus, ut dixi, qui circa teſtes, locos, & perſonas modò diſtat, quod hic patronorum inter ſe certamen, illic pugna inter teſtem & patronum. Exercitatio uero huius rei longe facilior. Nam eſt utiliſſimum, frequenter cum aliquo qui ſit ſtudiorum eorundem, ſumere materiam uel ueræ, uel etiam fictæ controuerſiæ, & diuerſas partes altercationis modo tueri, quod idem etiam in ſimplici genere quæſtionũ fieri poteſt. Ne illud quidẽ ignorare aduocatũ uolo, quo quæq; ordine probatio ſit apud iudices proferenda, cuius rei eadem in argumentis ratio eſt, ut potentiſſima, prima et ſumma ponãtur. Illa enim ad credendũ præparant iudicẽ, hæc ad pronũciandum.

De Iudicio & Conſilio. CAP. VI.

His pro noſtra facultate tractatis, non dubito, quin tranſire protinus ad diſpoſitionem, quæ ordine ipſo ſequitur, niſi uererer, ne quoniam fuerunt, qui iudicium inuentioni ſubiungerent, præteriiſſe hunc locũ quibuſdam uiderer, qui mea quidem opinione adeò partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus eſt, ut ne à ſententijs quidem, aut uerbis ſaltem ſingulis poſſit ſeparari, nec magis arte traditur, quàm guſtus, aut odor. Ideoq; nos quid in quaq; re ſequendum cauendumq; ſit docebimus, ut ad ea iudicium dirigatur. Præcipua igitur ſine quibus effici nihil poteſt, aggrediamur, ut contraria uitemus, & communia, ne quid in eloquendo corruptum obſcurumq; ſit. Referatur oportet ad ſenſus, qui non docentur. Nec multum à iudicio credo diſtare conſilium, niſi quod illud oſtendentibus ſe rebus adhibe-

tur, hoc latentibus, et aut omnino nondum repertis, aut dubijs. Et iudicium frequentissime certum est. Consilium uero est ratio quædam alte petita, & plerumq; plura perpendens, & comparans, habensq; in se & inuenti onem, & iudicationem. Sed ne hæc quidem præcepta in uniuersum spectanda sunt. Nam ex re sumitur, cui locus ante actionem est frequenter. Nam Cicero summo consilio uidetur in Verrem uel contrahere tempora dicendi maluisse, quàm in eum annũ, quo erat Q. Hortensius consul futurus, incidere. Et in ipsis actionibus primũ ac potentissimum obtinet locum. Nam quid dicendum, quid tacendum, quid diffitendum sit, exigere consilij est: negare sit satius, an defendere: Vbi proœmio utendum, & quali: Narrandum ne, & quomodo. Iure prius pugnandum, an æquo: Qui sit ordo utilissimus, tum omnes colores, asserere, an leniter, an etiam submisse loqui expediat. Sed hæc quoque ut quisque passus est locus, monuimus, idemq; in reliqua parte faciemus. Pauca tamen exempli gratia ponã, quibus manifestius appareat, quid sit quod demõstrari posse præceptis nõ arbitror. Laudatur consilium Demosthenis, quod cum suaderet bellum Atheniensibus, parum id prospere expertis, nihil adhuc factũ esse ratione monstrat. Poterat enim emendari negligentia. At si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam uereretur, si obiurgaret populi segnitiem, in asserenda libertate reipublicæ maiorum laude uti maluit, qui rem fortissime administrassent. Nam & faciles habuit aures, et natura seque

batur, ut meliora probaremus, peiorum pœniteret. Cicero quidem uel una pro Cluentio quamlibet multis exemplis sufficeret oratio. Nam quod in eo consilium maxime mirer? primam ne expositionem, qua matri, cuius filium premebat autoritas, abstulit fidem? An quod idem corrupti iudicij crimen transferre in aduersarium maluit, q̃ negare propter inueteratam, ut ipse dicit, infamiam? An quod in re inuidiosa legis auxilio nouissime est usus? Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollitas iudicũ mentes. An quod se ipsum inuito Clutio facere testatus est? Quid pro Milone? quod nõ antea narrauit, q̃ præiudicijs omnibus reum liberaret? quod insidiarum inuidiam in Clodium uertit, quanquam res nuda fuerat pugna fortuita, quod factum & laudauit, & tamen uoluntatem Milonis remouit, quod illi preces nõ dedit, et in earum locum ipse successit? Infinitum est enumerare, ut Cottæ detraxerit autoritatem, ut pro Ligario se opposuerit, Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil esse non modo in orando, sed in omni uita prius consilio, frustraq; sine eo tradi cæteras artes, plusq; uel sine doctrina prudentiam, tiam, quàm sine prudentia facere doctrinam. † Aptare etiam orationem locis, temporibus, personis, esse eiusdem uirtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mixtus que cum elocutione, tractabitur cum præcipere de aptè dicendo cœperimus.

† Aptare etiam oratiõnẽ locis. &c.

Libri Sexti finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER SEPTIMVS.

(+)

De Diuisione in uniuersum, seu Dispositione. CAP. I.

DE INVENTIONE, ut arbitror, satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, uerumetiam motus animorum tractauimus. Sed ut opera extruentibus satis non est, saxa, atq; materiam, & cætera ædificanti utilia congerere, nisi disponendis eis collocandisq; artificum manus adhibeatur, sic in dicendo quālibet abundans rerum copia, cumulum tantum habeat atq; congestum, nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas, atq; inter se commissas deuinxerit. Nec immerito secunda quinq; partium posita est, cum sine ea prior nihil ualeat. Neq; enim, quanquam fusis omnibus membris statua sit, nisi collocetur. Etsi quam in corporibus nostris, aliorum'ue animalium partem permutes atq; transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo uiguerunt usum, & turbati exercitus sibiipsi sunt impedimento. Nec mihi uidentur

Simile.

Laus dispositionis.

Similibus amplificat.

Ordo quid in rebꝰ polleat natura.

errare, qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putant, quo confuſo peritura ſint omnia. Sic oratio carens hac uirtute, tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi, multa repetat, multa tranſeat, uelut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec fine propoſito, caſum potius quàm conſilium ſequatur. Quapropter totus hic liber ſeruiat diſpoſitioni: quæ quidem, ſi certa aliqua uia tradi in omnes materias ullo modo poſſet, non tam paucis contigiſſet. Sed cum infinitæ litium formæ fuerint, futuræq; ſint, & tot ſeculis nulla reperta ſit cauſa, quæ eſſet tota alteri ſimilis, ſapiat oportet actor & uigilet, & inueniat, & iudicet, & conſilium à ſeipſo petat. Neque inficias eo quædam eſſe quæ demonſtrari poſſint, eaq; non omittam. Sit igitur (ut ſupra ſignificaui) †diuiſio, rerum plurium in ſingulas partitio, ſingularum in partes diſcretus ordo, & recta quædam locatio prioribus ſequentia annectens. Diſpoſitio, utilis rerum ac partium in locos diſtributio. Sed meminerimus ipſam diſpoſitionem plerunq; utilitate mutari, nec eandem ſemper primam quæſtionem ex utraque parte tractandam. Cuius rei ut cætera exempla præteream Demoſthenes quoque, atque Aeſchines poſſunt eſſe documento, in iudicio Cteſiphontis: diuerſum ſecuti ordinẽ, cum accuſator à iure, quo uidebatur potentior, cœperit patronus omnia, uel penè omnia ante ius poſuerit, quibus iudicem quæſtioni legũ præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit, alioqui ſemper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accuſatione †mutus, ut †uacuum

Applicatio.

Argumentũ huius libri.

†Alij ſic diſtinguunt, Diuiſio rebꝰ plurimarum in ſingulas: Partitio ſingularũ &c.

Quæ quia cum Ciceronis traditione omnino conſentit ob ſeruanda potius eſt.

†Non erat

se uterque defendat, priusquam aduersarium arguat, omnium necesse est rerum ordinem esse diuersum. Igitur, quid ego sim secutus, quod partim præceptis, partim usurpatum cognoueram, promam, nec unquam dissimulauí. Erat mihi curæ in controuersijs forensibus nosse omnia quæ in causis uersarentur. Nam in schola certa sunt, & pauca, et ante declamationem exponuntur, quæ θέσεις Græci uocant, Cicero proposita. Cum hæc in cõspectu quodammodo collocaueram, non minus pro aduersa parte, quàm pro mea cogitabam. Et primum (quod non difficile dictu est, sed tamen ante omnia intuendum) constituebam, quid utraq; pars uellet efficere, tum quidem hoc modo cogitabã, quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat, aut controuersum: Si confessum, non poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar, nonnunquam etiam quod inde obtinebatur, confessum erat. Vbi primum cœperat non conuenire, quæstio oriebatur, id tale est: Occidisti hominem, occidi, conuenit, transeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum, inquit, cum adultera occidere licet, legem esse certum est. Tertium iam aliquid uidendum est, in quo pugna consistat. Non fuerunt adulteri: Fuerunt, quæstio. De facto ambigitur, cõiectura est. Interim ergo & tertium confessum est, adulteros fuisse. Sed tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere. Exul enim eras & ignominiosus, de iure quæritur. At si protinus dicenti, occidisti, respondeatur, non occidi, statim pugna est. Sic explorandum est, ubi

in ueteri exemplari. + uacuũ plerag; non habent, & puto superesse.

pugna, ubi controuersia incipiat & considerari debet, quæ primam quæstionem facit. Intentio simplex: Occidit Saturninum Rabirius. Coniuncta, Lege de sicarijs commisit L. Varenus. Nam C. Varenum occidendo, & Cn. uulnerando, et Salarium item occidendo, cadit. Nam sic diuersæ propositiones erunt, quo idem de petitionibus dictum sit. Verum ex coniuncta propositione, plures esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud à iure actionis excludit. In quo genere agendi est dispiciendum, quid quoque loco diluat, quod pertinet ad actorem. Non planè dissentio à Celso, qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti uehementius, ut putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio, quia & initio mouendus est iudex, & summo impellendus. At pro reo plerunque grauissimum quæque primum mouendum est, ne illud spectans iudex, reliquorum defensioni sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur, si leuiora illa palàm falsa erunt, grauissimi defensio difficilior, ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimum, iam iudicibus omnia usua esse credentibus. Opus erit tamen præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defensio, ne id quod non statim diluemus, timere uideamur. Anteactæ uitæ crimina plerunque †prima purganda sunt, ut id de quo laturus est sententiam, iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Vareno Cicero in ultimum distulit, non quid frequentissime, sed quid tum expedi-

Quid quo loco sit diluendum.

†primum impugnanda sunt

ret, intuitus. Cum simplex intentio erit, uidendum est an unum aliquid respondeamus, an plura: Si unum, †in re quæstionem instituamus, an in scripto. Si in re, negandum sit quod obijcitur, an tuendum. Si scripto, in qua specie iuris pugna sit, & in ea de uerbis, an uoluntate quæratur. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modò actæ rei seriem, †ut pater expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinqui, ille ducere uult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectum pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex una lege quæstio est, ut in ἀντινομίᾳ. His spectatis, apparebit circa quæ pugna sit. Coniuncta defensio est, qualis pro Rabirio: Si occidisset, recte fecisset, sed non occidit. Vbi uero multa contra unam propositionem dicimus, cogitandum est primum quicquid dici potest, tum ex his quo quicq; loco dici expediat ordinandum, in quo non idem sentio, quod de propositionibus paulò ante, quodq; argumentis probationum loco cõcessi, aliquando nos incipere à firmioribus. Nam uis quæstionum percrescere debet, & ad potentissima ab infirmissimis peruenire, siue sunt eiusdem generis, siue diuersi. Iuris autem quæstiones solent esse nonnunquam ex alijs atque alijs conflictationibus, facti semper idem spectant, in utroq; genere similis ordo est. Sed pri

Intentio simplex quomodo tractãda.

†iure

†ut puta

ἀντινομίαι cõtrariarum legum inter se dissentio & pugna.

Defensio, seu quæstio coniuncta.

Iuris quæstiones.

us de diſsimilibus, ex quibus infirmiſsimum quicq; pri-
mum tractari oportet. Ideoq; quaſdam quæſtiones exe-
cuti donare ſolemus, & concedere. Neque enim tranſire
ad alias ſolemus aut poſſumus, niſi omiſsis prioribus.
Quod ipſum ita fieri oportet, non ut damnaſſe eas ui-
deamur, ſed omiſiſſe, quia poſsimus etiam ſine eis uince-
re. Procurator alicuius pecuniã petit ex fœnore hæredi
tario, poteſt incidere quæſtio, an huic eſſe procuratorẽ
liceat. Finge nos, poſtquã tractauimus ea, remittere, uel
etiam conuinci, quæretur, an ex cuius nomine litigatur,
procurator habendus ſit is. Diſcedamus hinc quoq; re-
cipit materia quæſtionem, an ille cuius nomine agitur,
hæres ſit fœneratoris, an ex aſſe hæres. Hæc quoq; con-
ceſſa ſint. Quæretur an debeatur. Contrà nemo tam de-
mens fuerit, ut etiam id quod firmiſsimum duxerit ſe ha-
bere, remittat, & ad leuiora tranſcendat. Huic in ſchola
ſimile eſt: Non abdicabis adoptatum, ut hunc quoq; non
uirum fortem, ut et fortem, non quicunq; uoluntati tuæ
non paruerit, ut in alia omnia ſubiectus ſit, non propter
opinionem, et num propter talem opinionem. Hæc iuris
quæſtionum differentia eſt. In factis autem ad idem ten
dentia ſunt plura. Ex quibus aliqua citra ſummam quæ-
ſtionem remitti ſolẽt, ut ſi is cum quo furti agitur, dicat,
probate habuiſſe, proba perdidiſſe, proba furto perdi-
diſſe, proba mea fraude. Priora enim remitti poſſunt, ul
tima nõ poſſunt. Solebam et hoc facere præcipue, ut uel
ab ultima ſpecie (nam ea ferè eſt, quæ continet cauſam)
retrorſum quærerem uſque ad primam generalem quæ-

Ex aſſe hæres, qui & ſolus, & in ſolidum hæres.

stionem, uel à genere ad extremam speciem descende-
rem, etiam in suasorijs, ut deliberat Numa, an regnum
offerentibus Romanis recipiat. Primum id est genus,
an regnandum, an in ciuitate aliena, an Romæ, an latu-
ri sint Romani talem regem. Similiter & in controuer-
sijs. Optet enim uir fortis alienam uxorem. Vltima spe-
cies, an optare possit alienam uxorem. Generale est, an
quicquid optauerit, accipere debeat. Inde an ex priua-
to, an nuptias, an maritum habentem. Sed hoc nõ quem-
admodum dicitur, ita & quæritur. Primum enim occur
rit ferè, quod est ultimum dicendum, ut hoc, non debes
alienam uxorem optare. Ideoq; diuisionem perdit festi-
natio. Non oportet igitur offerentibus se contentum es-
se. Quæratur aliquid quod est ultra, + si ne uidua qui- + sit'ne ui-
dua quidem
dem, adhuc plus, si nihil ex priuato, ultimum retrorsum,
quod idem à capite primum est, si nihil iniquum. Ita pro
positione uisa, quod est facilimum, cogitemus, si fieri po
test, quid naturale sit primum responderi. Id si tanquam
res agatur, & nobisipsis respondendi necessitas sit, in-
tueri uoluerimus, occurrit. Si id non contigerit, sepona-
mus id quod primum se obtulerit, & ipsi nobiscum sic lo
quamur. Quod si hoc non esset, id iterum, & tertium, et
dum nihil sit reliqui. Itaq; inferiora quoq; scrutabimur,
quæ tractata faciliorem nobis iudicem in summa quæsti
one facient. Non dissimile huic est & illud præceptum,
ut à communibus ad propria ueniamus. Ferè enim com-
munia generalia sunt. Commune est, tyrannum occidit:
proprium, Viriatum tyrannum occidit, mulier occidit,

uxor occidit. Solebam & excerpere quid mihi cum ad-
uersario conueniret, si modò id pro me erat, nec solum
premere confessionem, sed partiendo multiplicare, ut in
illa controuersia: Dux qui competitorem patrem in suf-
fragijs uicerat, captus est. Euntes ad redimendum eum
legati, obuium habuerunt patrem reuertentem ab ho-
stibus, is legatis dixit, serò itis. Excusserunt illi patrem,
et aurum in sinu eius inuenerunt, ipsi perseuerarunt ire
quò intenderant, inuenerunt ducem crucifixum, cuius
uox fuit: Cauete proditorem, reus est pater. Quæ con-
ueniùt? proditio nobis prodita est, & prædicta à duce,
quærimus proditorem, te ijsse ad hostes fateris, & ijsse
†clàm, & ab his incolumem redijsse, aurum retulisse, et
aurum occultum habuisse. Nam quod fecit, id nonnun-
quam potentius fit in propositione, quæ si animos occu-
parit, propè aures ipsæ defensioni præcluduntur. In to-
tum autem congregatio criminum accusantem adiuuat,
separatio defendentem. Solebam id, quod fieri & in ar-
gumentis dixi, in tota facere materia, ut propositis ex-
tra quæ nihil esset omnibus, deinde cæteris remotis, so-
lum id superesset, quod credi uolebam, ut in præuarica-
tionum criminibus, ut absoluatur reus, aut innocētia ipsi
us fit, aut interueniente aliqua potestate, aut ui, aut cor-
rupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuari-
catione. Nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obsti-
tit, nulla uis, corruptum iudicium non quæreris, nulla
probandi difficultas fuit, quid supereſt, nisi ut præuari-
catio fuerit? Si omnia amoliri non poteram, tamē plura

Excutere, & inquirere & indagari.

†claret

amoliebar. Hominem occisum constat, non in solitudine, ut à latronibus suspicer, non prædæ gratia, quia inspoliatus est, non hæreditatis spe, quia pauper fuit. Odium igitur in causa: quis inimicus? Quæres autem faciliorem diuisioni uiam præstat, eadem inuentioni quoq; excutere quicquid dicitur potest, & uelut reiectione facta ad optimum peruenire. Accusatur Milo, quod Clodium occiderit, aut fecit, aut non. Optimum erat negare, si nõ potest, occidit ergo aut iure, aut iniuria. Vtiq; iure, aut uoluntate igitur, aut necessitate. Nam ignorantia prætendi non potest. Volũtas anceps est. Sed quia ita homines putant, adiungenda defensio, ut id pro Republica fuerit. Necessitate, subita igitur pugna, nõ præparata, alter igitur insidiatus est. Vter? profectò Clodius. Vidésne ut ipsa rerum necessitas deducat ad defensionem? Adhuc, aut utiq; uoluit occidere insidiatorem Clodium, aut nõ: tutius si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis, neq; iubente, neq; sciente Milone. At hæc tam timida defensio detrahit autoritatẽ illi, qua recte dicebamus occisum. Adijcietur, quod suos quisq; seruos in tali re facere uoluisset. Hoc eo est utilius, quod sæpe nihil placet, & aliquid dicendum est. Intueamur ergo omnia, ita apparebit, aut id quod optimum est, aut id quod minime malum. Propositione aliquando aduersarij utendum, et esse nonnunquã communẽ eam suo loco dictum est. Multis milibus uersuum scio apud quosdã esse quæsitum quomodo inueniremus utra pars deberet prior dicere, qd'in foro uel atrocitate formularũ, uel modo petitionũ, uel nouissime sorte

dijudicatur. In schola quæri nihil attinet, cum in declamationibus ijsdem narrare, & contradictiones soluere, tam ab actore, q̃ à + possessore concessum sit. Sed in pluribus controuersijs ne inueniri quidem potest, ut in illa: Qui tres liberos habebat, oratorẽ, philosophum, & medicum, testamento quatuor partes fecit, & singulas singulis dedit, unam eius esse uoluit, qui esset utilissimus ciuitati. Contendunt, quis primus dicat ineertum est, propositio tamen certa. Ab eo enim cuius persona tuebimur, incipiendũ erit. Et hæc quidem de diuidendo in uniuersum præcipi possunt. Aliquo modo inueniemus etiã illas occultiores quæstiões, scilicet quo modo sentẽtias, uerba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione, non tamen ferè unq̃ nisi imprudentem fugerint, si (ut dixi) naturã sequi ducem uelit. Sed plerique eloquentiæ famã affectantes, contenti sunt locis speciosis modò, uel nihil ad probationẽ conferentibus. Alij nihil uitãtes, ea quæ in oculos incurrũt, exquirẽda putant. Quod quo facilius appareat, unam de schola controuersiam non ita sanè difficillimã aut nouam proponam in exemplũ: qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres sit. Proditionis damnatus, cum aduocato exulet, Reo proditionis patri disertus filius affuit, rusticus non affuit, damnatus abijt cum aduocato in exilium. Rusticus cũ fortiter fecisset, præmij nomine impetrauit restitutionem patris & fratris. Pater reuersus intestatus decessit, petit rusticus partẽ bonorũ, orator totum sibi uendicat. Hic illi eloquentes, quibusq̃ nos circa lites raras solicitiores ridiculi uidemur, inua-

+ defensore Possessor alioqui sumiẽ quandoq̃, p eo cuius cõditio melior ẽ quicq̃ lite fruitur, & actionẽ sustinere cogiẽ, & ne de possessiõe deturbetur se defendit.

dent personas fauorabiles. Actio pro rustico cõtra diser
tum, pro uiro forti contra imbellem, pro restitutore con
tra ingratum, pro eo qui parte contentus sit, cõtra eum
qui fratri nihil dare ex paternis uelit. Quæ omnia sunt
in materia, & multum iuuant, uictoriam tamen non tra
dunt. In hac quæretur sententiæ, si fieri poterit, præci-
pites uel obscuræ. Nam ea nunc uirtus est, + ut pulchre + &
fuerit cũ materia tumultu & clamore transactũ. Illi ue-
ro quibus propositũ quidem melius, sed cura in proximo
est, hæc uelut innatantia uidebunt excusatũ esse rusticũ, + quod
+ qui non interfuerit iudicio nihil collaturus patri, sed
ne disertum quidem habere quod imputet reo, cum is da
mnatus sit. Dignũ esse hæreditate restitutorẽ, duarum,
impium, ingratũ, qui diuidere nolit cũ fratre, eoq; sic me
rito. Quæstionem quoq; illam primã scripti & uolunta + qua nunc
tis, + qua nunc expugnata, non sit sequentibus locus. At est pugna
qui naturam sequetur, illa cogitabit profecto primo, hoc
dicturum rusticum: Pater intestatus duos nos filios reli-
quit, partẽ iure gentium peto. Quis tam imperitus? quis
tam procul à literis? quin sic incipiat, etiã si nescierit qd
sit propositio? Hanc cõmunem omniũ legem leuiter ad-
ornabit, ut iustã: nempe sequetur, ut quæramus, qd huic
tam æque postulationi respondeatur. Ad id manifestum
est. Lex est quæ iubet exhæredẽ esse eum qui patri pro-
ditionis reo non affuerit, tu autem nõ affuisti. Hanc pro
positionem necessaria sequitur legis laudatio, & eius
qui non affuerit, uituperatio. Adhuc uersamur in cõfes-
sis, redeat animus ad petitorẽ, nunquid non hoc cogitet

necesse est, nisi quis sit planè hebes? Si lex obstat, nulla lis est, inane iudicium est: atqui & legem esse, & hoc quod ea puniat à rustico factum extra dubitationē est. Quid ergo dicemus? Rusticus erat. Sed lex erat, omnes complectitur, nihil proderit. Quæramus ergo, num insit mari in aliqua parte lex posśit: quid aliud, sæpius dicā, natura permittit, q̄ ut cum uerba contrà sint, de uoluntate quæratur? Generalis igitur quæstio, uerbis an uoluntate sit standum. Sed enim in commune de iure omni disputandum semper, nec unq̄ satis iudicatum est. Quærendum igitur in hac ipsa, qua consistimus, an aliquid inueniri posśit, quod scripto aduersetur. Ergo quisquis nō affuerit, exhæres erit? quisquis sine exceptione? Iam si illa uel ultrò offerent argumenta. Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat, et qui in legatione erat. Iam multum acti est, posset aliquis non affuisse, & hæres esse. Transeat nunc idem ille, qui cogitauit, ut ait Cicero, tibicinis Latini modo, ad disertum. Vtista concedam, tu nec infans es, nec æger eras, nec abfuisti, nec militasti. Num aliud occurrit q̄ illud? Sed rusticus sum. Contrà quod palàm est, dicet: Vt agere non potueris, aßidere potuisti. Et uerum est, quare reddendum est rustico ad animū legum latoris. Impietatē punire uoluit, ego autem impius non sum. + Contra quæ disertus: Tu impie feciśti, inquit, cū exhæreditationē meruisti, licet te pośtea, uel pœnitentia, uel ambitus ad hoc genus optiōis adduxerit preterea. Propter te damnatus est pater: uidebaris enim de causa pronūtiasse. Ad hæc rusticus: Tu

Pro Murena

+ Contra quę disertus: tū impie.

uero causa damnationis fuisti: multos offenderas, inimicitias domui cõtraxeras. Hæc coniecturalia. Illud quoq; quod coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne uniuersam domũ periculo subijceret. Hæc prima quæstione scripti & uoluntatis cõtinentur. Intenda mus ultrà animũ, uideamusq; an aliquid inueniri pretexta posit, quo id modo fiat, sedulò imitor quærentem, ut quærere doceam, & omisso speciosiore illo styli genere ad utilitatem me submitto discentium. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus. Cur non aliquid circa patrem quærimus? Dictum uero est, cui quis non affuerit, exhæres erit. Cur non conamur et hic quærere, num cuicũ q; non affuerit? Facimus hoc sæpe in his controuersijs, in quibus petuntur in uincula, qui parentes suos non alunt, + an eum qui testimoniũ in filium impietatis reum dixit? an eum qui filium lenoni uendidit? In hoc de quo loquimur patre, quid apprehendi potest? Damnatus est. Nũquid igitur lex ad absolutos tantũ pertinet? Dura prima fronte quæstio est, non despe remus, credibile est hoc uoluisse legum latorem, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico uerecundum est, quia innocentem fuisse patrẽ fatetur. Dat aliud argumentũ controuersia. Damnatus proditionis cum aduocato exulet. Vix uidetur posse fieri, ut pœna filio eadem, patri & si affuerit, & si nõ affuerit, constituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet: nõ ergo credibile est de nõ aduocato dãnati scriptũ. An possint enim bona esse ulla exulis, rusticus in utraq; parte

+ ut eum qui testimoniũ in filium peregrinatiõis reum dixit, eumq; qui filium lenoni.

dubiũ facit. Disertus & uerbis inhærebit, in quibus nul
la exceptio est, & propter hoc ipsum pœnam esse consti
tutam eis qui nõ affuerint, ne periculo exilij deterreantur ab aduocatione, & rusticum innocenti nõ affuisse di
cet. Illud protinus non indignum quod annotetur, posse
ex uno statu duas generales fieri quæstiones: An quisq;,
+ coniuncta an cuicunq;, hec ex duabus personis + quæsita sunt. E
tertia autẽ quæ est aduersarij, nulla oriri quæstio potest,
quia nulla sit de sua parte controuersia. Nondum tamen
cura deficiat. Ista enim omnia dici posſent, etiam non re
stituto patre. Nec statim eò tendamus, quod occurrit
ultrò, à rustico restitutum. Qui id subtiliter quæret, ali-
quid spectabit ultrà. Nam ut genus speciem sequitur, ita
speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitu-
tum, ratiocinatiua atq; collectiua quæstio orietur, an re
+ stet stitutio pro sublatione iudicij + sit, & perinde ualeat, ac
si iudiciũ non fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere, ne im
petrare quidem aliter potuisse suorum restitutionẽ uno
premio, nisi patre perinde ac si accusatus non esset, reuo
cato: quæres aduocati quoq; pœnã tanq̃ is non affuisset,
remiserit. Tum ueniemus ad id qd primum occurrebat, à
rustico restitutũ esse patrẽ. Vbi rursus ratiocinamur, an
rusticus restitutor accipi debeat pro aduocato, quãdo id
præstiterit, quod aduocatus petijt, nec improbũ sit pro
simili accipi quod plus est. Reliqua iam æquitatis sunt,
utrius iustius sit desiderium. Id ipsum adhuc diuiditur,
etiã si uterq; sibi totũ uẽdicaret, nũc utiq; cũ alter semis
sem, alter uniuersa, fratre excluso. Sed his tractatis etiã

magnum momentum habet apud iudices patris memoria, cum præsertim de bonis eius quæratur. Erit ergo cõiectura, qua mente pater intestatus decesserit: sed ea pertinet ad qualitatẽ, quæ alterius status instrumentum est. Plerũq; autem in fine causarum de æquitate tractabitur quia nihil libentius iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinem mutabit utilitas, ut si in iure minus fiduciæ erit, æquitate iudicem præparemus. Nihil habui amplius, quod in uniuersum præciperem. Nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas ut persequi ad ultimam speciem, id est, ad singulas lites, controuersiasq; nõ possum, ita de generalibus scribere licet, ut quæ in quenq; statũ frequentissime incidant, tradam. Et quia natura prima quæstio est, factũmne sit, ab hac ordiar.

De Coniectura. CAP. II.

CONIECTVra omnis aut de re, aut de animo est. Vtriusq; tria tempora, præteritum, præsens, futurum. De re, & generales quæstiones sunt, & definitæ, id est, & quæ non continẽtur, & quæ continentur. De animo quæri non potest, nisi ubi persona est, & de facto cõstat. Ergo cum de re agitur, aut quid factum sit, in dubiũ uenit, aut quid fiat, aut quid sit futurum. Vt in generalibus, an atomorum concursu mundus sit effectus, an prouidentia regatur: an sit aliquando casurus. In definitis, an parricidium cõmiserit Roscius, an regnum affectet Manlius: an recte Verrẽ sit accusaturus Q. Cæcilius. In iudicijs præteritum tempus maxime ualet. Nemo enim accusat, nisi quæ facta sunt. Nam quæ fiant, & quæ futu

Coniecturæ diuisio.

ra sint, an præteritis colligũtur. Quæritur et unde quid ortũ, ut pestilentia, ira deũm, an intemperie cœli, an corruptis aquis, an noxio terræ halitu. Et quæ causa facti, ut quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint, ut reiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis. Quæ duo genera non multum inter se distant. Et uero, quæ sunt præsentis temporis, si non argumentis, quæ necesse est præcessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent cõiectura, ut si apud Lacedæmonios quæratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud potest uideri extra hoc propositum cõiecturæ genus, cum de aliquo + homine quæritur quis sit, ut est quæsitũ contrà Vrbiniæ hæredes, si is, qui tanq̃ filius petebat bona, Figulus esset, an Sosipater: nam & substantia eius sub oculos uenit, ut non posset quæri, an sit. Quomodo ultra oceanum, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verũ hoc quoq; genus litis ex præterito pendet: An hic sit ex Vrbiniana tus Clusinius Figulus. Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersiæ, atq; aliquæ in meum quoq; patrocinium inciderunt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit. Qua mẽte Ligarius in Africa fuerit. Qua mẽte Pyrrhus fœdus petat. Quomodo laturus sit Cæsar, si Ptolomæus Pompeium occiderit. Quæritur per coniecturam, & quantitas, & qualitas circa modũ, speciem, numerum. An sol maior q̃ terra. Luna globosa an plana, an acuta. Vnus mũdus an plures. Itemq; extra naturales quæstiones, Maius bellum Troianum, an Pelopponesiacũ. Qualis clypeus Achillis. An unus Hercules,

+ genere q̃ ritur qd sit

Animi coniectura.

In his autē quæ accusatiōe, aut defensione constāt, unum est genus, in quo quæritur & de facto, & de autore, quod interim coniunctam quæstionem habet, & utrunq; pariter negatur: Interim separatam, cum factum sit, nec ne, & si de facto cōstet, à quo factū sit, ambigitur. Ipsum quoq; factum aliquando simplicem quæstionem habet, an homo perierit? Aliquando duplicem, ueneno an crudita te perierit. Alterum est genus de facto tātum, cum si id certum sit, non potest de autore dubitari. Tertiū de autore tantū, cum factū constet, sed à quo factum sit, in cōtrouersiā uenit. Et qd tertio loco posui, non est simplex. Aut enim reus fecisse tātummō se negat, aut aliū fecisse dicit. Sed ne in alterū quidē trāsferēdi crimīnis una forma est. Interdū enim substituitur mutua accusatio, q̄ Græci ἀντικατηγορίαν uocāt, nostrorū quidā cōcertatiuam: Interdū in aliquā personā quæ extra discrimē iudicij est, transfertur, et aliās certā, aliās incertā. Et cū in certā, aut in extrariā, aut in ipsius q perijt uoluntatē. In quibus similis, at q; in ἀντικατηγορίαν personarū, causarū, cæterorū comparatio est, ut Cicero pro Vareno, in familiā Anchariānā pro Scauro, circa mortē Bostaris in matrē auertēs crimē, facit. Est etiā illud huic cōtrariū cōparationis genus, in quo uterq; à se factū esse dicit, et illud in quo nō pſonæ inter se, sed ipsæ res colliduntur, id est, non uter fecerit, sed utrū factū sit. Cū de facto, & de autore cōstat, de āio quæri potest. Nunc de singulis, cū pariter utrūq; negatur, hoc mō: Adulteriū non cōmisi: tyrānidē nō affectaui. In cædis ac ueneficij causis frequēs est illa di

Cōiectura in accusatione ac defensiōe.

Sulpitius repercussiua & apologatione appellat.

+ aut in extrariā uitā, aut ipsi⁹ qui petit uoluntatem.

uisio, non est factũ, & si factũ, ego non feci. Sed cũ dicimus, proba hoiem occisum, accusatoris tantũ partes sunt à reo nihil dici cõtra, præter aliquas fortasse suspiciones potest, quas spargere quãmaxie uarie oportebit: qs si unũ aliqd affirmaris, probandũ est, aut causa periclitãdum. Nã ut cũ inter id qd' ab aduersario, & id qd' à nobis, ppositũ est, quæritur, uidetur utiq; alterũ uerũ, + ita ex diuerso unũ est quo defendimur, reliquũ est quo præmimur. At cũ quærimus de ambiguis signis cruditatis et ueneni, nihil tertiũ est. Ideoq; utraq; pars qd' proposuit, tuetur. Interim aũt ex re quæritur, ueneficium fuerit, an cruditas, cũ aliqua ex ipsa citra psonã quoq; argumenta ducũtur. Refert enim cõuiuiũ præcesserit, an tristitia, labor an otiũ, uigilia an quies. Aetas quoq; eius q perierit, discrimẽ facit. Interest subitò defecerit, an lõgiore uaetudine cõsumptus sit. Liberior adhuc in utrãq; partẽ disputatio, si tantũ subita mors in quæstionẽ uenit. Interim ex psona probatio rei petitur, ut propterea credibile sit uenenũ fuisse, qa credibile est ab hoc factũ ueneficiũ, uel contrà. Cũ uero de reo & de facto quæritur, naturalis ordo est, ut prius factũ esse accusator probet, deinde & reo factũ. Si tamẽ plures in personã probationes habuerit, conuertet hũc ordinẽ. Defensor autem prius negabit esse factum, quia si hac parte uicerit, reliqua non necesse habet dicere. Victo superest, ut tueri se possit. Illic quoque ubi de facto tantũ cõtrouersia est, qd' si probetur, nõ possit de autore dubitari. similiter argumẽta, & ex persona, & ex re ducũtur, sed in unã facti quæstionẽ, sicut

+ ita euerso quo defendimur

in illa controuersia (+ Vtendum est enim & his exemplis quæ sunt discētibus magis familiaria) Abdicatus me dicinæ studuit, cū pater eius ægrotaret, desperantibus de eo cæteris medicis, adhibitus sanaturū se dixit, si is potionem à se datā bibisset. Pater acceptæ potionis epota parte, dixit uenenum sibi datū, filius qd' reliquū erat, exhausit, pater decessit, ille parricidij reus est. Manifestum est quis potionē dederit, quæ si ueneni fuit, nulla quæstio de autore, + tantū an fuerit uenenū ex argumētis à ꝓsona ductis colligetur. Supereſt tertiū, in quo factū esse cōstat aliquid, à quo sit factū quæritur, eius rei superuacuū est ponere exemplū, cū plurima sint huiusmodi iudicia, ut si hominē occisum esse manifestū est, uel sacrilegiū cōmissū, is aūt qui arguitur feciſſe neget. Ex hoc nascitur ἀντίστασις. Vtiq; hoc factū esse cōuenit, qd' duo imuicē obijciūt. In quo quidē genere causarū admonet Celsus fieri id in foro nō posse, quod neminē ignorare arbitror. De uno enim reo cōsiliū cogitur, et si qui sunt q̄ imuicē accusent, alterū iudicium præferre necesse est. Apollodorus quoq; ἀντικατηγορίαν duas esse controuersias dixit, & sunt re uera secundū forense ius duæ lites. Potest tamen hoc genus in cognitionem uenire senatus, aut principis. Sed in iudicio quoq; nihil interest actionū, utrū simul de utroq; pronūcietur, an etiā si de uno sententia feratur. Quo in genere semp prior debebit esse defensio. Primū, quia natura potior est salus nostra, q̄ aduersarij pnicies. Deinde qd' plus habebimus in accusatione autoritatis, si prius de innocētia nostra cōstiterit. Postremo, qd' ita de

+ sumēdum est & his

+ tamen

mum duplex causa erit. Nã qui dicit, ego nõ occidi, habet reliquã partẽ, ut dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti, superuacuũ habeat postea dicere, ego non occidi. Hæ porrò actiones constãt cõparatione, ipsa cõparatio non una uia ducitur. Aut enim totã causam nostrã cũ tota aduersarij causa cõponimus, aut singula argumẽta cũ singulis: quorũ utrũ sit faciendũ nõ potest nisi ex ipsius litis utilitate cognosci, ut Cicero singula pro Vareno cõparat in primo crimine. Est enim superior, cũ psona alterius, cũ psona matris temere comparetur. Quare optimũ est, si fieri poterit, ut singula uincantur à singulis. Sed si quãdo in partibus laborabimus, uniuersitate pugnandũ est, siue inuicẽ accusant, siue crimen reus citra accusationẽ in aduersariũ uertit, ut Roscius in accusatores suos, quãuis reos non fecisset: siue in ipsos quos sua manu perijsse dicemus, factũ deflectitur, non aliter q̃ in his quæ mutuã accusationẽ habent, utriusq; partis argumenta inter se cõparantur. Id aũt genus, de quo nouissime dixi, non solũ in scholis sæpe tractatur, sed etiã in foro. Nã id est in causa Neuij Apruniani solũ quæsitũ: Præcipitatáne est ab eo uxor, an scipsa sua sponte iecisset. + Quã actionẽ equidẽ solam in hoc tempus emiseram, qd' meipsum fecisse seductũ iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ sub noïe meo ferũtur, negligentia excipientiũ in quæstũ notariorũ corruptæ minimã partẽ mei habẽt. Est & alia duplex coniectura huic ἀνθυποκατηγορίᾳ non diuersa, de præmijs, ut in illa controuersia: Tyrannus suspicatus à medico suo, datum sibi uenenum, torsit eum

+ cuius

& cum id dedisse se negaret, accersit alterum medicum, ille datum ei uenenum dixit, sed antidotum daturum, & dedit ei potionem, qua epota, tyrannus decessit. De præmio duo medici contendunt: Nam ut illic factum in aduersarium transferentium, ita hic sibi uindicantium personæ, causæ, facultates, tempora, instrumẽta, testimonia, cõparantur. Illud quoq; etiam si non est ἀνυπαιτηγορία, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationẽ quæritur, utrum factum sit. Vtraq; enim pars expositionem suam habet, atque eam tuetur, ut in lite Vrbiniana, petitor dicit, Clusinium Figulum filium Vrbiniæ acie uicta, in qua steterat, fugisse, iactatumq; casibus uarijs, retentum etiam à rege, tandem in Italiam, ac patriã suam Marginos uenisse, atq; ibi agnosci. Pollio cõtrà seruisse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factitasse, manumissum, alienæ se familiæ uenali immiscuisse, ac rogantem ut eis seruiret emptum: Nõne + tota lis constat duarum causarum comparatione, & coniectura duplici atq; diuersa? Quæ autem accusantiũ atq; defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio est. Ducitur coniectura primũ à præteritis. In his sunt personæ causæ, consilia. Nã is ordo est, ut facere uoluerit, potuerit, fecerit. Ideoq; intuendum ante omnia qualis sit, de quo agitur. Accusatoris autem est efficere, ut si quid obiecerit, non solum turpe sit, sed etiam crimini, de quo est iudicium, quammaxime conueniat. Nam si reum cædis impudicum, uel adulterum uocet, lædat quidem infamia, minus tamen hoc ad fidem ualeat, q̃ si audacem, petulantem, crudelem,

+ ordo talis

temerarium ostẽderit. Patrono si fieri poterit, id agendum est, ut obiecta uel neget, uel defendat, uel minuat: Proximũ est, ut à præsenti quæstione separet. Sunt enim pleraq; non solum dißimilia, sed etiam aliquando contraria, ut si reus furti, prodigus dicatur, aut negligens. Neq; enim uidetur in eundem & contemptus pecuniæ, & cupiditas cadere: Si deerũt hæc remedia, ad illa declinandũ est, non de hoc quæri, nec eum qui aliquando peccauerit, utiq; commisisse omnia, & hanc fidutiam fuisse accusatoribus falsa obijciẽdi, quod læsum & uulneratum reum sperauere hac inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris, contra quàm loci oriũtur sæpe à persona, & interim generaliter. Prior ducit argumenta defensor, incredibile esse à filio patrem, ab uxore uirũ occisum, ab imperatore proditam hostibus patriam. Facile respondetur, uel quod oĩa scelera in malos cadant, ideoq; sæpe deprehensa sint, + uel quod indignum sit, crimina ipsa atrocitate defendi. Interim proprie, quod est uarium. Nam dignitas & tuetur reum, & nonnunq; ipsa in argumentum facti conuertitur, tanq; inde fuerit spes impunitatis, sed perinde paupertas, humilitas, opes, ut cuiq; ingenio uis est, in diuersum trahuntur. Probati uero mores, & anteactæ uitæ integritas nunquam non plurimum profuerint. Si nihil obijcietur, patronus quidem in hoc uehementer incumbet. Accusator autem ad præsentem quæstionem, de qua sola iudicium sit, cognitionem allegabit, dicens neminem non aliquando cœpisse peccare, nec per ἔγκλιναι ducendum

+ uel ad ingeniũ fit, crimina ipsa atrocitate defendit

scelus primum, hoc in respondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos, ut noluisse potius obijcere, quàm non potuisse credatur. Eoq; satius est omni se anteactæ uitæ abstinere conuicio, quàm leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis reum incessere, quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obijcit, omississe credi potest maledicta tanquam superuacua: qui uana congerit, confitetur uanum in anteactis argumentum, in quibus uinci, quàm tacere maluerit. Cætera quæ à personis duci solent in argumentorum locis exposuimus. Proxima est ex causis probatio, in quibus hæc maxime spectantur, ira, odium, metus, cupiditas, spes. Nam reliqua in has species cadunt, quorum si quid in reū conueniet, accusatoris est efficere, ad quicqd facien dum causæ ualere uideantur, cásque quas in argumentum sumet, augere: Si minus, illuc conferēda est oratio, aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si fecit, aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam. Patronus uero quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factū esse sine causa: quod Cicero uehementissime multis orationibus tractat, præcipue tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebatur, nam & damnatus est. At si proponitur cur factū sit, aut falsam causam, aut leuem, aut ignotam pro reo dicet. Possunt esse aliquæ interim ignotæ. An hæredem habuerit: an accusaturus fuerit eum à quo dicitur occisus. Si alia defecerint, nō utiq; spectādas esse causas. Nam quem posse reperiri, qui non metuat,

Probatio ex causis, hāc Cicero, ut multo præstātissimā sic etiā firmissimam putat, quare Sulpitius uictricē probationē uocat.

oderit, speret? Plurimos tamen hæc salua innocentia fecere. Neque illud est omittendum, non omneis causas in omnibus personis ualere. Nam ut alicui sit furandi causa paupertas, non erit idem in T. Curio, Fabricioq; momẽtum. De causa prius, an de persona dicendum sit, quæritur, uarieq; est ab oratoribus factum, à Cicerone etiam prælatæ frequentissime causæ. Sed mihi, si sine ullo litis conuicio proponeretur, secundũ naturam uidetur incipere à persona. Nam hoc magis generale est, rectiorq; diuisio, + aut in nullo crimen credibile, aut in hoc? Potest tamẽ id ipsum sicut pleraq; uertere utilitas. Nec tantum causæ uoluntatis sunt quærendæ, sed interim et erroris, ut ebrietas & ignorantia. Nam ut hæc in qualitate crimen eleuant, ita in coniectura premunt. Et persona quidem nescio, an unq; utiq; in uno actu rei posit incidere, de qua neutra pars dicat, de causis frequẽter quæri nihil attinet, ut in adulterijs, in furtis, quia illas per se ipsa crimina secũ habent. Post hæc intuẽda uidẽtur & cõsilia, quæ late patent, an credibile sit reũ sperare, id à se scelus effici posse, an ignorari cũ feciſſet, an etiã si ignoratum non esset, absolui, uel pœna leui transigi, uel tardiore, uel ex qua minus incõmodi cõsecuturus, q̃ ex facto gaudij uideretur, an etiam tanti putauerit pœnã subire. Post hæc an alio tempore, & aliter facere, uel facilius, uel securius potuerit, ut dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occasiones, qbus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Præterea cur potiſsimũ illo loco, illo tempore, illo modo sit aggressus, qui & ipse diligentiſsime

+ aut nullũ crimen credibile, aut hoc

tractatur pro eodem locus. An etiam, si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, & absq; sententia. Nam uulgò dicitur, Scelera non habere consilium. An etiam consuetudine peccandi sit allectus. Excussa prima parte an uoluerit, sequitur an potuerit. Hic tractatur locus, tempus, ut furtum in loco clauso, frequenti tempore, uel diurno, cum testes plures, uel nocturno, cum maior difficultas. Inspiciantur utiq; difficultates & occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoq; exemplis non egent. Hic sequens locus talis est, ut si fieri non potuit, sublata lis sit: si potuit, sequatur quæstio, an fecerit. Sed hæc etiam ad animi coniectur am pertinent. Nam & ex his colligitur an speraverit. Ideo spectari debent & instrumenta, ut Clodij ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit, incipit à secundo tempore, id est præsenti, ac deinde coniuncto, quorũ sunt sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia. His accedunt signa, de quibus tractatum est. Verba etiam & facta, quæq; antecesserunt, quæq; insecuta sunt. Hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed uerba magis nocent, aut minus, magis nocent & minus prosunt nostra quàm aliena, magis prosunt & minus nocent aliena quàm nostra. Facta autem interim magis prosunt nostra, interim aliena, ut si quid quod pro nobis sit, aduersarius fecit. Semper uero magis nocent nostra quàm aliena. Est & illa in uerbis differentia, quod aut aperta sunt, aut dubia, seu nostra, sed aliena sunt. Infirmiora in utrũq; sine necesse dubia, tamẽ nostra sæpe + magis nocent, ut in illa controuersia: Interrogatus filius ubi esset pater, dixit:

Scelera consilium non habent.

Ab occasione.

A uerbis.

A factis.

+ nobis

ubicunque est uiuit, at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt dubia nũquam possunt nocere, nisi aut incerto autore, aut mortuo. Nocte audita est uox, ca ueto tyrannicidam, & interrogatus, cuius ueneno moretur respondit, non expedit tibi scire. Nam si est qui posset interrogari, soluet ambiguitatem. Cum autem dicta factáq; nostra defendi solo animo possint, aliena uariæ refutantur. De uno quidem maxime genere coniecturalium controuersiarum locuti uidemur, et in omnes aliquid de his cadit. Nã depositi, furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumenta ueniunt, an fuerit quod deponeretur, et à personis, an illum depositisse apud hunc, uel+huic credidisse credibile sit, an petitorem calumniari: An reum inficiatorem esse, uel furem. Sed etiam in furti reo sicut in cædis, quæritur de facto, et de autore. Creditæ & depositi duæ quæstiones, sed nonnunquam iunctæ, an datum sit, an redditum. Habent aliquid proprij, adulterij causæ, quod plerunq; duorum discrimen est, et de utriusq; uita dicendum, quanquam & id quæritur, an utrunque pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causa. Nam si adiuuabit pars altera, coniungam: si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temere excidisse, quod plerunq; duorum crimen esse adulterium, non semper dixerim, potest accusari sola mulier incerti adulterij. Munera domi inuenta sunt, pecunia cuius autor non extat, codicilli, dubium ad quem scripti. In falso quoq; ratio similis. Aut enim plures in culpam uocantur, aut unus, & scriptor quidem semper tueri signa

Depositi, furti, creditę pecuniæ quæstiones.

+hunc

Adulterij.

Occupatio.

Falsi.

torem necesse habet, signator scriptorem non semper. Nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse, et cui id factum dicitur, & scriptorem & signatores defendet. Iidem argumentorum loci in causis proditionis, & affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulterium obijcis, quis testis? quis index? quod pretium? quis conscius? Venenum, ubi emis? à quo? quando? quanti? per quem dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ, ubi sunt arma? quos contraxi satellites? Neq; hæc nego esse dicenda, & ipsis utendum pro parte susceptа. Nam & in foro, †siquando aduersa rius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantum illam facultatem olim desideramus, ubi non ferè causa agitur, ut non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quod in epilogis quidam, quibus uolunt, liberos, parentes, nutrices accommodant, nisi quæ magis concesseris ea quæ non sint posita, desiderare quàm dicere. De animo quo modo quæratur, satis dictum est, cum ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua uia tractatur, an uoluerit, eadem quo animo fecerit. Id enim est, an male facere uoluerit. Ordo quoq; rerum, aut affert, aut detrahit fidem, multò scilicet magis res prout congruunt, aut repugnant, sed hæc nisi in ipso complexu causarum non deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuiq; connectatur, & quid cui consentiat.

Proditionis, Tyrannidis affectatæ

†aliquando

Ordo Ordo.

De Finitione. CAP. IIII.

SEquitur coniecturam finitio. Nam qui non potest dicere nihil feciſſe, proximum habebit, ut dicat, non id feciſſe quod obijciatur. + Itaque plerunque legibus ijſdem, quibus coniectura uerſatur, defenſionis tantum genere mutato, ut in furtis, depoſitis, adulterijs. Nam quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depoſitum, non cõmiſi adulterium: ita, non eſt hoc furtum, non eſt hoc depoſitum, ſed mutuatio, non eſt hoc adulterium. Interim à qualitate ad finitionem deſcẽditur, ut in actionibus dementiæ, malæ tractationis, Reip. læſæ. In quibus ſi recte facta eſſe quæ obijciuntur, dici non poteſt, illud ſuccurrit, non eſt male tractare Remp. uerbis lædere. Finitio igitur eſt rei propoſitæ, propria et dilucida, & breuiter comprehenſa uerbis enuntiatio. Conſtat maxime, ſicut eſt dictum, genere, ſpecie, differentijs, proprijs, ut ſi finias equum (noto enim maxime utar exemplo) Genus eſt animal, ſpecies mortale, differentia irrationabile. Nam et homo mortale erat. Proprium, hinniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus cauſis. Nam tum eſt certum de nomine, ſed quæritur quæ res ei ſubijcienda ſit, tum res eſt manifeſta, ſed de nomine non conſtat. De re, cum dubium eſt, interim coniectura eſt, ut ſi quæratur, quid ſit deus. Nam qui id neget, deum eſſe ſpiritum omnibus partibus immixtum, non hoc dicat falſum eſſe illius diuinæ naturæ appellationem, ſicut Epicurus, qui humanam ei formam locumq; inter mundos dedit, ſed nomine utercq; uno utitur, utrum ſit in re coniectat. Interim qualitas tractatur, ut quid ſit rhetorice, uis per

+ itaq; pluribus legibus idem

Hæc uerba in pleriſque exemplaribus deſiderantur, & uideri poſſent ab interpretante adiecta.

DEVS

suadendi an bene dicendi scientia. Quod genus est in iudicijs frequentissimũ. Sic enim quæritur, an deprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quia non de appellatione, sed de ui facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam si peccauit, non potest aliud esse, quàm adulter. Diuersum est genus, cum controuersia consistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec uersatur in iudicijs, nisi propter uerba, quæ litem faciunt. An qui se interfecit, homicida sit. An qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida. An carmina magorũ uenenficium. Res enim manifesta est, sciturq; non idem esse occidere se, quod alium. Non idem occidere tyrannum, quod compellere ad mortem. Non idem carmina, ac mortiferam potionem. Quæritur tamen, an eodem nomine appellanda sint. Quãquam autẽ dissentire uix audeo à Cicerone, qui per multos secutus autores, dicit finitionem esse de eodem, et de altero (+Semper enim neganti aliquod esse nomen, dicendum quid sit potius) tamen in eandem treis habeo uelut species. Nam interim sic conuenit quærere, an habendum sit adulterium in lupanari. Cum hoc negamus, non necesse est dicere quid id uocetur, quia totum crimen in ficiamur. Interim quæritur, an hoc furtum, an sacrilegium, non quin sufficiat non esse sacrilegium, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud, quo in loco utrunq; finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis, an et hoc eodem modo sit appellandum, cum res utraq; habeat suum nomen, ut amatorium, uenenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc, quia no

+semper negando aliud esse nomen, dicendumq; quid fit potius, tamen easdem res habeo uelut species.

men de quo ambigitur, utiq; in alia re certum est. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere. Num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire. An et in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum. An etiam in mortem compellere? Ideoq; συλλογισμὸς de quo postea dicam, uelut infirmior est finitio, quia in hac quæritur, an idem sit huius rei nomẽ, quod alterius: Illo, an perinde habenda sit hæc atq; illa. Est & talis finitionum diuersitas, ut quidam sentiũt, num idem diuersis uerbis comprehendatur, ut rhetorice bene dicendi scientia, & eadem bene inueniendi, & bene enunciandi et dicendi secundum uirtutem orationis, & dicendi quid sit officij. Atq; prouidẽdum, †an si sensu non pugnant, comprehensione dissentiant. Sed de his disputatur, non litigatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus et ignotioribus uerbis, quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine uerbis, ut quid sit penus, quid litus. Quæ uarietas efficit, ut eam quidam coniecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, et ad morem dialecticorum formata conclusio, ut in disputationi bus potius per argumenta uerborum cauillatrix, quàm in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim ualeat in sermone tantum, ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui respondsurus est, & uel tacere, uel etiam inuitum id quod sit contra, cogat fateri, non eadem est tamen eius in causis utilitas. Persuadendum enim ipsi dici est, qui etiãsi uerbis deuinctus est, tamen nisi ipsi rei

†ut

Clarigatio dicta à clara uoce, qua utebatur pater patratus, ut alij à clero, hoc est à sorte, nam bellica sorte hostiles agros inuadebant, unde Græcis κλῆρονόμοι dicti, qui iure bona defuncti sortiuntẽ.

dcceſſerit, tacitus diſſentiet. Agemi uero, quæ tanta eſt huius præciſæ comprehenſionis neceſsitas? An ſi non dixero, homo eſt animal rationale, mortale, non potero ex poſitis tot corporis animiq; proprietatib. latius oratione ducta, uel à dijs eum, uel à mutis diſcernere? Quidē quod nec uno modo definitur res eadem, ut facit Cicero: Quid enim uulgo uniuerſos? ſed latiore, uarioq; tractatu, ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rariſſima enim apud eos reperietur illa ex conſuetudine philoſophorum ducta ſeruitus (eſt enim certe ſeruitus ad certa ſe uerba aſtringēdi) idq; faciendū in libris Cic. de Oratore M. Antonius. Nam eſt etiā periculoſum, cū ſi uno in uerbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe uideatur. Optimāq; eſt illa media uia, qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponatur, uerba nō periclitētur: Etenim recuperatores, non ea ſola uis eſt quæ ad corpus noſtrum, uitamq; peruenit, ſed etiam multò maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animū perterritū loco ſæpe, & certo ſtatu dimouet. Aut cum finitionē præcedit probatio, ut in Philippicis Cicero Seruiū Sulpitium occiſum ab Antonio colligit, & in clauſula demum ita finit: Is ēt profecto mortem attulit, qui cauſa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoq;, ut expedit cauſæ, eſſe facienda. Et ſi quando firma comprehendi poterit, & breui cō plexu uerborum finitio, eſſe id tum elegans, tum etiam fortiſſimū, ſi modò erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo eſt quid ſit, an hoc ſit, & in hoc ferè labor maior eſt, ut finitionē confirmes q̄ in rem finitionem applices.

In eo quid sit, duplex opus est. Nam et nostra confirmanda est, & aduersæ partis destruenda finitio. Idcoq; in schola, ubi nobisipsis finginus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales utrinq; esse optimi poterūt. At in foro prouidendum, num forte supersuacua, & nihil ad causam pertinens, an ambigua, an contraria, an cōmunis sit finitio, quorum nihil non accidere agentis culpa potest. Vt recte autē finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus quid uelimus efficere. Sic enim accommodari ad uoluntatem uerba poterunt, atq; ut à notißimo exemplo, quo sit res lucidior, non recedamus. Qui priuatam pecuniam de templo surripit, sacrilegij reus est, culpa manifesta. Quæstio est, an huic crimini nomen quod est in lege, conueniat. Ergo ambigitur, an hoc sacrilegium sit. Accusator, quia de templo sit surrepta pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia priuatam surripuerit, negat esse sacrilegium, sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet. Sacrilegium est surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet. Sacrilegium est surripere aliquid sacri. Vterq; alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibus euertitur, si aut falsa est, aut parum plena. Nam illud tertium, nisi stultis non accidit, ut nihil ad quæstionem pertineat. Falsa est, si dicas: Equus est animal rationale: nam est equus animal, sed irrationale. Quod autem non potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium surripere aliquid sacri. Dicit parū plenam, adijciendum reus falsam dicit esse finitionem accusatoris. Accusator tem commune cum alio est, desinet esse proprium. Hic

Sacrilegiū. Quare postea à iurisconsultis tā quā huiusce criminis cognitoribus dictum est sacrilegiū esse furripere rem sacram de loco sacro. Is igit q abstulit rem priuatam de sacro loco, non sacrilegiū, sed furtum commiittit.

enim, aut ex sacro. Maximus autem usus in approbando refellendoq; fine propriorum, ac differentium, nonnunquam etiam etymologiæ. Quæ tamen omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas, nonnunquam etiam coniectura mentis. Etymologia maxime rara est. Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tumultus. Circa propria ac differentia magna subtilitas, ut cum quæritur, an addictus, quem lex seruire donec soluerit iubet, seruus sit. Altera pars finit ita: Seruus est, qui est iure in seruitute. Altera, qui in seruitute est eo iure quo seruus, aut ut antiqui dixerunt, qui seruitutem seruit. Quæ finitio etiamsi † constat æquo, nisi tamen proprijs & differentibus adiuuetur, manis est. Dicet enim aduersarius seruire cum seruitutem, aut eo iure quo seruum. Videamus ergo propria, differentiaq; liberorum, quæ libro quinto leuiter in transitu attigerã. Seruus cum manumittitur libertimus, addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non cõsequetur, addictus soluendo citra uoluntatem domini consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet, addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomen, nomen, cognomen, tribum, habet hæc addictus. Excusso quid sit, propè peracta est quæstio, an hoc sit. Id enim agimus, ut sit causæ nostræ conueniens finitio. Potentissima autem est in ea qualitas, an amor, an insania. Huc pertinebunt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitiones, ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnan

Tumultus.

Addicti, qui ob grande æs alienum creditoribus in nexũ dantur.

† distat aliquo

Addicti.

Nulla lex.

Quod non sunt suæ uolũtatis & ab oĩb⁹ reipub. muneribus prohibiti seruui.

tibus, causis, effectis, similibus, de quorum argumento-
rum natura dictum est. Breuiter autem pro Cecinna Ci
cero initia, causas, effecta, antecedentia, consequentia cō
plexus est. Quid igitur? fugiebant propter metū? Quid
metuebant? uim uidelicet. Potestis igitur principia neg-
re, cum extrema concedatis? Sed similitudine quoq; usus
est. Quæ uis in bello appellatur, ea in otio non appella-
Amatorium φιλτρον. bitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur, ut si quæ
ratur, an amatorium, uenenū sit, nec ne, quia uenenum,
amatorium non sit. Illud alterum genus, quo sit manife-
stius adolescentibus meis (Meos enim semper adolescen-
tes putabo) hic quoq; fictæ controuersiæ utar exemplo:
Iuuenes, qui conuiuere solebant, constituerunt ut in lit-
tore cœnarent. Vnius, qui cœnæ defuerat, nomen tumu-
lo quē extruxerant, inscripserunt. Pater eius à transma
rina peregrinatione cum ad littus idem appulisset, lecto
nomine suspendit se. Dicūtur hi causa mortis fuisse. Hic
finitio est accusatoris: Per quem factum est ut quis perie
rit, causa mortis est. Reus est, qui fecit quid sciens, per
quod perire homini necesse esset. Remota finitione ac-
cusatori sat est dicere: Causa mortis fuistis. Per uos enim
actum est, ut homo periret, quia nisi uos illud feci ssetis,
uiueret. Contrà, non statim per quem factum est ut quis
periret, is damnari debet, ut accusator, testis, iudex rei
capitalis. Nec undecunq; causa fluxit, ibi culpa est, ut si
quis professionē suaserit, aut ad amicum accesserit trās
mare, et is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit, et is
cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in causa

mortis solum adolescẽtium factum, sed credulitas senis, & in dolore ferundo infirmitas, deniq; si fortior fuisset, aut prudentior, uiueret. Nec mala mente fecerunt, et ille potuit uel ex loco tumuli, uel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentũ. Qui ergo puniri debent, in quibus omnia sunt homicidæ, præter manum? Est interim certa finitio, de qua inter utranq; partem conuenit, ut Cicero dicit: Maiestas est imperio, atq; in omni populi Romani dignitate. Quæritur tamen, an maiestas minuta sit, ut in causa Cornelij quæsitum est. Sed hic etiam similis uideri potest finitiuæ, tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio est qualitas, atq; ad eum potius statum reducenda, ad cuius forte + quadam uenimus mentionem, sed & erat ordine proximus locus. Finitio certa. + quidem

De Qualitate. CAP. V.

EST autem qualitas alia de summo genere, atque ea quidem non simplex. Nam & qualis sit cuiusq; rei natura, et quæ forma quæritur, an immortalis anima, an humana specie deus, & de magnitudine ac numero, quantus sol, et an unus mundus. Quæ omnia quidem coniectura colliguntur, quæstionem tamen habent in eo, qualia sint. Hæc & in suasorijs aliquando + tractari solent, ut si Cæsar deliberet, an Britanniam impugnet, quæ sit occasionis natura, an Britannia insula (nam tum ignorabatur) quanta in ea terra, quo numero militũ aggredienda, in quanta consilium ferendum sit. Eidẽ qualitati succedunt faciendа, ac non faciẽda, appetenda, uitanda, quæ in suasorias quidẽ maxime cadũt, sed in controuersijs quoq; sunt fre + tangi

quentia, hac sola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu, factum esse constat, quale sit factum quæritur. Lis est omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igitur primum genus causæ, aut simplex, aut comparatiuum. Illic quid æquum, hic quid æquius, aut quid æquissimum sit excutitur. Cum de pœna iudicium est, à parte eius qui causam dicit, aut defensio est criminis, aut imminutio, aut excusatio, aut ut quidam putant deprecatio. Defensio longe potentissima est, qua ipsum factum quod obijcitur, dicimus honestum esse. Abdicatur aliquis, quod inuito patre militarit, honores petierit, uxorē duxerit, tuemur quod fecimus. Partem hanc uocant Hermagoræi κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referentes: latine ad uerbum translatam inuenio, absoluta appellatur. Sed enim de re sola quæstio, iusta sit ea, nec ne. Iustum omne continetur natura, uel constitutione. Naturas, quæ secundum cuiusq; rei dignitatem: hæc sunt pietas, fides, continentia, & talia. Adijciunt & id quod sit †par, uerum id non temere intuendum est. Nam & uis contra uim, & talia nihil habent aduersum eum, qui prior fecit iniuste, & non quoniam res pares sunt, etiam id est iustum quod antecessit. Illa utrinq; iusta, eadem lex, eadem cõditio, ac forsitan ne sint quidem paria, quæ ulla parte sunt dissimilia. Constitutio est in lege, more, iudicato, pacto. Alterum est defensionis genus, in quo factum per se improbabile, assumptis extrinsecus auxilijs tuemur, id uocãt προσλειπτικὸν. Latini hoc quoq; non ab

Vt qdã dic.) Nam consensus rhetor non putat in iudicium debere aut posse quoq; uenire deprecationem.

†peruersum

uerbum transferũt. Assumptiua enim dicitur causa. In quo genere fortißimũ est, si crimen causa facti tuemur, qualis est defensio Orestis, oratio Milonis, + ἀντέγκλη μα dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatione, qui uim dicatur. Occisus est, sed latro: excæcatus, sed raptor. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori contraria, in qua neq; factum ipsum per se, ut in absoluta quæstione defenditur, neq; ex contrario facto, sed ex aliqua utilitate Reipub. aut hominum multorum, aut etiam ipsius aduersarij, nonnunquam & nostra, si modo id erit quod facere nostra causa fas sit, quod sub extraneo accusatore & legibus agente prodesse nonnũquam potest, in domesticis disceptationibus potest. Nam et filius pater in iudicio abdicationis, et maritus uxori, si mala tractationis accusabitur, et patri filius si demẽtiæ causa erit, non inuerecunde dicet multum sua interfuisse, in quo tamẽ incõmoda uitantis melior q̃ commoda petentis est causa, quibus similia etiã in uera rerũ quæstione tractatur. Nam quæ in scholis abdicatorũ, hæc in foro exheredatorũ à parentibus, & bona apud + consules repetẽtium ratio est, quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, cum quæritur utrius culpa diuortiũ factum sit: quæ illic dementiæ, hic petendi curatoris. Subiacet utilitati etiam illa defensio, si peius aliquid futurum fuit. Nam in cõparatione malorum boni locũ obtinet leuius, ut si Mãcinus fœdus Numantinum sic defendat, quod periturus nisi id factum esset, fuerit exercitus Romanus. Hoc genus ἀντίστασις græce nominatur, cõparatiuum nostri uo-

κατ' ἀντίστασιν.

+ procõsules Nam consules plerunq; de grauioribus cognoscebant, paulo post ipse testatur exheredationẽ pertinere ad centũuiros iudicium. Translatio criminis.

cant. Hæc circa defensionem facti, quæ si neque per se ipsam, neq; adhibitis auxilijs dabitur, proximum est in alium transferre crimen, si possumus. Ideoq; etiam in hos qui iam scripti sunt status, uisa est cadere trãslatio.

Lib4.cap.8. +In hoc ꝙd iam scriptũ fit, uisa &c.

Interdum ergo culpa in hominem religatur, ut si Graechus reus fœderis Numantini, cuius metu leges populares tulisse in tribunatu uidetur, missum se ab Imperatore suo diceret. Interim deriuatur in rem, ut sis is qui testamento quid iussus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse, hoc μετάστασιν dicunt. Excluſis quoq; his excusatio superest, ea est aut ignorantiæ, ut si quis fugitiuo stigmata scripserit, eoq; ingenuo iudicato, neget se liberum eum scisse: aut necessitatis, ut cum miles ad commeatus diem non affuit, dicit se fluminibus intercluſum, aut ualetudine. Fortuna quoq; sæpe substituitur culpæ.

Imminutio culpę.

Nonnunq; male feciſſe nos, sed bono animo dicimus. Vtriusq; rei multa et manifesta exempla sunt. Idcirco non est eorum necessaria expositio. Sed omnia quæ supra scripta sunt, deerunt, uidẽdum an minui culpa possit, hic est ille qui à quibusdã dicitur fieri status quãtitatis. Sed ea cum sit aut pœnæ, aut honoris, ex qualitate facti constituitur. Eoque nobis sub hoc esse statu uidetur, sicut eius quoque quæ ad numerum refertur à Græcis. Nam ϖοιότητα, & ϖοσότητα dicunt, nos utrunq; eadem appellatione cõplectimur. Vltima est deprecatio, quod genus causæ pleriq; negarunt in iudicium unquam uenire.

Deprecatio.

Quin Cicero quoq; pro Q. Ligario, idem testari uidetur cum dicit: Causas Cæsar egi multas equidem tecum, dum

te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe unq̃ hoc modo, ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si unquam posthac, & cætera. In senatu uero, & apud populum, & apud principem, & ubicunque iuris clemẽtia est, habet locum deprecatio. In qua plurimum ualent ex ipso qui reus est, hæc tria in uita præcedere, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter uicturi, & in aliquo usu futuri. Præterea si uel alijs incommodis uel præsenti periculo, uel pœnitentia uideatur satis pœnarum dedisse. Extra, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamen qui cognoscit, plurimum ponendum, si laus eum misericordis potius, quàm reprehensio dissoluti consecutura est. Verum & in iudicijs, etiamsi non toto genere causæ, tamen ex parte magna hic locus sæpe tractatur. Nam & diuisio frequens est, etiamsi fecisset, ignoscendum fuisse. Idq; in causis dubijs sæpe præualuit, & epilogi omnes in eadẽ ferè materia uersari solent. Sed nonnunq̃ etiam reus hic totius summam constituit, si exhæredatum à se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricẽ amauerit. Nam omnis hic quæstio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, et Centumuiri tribuere debeant ueniam. Sed etiam in formulis, cum pœnariæ sunt actiones, ita causam partimur, an commissa sit pœna, an exigi debeat. Id autem quod illi uidebant liberari non posse. De præmijs autem quæruntur duo, an ullo sit dignus qui petit, an tanto, ex duobus uter dignior, ex pluribus quis dignissimus. Quorum tra-

ctatus ex ipso meritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantum, siue alleganda, siue comparanda erit, sed personam quoq;. Nam & multum interest, tyrã num iuuenis occiderit, an senex, uir an fœmina, alienus an coniunctus. Est & ad locum multipliciter, in ciuitate tyrannis assueta, an libera semper, in arce an domi, & quomodo factum sit, ferro an ueneno, & quo tempore, bello an pace, an cum depositurus esset eam potestatem, an cũ aliqd noui sceleris ausurus. Habetur ī meritis gra
+libertas tia, periculũ quoq; ac difficultas. Similiter + liberalitas à quo profecta sit refert. Nam in paupere gratior, q̃ in diuite, dante beneficium quàm reddente, patre quàm orbo. Item quam rem dederit, & quo tempore, & quo animo, id est num in aliquam spẽ suam, similiter alia. Et ideo
Qualitas rhetorum et oratorum officina. qualitas maxima oratoris recipit opera, quia in utranque partem plurimum est ingenio loci, nec usquam tantũ affectus ualent. Nam coniectura extrinsecus quoq; adductas frequenter probationes habet, & argumenta ex materia sumit, ut quale quicq; uideatur eloquentia opus est, hic regnat, hic imperat, hic sola uincit. Huic parti subiungit Virginius causas abdicationis, dementiæ, malæ tractationis, orbarum nuptias indicentium. Nam & iudicium ferè sic accidit, inuentiq; sunt qui has materias officiorum uocarent. Sed alios quoq; nonnunquam leges hæ, recipiunt status. Nam et coniectura est aliquando in pleriſq; horum, cum se uel non fecisse, uel bona mente fecisse contendunt. Cuius generis exempla sunt multa. Et quid sit dementia, ac mala tractatio finitur. Nam iuris

leges plerunq; quæstiones præcurrere solent, & ex quibus causis † non fiat statutum. Quod tamen facto defendi non poterit, iure nitetur, & quot & quibus causis abdicare non liceat, & in quæ crimina malæ tractationis actio detur, & cui accusare dementiæ non permittatur. † non fiant status

Abdicationũ formæ sunt duæ, altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti uelut pendentis, & adhuc in conditione positi, quales sunt in quibus abdicatur filius qui non pareat patri. Illa semper asperam abdicantis actionẽ habet, immutabile est enim quod factum est: hæc ex parte blanda, & suadenti similima. Mauult enim pater corrigere, q̃ abdicare. At pro filijs in utroq; genere summissa, & ad satisfaciendũ composita. A quo dissensuros scio, qui libenter patris figuram lædunt, quod non ausim dicere nunq̃ esse faciendum (potest enim materia incidere, quæ hoc exigat) † cæterum uidendum est, quoties aliter agi potest, sed de figuris alio libro tractabimus. Non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt malæ tractationis actiones. Nam & ipsæ habent eandem in accusationibus moderationem. Dementiæ quoq; iudicia, aut propter id quod factum est, aut propter id quod adhuc fieri uel nõ fieri potest instituuntur, & actor in eo quod factum est, liberũ habet impetum, sic tamẽ, ut factum accuset ipsius patris, tanq̃ uadetudine lapsi misereatur: in eo uero, cuius libera mutatio est, diu roget & suadeat, & nouissime dementiam rationi queratur obstare, non mores, quos quanto magis in præteritum laudauerit, tanto facilius probabit

Abdicationũ formæ.

† certe

Dementiæ.

morbo esse mutatos. Reus quoties causa patietur, debebit esse in defensione moderatus, qa ferè ira, contentio, et concitatio furori sunt similia. Omnibus his cõmune est, quod rei non semper defensione facti, sed excusatione de uenia frequenter utuntur. Est enim domestica discepta-
tio, qua & semel peccasse, et per errorẽ, & leuius q̃ obij
ciatur, absolutioni nonnunq̃ sufficit. Sed alia quoq; mul-
Iniuriarum actio. ta controuersiarum genera in qualitatem cadunt. Iniu-
riarum, quanquam enim reus aliquando feciſſe negat,
plerunq; tamen hæc actio facto atq; animo continetur.
De accusato re cõstituendo. De accusatore constituendo, quæ iudicia diuinationes uocantur. (In quo genere Cicero quidem, qui mandantibus
+ spectãdũq; qd maxime socijs Verrem accusabat, hac usus est diuisione) + spectã-
dum à quo maxime agi uelint hi, quorum de ultione quæ
+ aut quid ritur, + à quo minime uelit is, qui accusatur. Frequentis-
simæ tamen hæ sunt quæstiones, uter maiores causas ha-
beat, uter plus industriæ, aut uirium sit allaturus ad ac-
Tutelæ actio, cusandum, uter id fide meliore facturus. Tutelæ prætexta, in quo iudicio solet quæri, an alia de re quàm de calculis cognosci oporteat. An fidem præstare debeat tan-
tum, non etiam consilium & euentus. Cui simile est malæ
Malæ gestæ curationis. gestæ procurationis in foro negotiorum gestorum, nam
Negotiorũ gestorum. & mandati actio est. Præter hæc finguntur in scholis, et
Mãdati acti. scripti maleficij, in quibus aut hoc quæritur, an scriptum
Scripti maleficij. sit, aut hoc an maleficium sit, raro utrunq;. Malæ gestæ
legationis apud Græcos, & ueris causis frequens, ubi in
ris loco quæri solet, an omnino aliter agere, quàm mandatum sit liceat, & quousq; sit legatus, quoniam aliæ in

renuntiando sunt, ut in hoc, qui testimonium in Verrem dixerat post perlatam legationem. Plurimũ tamen est in eo, quale sit factum Reip. læsæ. Hinc mouentur quidem mille iuris cauillationes, quid sit Remp. lædere, & læsa ritne, an profuerit, & ab ipso, an propter ipsum læsa sit. In facto tamen plurimum inest. Ingrati quoq;, in quo genere quæritur, an is cum quo agitur acceperit beneficium, quod raro negandum est: ingratus est enim qui negat quanũ acceperit, an reddiderit, an protinus cui non reddiderit, ingratus sit, an potuerit reddere, an id quod exigebatur, debuerit, quo animo sit. Simpliciores illæ iusti repudij, sub qua lege controuersiæ illud propriũ habent, quod à parte accusantis defensio est, & defendẽtis accusatio. Præterea cum quis rationem mortis in senatu reddit, ubi una quæstio est iuris, an is demũ prohibẽdus sit, qui mori uult, ut se legum actionibus subtrahat. Cætera qualitatis. Finguntur & testamenta, in quibus de sola quæratur uoluntate, ut in controuersia, quam supra exposui, in qua de parte patrimonij quarta quã pater dignissimo ex filijs reliquerat, contendunt philosophus, me dicus, orator. Quod item accidit, si orbæ nuptias indicant pares gradu, et si inter propinquos de idoneo quæratur. Sed omnes nec mihi persequi materias in aio est. Fingi enim adhuc possunt, nec coĩes sunt earũ quæstiões, quia positionibus mutãtur. Hoc tantũ admiror, Flauiũ, cuius apud me meritò summa autoritas, cũ artem scholæ tantum componeret, tam anguste materiam qualitatis terminasse. Quantitas quoq; (ut dixi plerunq;) etiamsi

non semper, tamen plerunq; eidem subiacet, seu modi, seu numeri. Sed modus aliquando constat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantúmue beneficium: aliquãdo iure, cum id in controuersiam uenit, qua quis lege puniendus, uel honorandus sit. Stuprator an decẽ milia dare debeat, quæ pœna huic crimini cõstituta est, an quia stupratus se suspendit, capite puniri, tanq; causa mortis. Quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tanq; inter duas leges quæratur. Nam de decem milibus nulla controuersia est, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. In coniecturam quoque eadem species cadit, cum perpetuò, an quinquennali sit exilio multandus, in cõtrouersiam uenerit, num prudens cædem cõmiserit, quæritur. Illa quoq; quæ ex numero ducitur, pendet ex iure, an Thrasybulo triginta præmia debeantur, & cum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplũ quisq; an duplum debeat. Sed hic factum quoq; æstimatur, & tamen ius ipsum pendet ex qualitate.

Lib. 4. ca. de narrationb.

De Actionis quæstione. CAP. VI.

QVI neq; feciſſe ſe negabit, neq; aliud eſſe quod fecerit, dicet, neq; factũ defendet, neceſſe in ſuo iure conſiſtat. In quo plerunq; actionis eſt quæſtio, quæ non ſemper eadem eſt, ut quidam putauerunt. Nam & iudicium antecedit, qualia ſunt Prætoræ curioſa conſilia, cum de iure accuſatoris ambigitur, et in ipſis frequentiſſime iudicijs uerſatur. Eſt enim duplex eius diſceptationis conditio, quod aut intentio, aut præſcriptio habet controuerſiam. Ac fuerũt qui præſcriptionis

Præſcriptionis contentio.

statum facerent, tanq̃ ea non ijsdem + omnibus, quibus cæteræ leges, quæstionibus contineretur. Cũ ex præscriptione lis pendet, de ipsa re quæri nõ est necesse. Ignomi nioso patri filius præscribit, de eo + solo iudicatio est an liceat. Quoties tamen poterimus, efficiendum est, ut de re quoq; bene sentiat. Sic enim iuri nostro libẽtius indulgebit, ut in + possessionibus, quæ ex interdictis fiunt, e- tiamsi non proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis, tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrũ possedisse docere oportebit. Sed frequẽtius etiam quæritur de intentione. Vir fortis optet quæ uolet, nego illi dandum quicquid optauerit, non habeo præscriptionem, sed tamen uoluntate cõtra uerba præscriptionis modo utor. In utroq; autẽ genere status idem fit. Porrò lex omnis, aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Litẽ habet, aut propter scipsam, aut propter alteram quæstionem, aut in scripto, aut in uoluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum. Quod de legibus dico, idem accipi uolo de testamentis, pactis, stipulationibus, omni deniq; scripto, idẽ de uoce. Et quoniam quatuor huius generis quæstiones, uel status facimus, singulos percurram.

+ cõmunib⁹

+ loco

+ spõsionib⁹

Leges potẽ stas.

De Statu ex scripto & uoluntate. CAP. VII.

Scripti & uoluntatis, frequẽtissima inter consultos quæstio est, & pars magna cõtrouersiæ iuris hinc pendet, quo minus id in scholis accidere mirum est, ubi etiam ex industria fingitur. Eius genus unum est, in quo & de scripto, & uoluntate quæritur. Id tũ accidit cum

est in lege aliqua obscuritas, & in ea, aut utercq; sum in terpretationem confirmat, aut aduersarij subuertit, ut hic: Fur quadruplum soluat, duo furripuerunt pariter decem millia, petuntur ab utroq; quadragena, illi postulant, ut uicena cõferant. Nam & actor dicit, hoc esse quadruplum quod petat, & rei hoc quod offerant. Vtriq; quoq; utrinq; defenditur, aut cũ de altero intellectu certum est, de altero dubium. Ex meretrice natus, ne concionetur: Quæ filium habebat, prostare cœpit. Prohibetur adolescens concione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit certum est, an eadem huius causa sit, dubium est, quia ex hac natus, & hæc meretrix est. Solet et illud quæri, quo referatur qd' scriptũ est, bis de eadẽ re
+item ne sit actio, + id est, hoc bis ad actorem, an ad actionem. Hæc ex iure obscuro. Alterum genus est ex manifesto, quod qui solum uiderunt, hunc statum plani, & uoluntatis appellauerunt. In hoc altera pars scripto nititur, altera uoluntate. Sed contra scriptum tribus generibus occurritur. Vnum est, in quo id seruari semper non posse ex ipso patet. Liberi parentes alant, aut uinciantur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia transitus, et diuisio, num qui quis non aluerit, nũ hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuersiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quærendũ sit. Peregrinus, si murũ ascenderit, capite puniatur. Cum hostes murũ ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur ad supplicium. Non erunt hic separatæ quæstiones, an qui quis, an hic,

quia nullum potest afferri argumentum contra scriptum uehementius eo quod in lite est, sed hoc tantum, an ne ser uandæ quidem ciuitatis causa. Ergo & æquitate, & uoluntate pugnandum. Fieri tamen potest, ut ex alijs legibus exẽpla ducamus, per quæ appareat semper stari scripto non posse, ut Cicero pro Cecinna fecit. Tertiũ, cũ in ipsis uerbis legis reperimus aliquid, per quod probemus aliud legum latorẽ uoluisse, ut in hac controuersia: Qui nocte cũ ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum anulo ferreo inuentum magistratus alligauit. Hic quia est uerbum in lege, deprehensus, satis etiam significatũ uidetur non contineri lege, nisi noxium ferrum. Sed qui uoluntate nitetur, scriptum quoties poterit infirmare debebit, qui scriptum tuebitur, adiuuare se etiam uoluntate tenebit. In testamentis & illa accidunt, ut uoluntas manifesta fit, scriptum nihil sit, ut in iudicio Curiano, in quo nota L. Crassi & Scæuolæ fuit contentio. Substitutus hæres fuit, si posthumus ante tutelæ suæ annos decessisset. Non est natus. Propinqui bona sibi uendicabant. Quis dubitaret, quin ea uoluntas fuisset testantis, ut is nõ nato filio hæres esset, qui mortuo? sed hoc non scripserat. + hiẽ Id quoq; quod huic contrariũ est, accidit nuper, ut esset scriptũ, quod appareret scriptorẽ noluisse, qui sestertiũ mummum quinq; milia legauerat, cũ emẽdaret testamentũ, sublati. ; tertijs nũmis, argenti pondo posuit, quinq; milia remanserũt. Apparuit tamẽ quinq; pondo dari uoluisse, qa ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc statu generales sunt quæstiões,

scripto an uoluntate standum sit, quæ fuerit scribentis uoluntas, tractatus omnes qualitatis an cõiecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

De Contrarijs Legibus. CAP. VIII.

Antinomia quæ sit explicat Budęus in annotat. in Pandectas.

PRoximum est de legibus contrarijs dicere, quia inter omnes artium scriptores constat in antinomia duos esse scripti & uoluntatis status, neq; immeritò, quia cum lex legi obstet, utrinq; contra scriptum dicitur, & quæstio est de uoluntate: In utraq; id ambigitur, an utiq; illa lege sit utendum. Omnibus autẽ manifestum est, nunq; esse legem legi cõtrariam iure ipso, quia si diuersum ius esset, alterum altero abrogaretur, sed eas cũ collidi & euentu. Colliduntur autem, aut pares inter se, ut si optio tyrannicidæ, & uiri fortis comparentur, utriq; data qđ uelit petendi potestate. Hic meritorũ, temporis, præmij collatio est. Aut secum ipsæ, ut duorum fortium: duorum

+ duarum raptarum

tyrannicidarum, + raptarum, in quibus non potest esse alia quæstio, q̃ tẽporis, utra prior sit, aut qualitatis, utra iustior sit petitio. Diuersæ quoq; leges confligunt, aut si

+ aut duæ

miles. + Diuersæ, quibus etiã citra aduersam legem contra dici possit, ut in hac controuersia: Magistratus ab arce ne discedat. Vir fortis optato quæ uolet, uel alia

Nõ erat in uetusto codice.

nulla obstante, quæri potest, an quicquid optarit, accipere debeat, & à magistratu multa dicentur, quibus scriptum expugnatur. Si incendium in arce fuerit, si in hostes recurrendum, + contra quas nihil opponi potest, nisi

+ Similes, cõtra.

lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur. Contrà mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier ty-

rannum occidit. Nam neq; mulieris imago ullo alio casu poni potest, neq; tyrannicidæ ullo alio casu submoueri. Impares sunt, cum alteri multa sunt quæ opponi possunt alteri nihil, nisi quod in lite est, ut cum uir fortis impunitatem desertoris petit. Nam contra legem uiri fortis, ut supra ostendi, multa dicũtur, aduersus desertores scripta non potest nisi optione subuerti. Item confessum est ex utraq; parte ius, aut dubium. Si confessum est, hæc ferè quæruntur: Vtra lex potentior, ad deos pertineat, an ad homines, Rempublicam an priuatos, de honore an de pœna, de magnis rebus an de paruis, permittat an uetet, an imperet. Solet tractari et utra sit antiquior, & uelut potentissima, utra minus perdat, ut in desertore & uiro forti, + quod illo non occiso, lex tota tollatur, occiso, sit reliqua uiro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, utrum fieri sit melius atq; æquius, de quo nihil præcipi, nisi proposita materia potest. Si dubium, aut alteri, aut inuicem utriq; de iure fit controuersia, ut in re tali: Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit, liberti hæredem sequantur. Liberti filium quidã fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. Duplices leges sicut duæ colliduntur, ut nothus ante legitimum natus legitimus sit, post legitimum tantum cuius. Quod de legibus, idem de senatusconsultis dictũ: quæ si aut inter se pugnent, aut obstent legibus, non tamen aliud sit eius status nomen. + quo modo

De Syllogismo seu Ratiocinatione. CAP. IX.

Syllogismus habet aliquid simile scripto & uolũtati, quia semper pars in eo altera scripto nititur. Sed hoc interest, quod illic cõtra scriptum dicitur, hic super scriptũ, illic q uerba defendit hoc agit, ut fiat utiq; quod scriptum est, hic ne aliud q̃ scriptum est. Eius nonnulla etiam cum finitione coniunctio. Nam sæpe, si finitio infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex: Venefica capite puniatur. + Sæpe separanti amatoriũ dedit, eundem repudiauit, per propinquos rogata ut rideret, non est reuersa, suspendit se maritus, mulier uenefica rea est. Fortissima est actio dicentis amatorium uenenum esse, id erit finitio: quæ si parum ualebit, fiet syllogismus, ad quẽ uelut remissa priore contentione ueniemus, an perinde puniri debeat, ac si uirum ueneno necasset. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has ferè species uenit: An quod semel ius est, idem & sæpius. Incesti damnata & præcipitata de saxo, uiua repetitur. An quod in uno, et in pluribus. Qui duos uno tempore tyrãnos occidit, duo præmia petit. An quod antè & postea. Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte. Aratrum accipere pignore non licet, iumentum accepit. An quod in parte, idem in toto. Lanas uehere Tarento non licet, oues uexit. In his syllogismis scripta alter nititur, alter non satis cautum esse dicit. Postulo ut præcipitetur incesta, lex est, & rapta optionem petit, & in oue lanæ sunt, similiter alia. Sed quia respondeti

+ Spe perscrutãdi, uulgata habẽt, cum in optimo quodam exemplari legẽtũ sit sępe separanti. Nec inauditũ est sæpe ratione pro diuortio nõ mõ sumi, sed pro contentione illa animorum, q̃ in causa est, ut haud bene cõueniat sub inde in coniugio.

potest, non est scriptum, ut bis præcipitetur damnata, aut quandocunq; rapta optet, aut tyrannicida duo præmia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus, ex eoq; manifestum colligitur quod dubium est. Maioris pugnæ est, ex scripto ducere quod scriptum non est, an quia hoc & hoc. Qui patrem occiderit, culeo insuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat, extra tabernacula eduxit. In hoc genere hæc quærũtur: An quoties propria lex non est, simili sit utendum: An id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autem & maius est, & par, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an etsi parum cautũ est, hac sit utẽdum. In utroq; de uoluntate legum latoris, sed de æquo tractatus potentissimi.

Nõ erat ĩue tusto codice.

De Ambiguo seu Amphibologia. CAP. X.

Amphibologiæ species sunt innumerabiles, adeò ut philosophorum quibusdam nullum uideatur esse uerbum, quod nõ plura significet, genera admodum pauca. Aut enim uocibus accidit singulis, aut cõiunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus, aut etiam hominibus eadem appellatio est, ὁμωνυμία dicitur, ut gallus. Vtrum enim auem, an gentem, an nomen, an fortunam corporis significet, incertum est, & Aiax, Telamonis, an Oilei filius. Verba quoq; quædam diuersos intellectus habent, ut cerno, quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde ferè lites præcipue ex testamentis cum de libertate, aut etiam de hæreditate contendum hi qui his idem nomen est, aut quid sit legatum quæritur. Alte-

Homonimia unius dictionis significatiões plures.

rum est, in quo alia integro uerbo significatio est, alia diuisio, ut ingenua, & armamentum, & coruinum. Inceptæ sanè cauillationes, ex qua tamen Græci controuersias ducunt. Inde αὐλητρὶς illa uulgata cum quæritur, utrum aula quæ ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex cõpositis, ut si quis corpusculum in occulto loco poni iubeat, + circaq; monumentum multum agri ab hæredibus in tutelam cinerum, ut sonet omnia λέουλ an bona πωλαλέουλ relicta sint. In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casũ, ut:

αὐλητρὶς coniunctim seu cõpositũ, significat tibicinam: diuisim, seu non cõpositũ, aula ter notat.

+ circa q̃dl et, leget, + sit littus hoc cultũ. Sic apud Græcos contendit λέωρ & πωλαλέωρ, cum scriptura dubia est, bo-

+ sit litus occasione cultũ

Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Per collationem, ubi dubium est quid quò referri oporteat, ac frequentissime cum quidem quod medium est, utrinq; possit trahi, ut de Troilo Vergilius: Lora tenens tamen. Hic utrum quod teneat temẽ lora, an quamuis teneat, tamen trahatur, quæri potest. Vnde controuersia illa: Testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem. Quæritur statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius materiæ. Fit per flexum idem magis: Quinquaginta, ubi crãtium sermo subiunctus sit, in dubio est. Vnde est controuersia: Hæres meus uxori meæ dare damnas esto argenti, quod elegerit pondo centum. Vter eligat quæritur. Verum id quod ex his primum est, mutatione casuum, sequens diuisione uerborum, aut translatione emenda-

centum, occidit Achilles. Sæpe utri duorum antecedentium

Dãnas esto. Forma loquendi peculiaris apd iureconsultos pro eo q̃d est κατὰ συνκο-πὴν damnato

tur, tertiũ adiectione. Accusatiui geminatione facta amphibologia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem audiui percussi esse Demeã, fiat, à Lachete percussum Demeam. Sed ablatiuo ipsi, ut in primo diximus, ineſt naturalis amphibologia:

Cœlo decurrit aperto.

Vtrum per apertum cœlum, an cum cœlum apertum esset. Diuisio respiratione & mora constat. Statuam, deinde auream hastam, uel statuam aureã, deinde hastam. + Adiectio talis est: Argentum quod elegerit ipse, ut hæ + adiectiones intelligitur, uel ipsa aut uxor. Adiectione facta amphibologia qualis fit, nos flentes illos deprehendimus, detractione soluetur. Pluribus uerbis emendandum, ubi est id quod quò referatur dubium est, & ipsum est ambiguum: Hæres meus dare illi damnas esto omnia sua. In quod genus incidit Cicero, loquens de C. Fannij soceri institutio. Quem quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, præsertim cum ille Q. Scæuolam sibi minorem natu generum prætulisset. Nam id sibi, & ad socerum referri, & ad Fannium testes. Productio quoq; in scripto, & correptio in dubio relicta, causa est ambiguitatis, ut in hoc Cato, aliud enim ostendit breuis secunda syllaba casu nominatiuo, aliud eadem syllaba producta casu datiuo, aut ablatiuo. Pluriæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert quomodo facta sit amphibologia, aut quo resoluatur. Duas enim res significari manifestum est, & quod ad scriptũ uocémue pertinet, ut utranq; par est partem. Ideoq; frustra præcipitur, ut in hoc statu uos

lis.

In Bruto.

cem ipsam ad nostram partem conemur uertere. Nam si id fieri potest, amphibologia non est. Amphibologiæ autem omnis in his erit quæstio, aliquando uter sit secundũ naturam magis sermo, semper utrum sit æquius, utrum is qui scripsit ac dixit, sic uoluerit: quarum in utranque partem satis ex his quæ de coniectura & qualitate diximus, præceptum est.

Quæ sit inter status cognatio, & quæ diuersitas. CAP. XI.

EST autem quædã inter hos status cognatio. Nam & in finitione, quæ sit uolũtas nominis quæritur, & in syllogismo, qui secundus à finitione status est, quo spectatur quid uoluerit scriptor, & ex cõtrarijs legibus duos esse scripti, & uoluntatis status apparet. Rursus & finitio quodammodo est amphibologia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & uoluntas habet in uerbis uocis quæstionẽ, quod idem in antinomia petitur. Ideoq; omnia hæc quidã scriptum, & uoluntatem esse dixerũt. Alij in scripto, & uoluntate amphibologiam esse, quæ facit quæstionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim obscurum ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipsa nominis quæstionem habet generalem, & quæ esse etiam citra complexum causæ possit. Scriptum, & uoluntas de eo disputat uerbo, quod est in lege: Syllogismus de eo quod non est. Amphibologiæ lis in diuersum trahit. Legum contrariarum ex diuerso pugna est. Neque immeritò & recepta est à doctissimis hæc differentia & apud plurimos ac prudentissimos du

rat. Et de hoc quidem genere + dispositionis, etiam si non omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ nisi proposita, de qua dicendum est, materia, uiam dicendi non præbeant. Nõ enim causa uniuersa in quæstiones ac locos diducenda est. Sed hæ ipsæ partes habent rursus ordinem suum. Nam & in procœmio primum est aliquid, & secundum, ac deinceps. Et quæstio omnis, ac locus habet suam dispositionem, ut theseis etiam simplices. Ac si forte satis erit diuidendi peritus, qui controuersiam in hæc diduxerit, an omne præmium uiro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc: deinde cum fuerit de prima quæstione dicẽdum, passim, & ut quicq; in mentem ueniet, miscuerit, non primum in ea scierit, esse tractandum. Verbis legis standum sit, an uoluntate, huius ipsius particulæ aliquod initium fecerit. Deinde proxima subnectens struxerit orationem, ut pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoq; articuli. Est & hoc, quod scriptor demonstrare non possit, nisi certa definitaq; materia. Sed qd una faciat, aut altera? quinimo centũ ac mille in re finita atq; materia? Præceptoris est, in alio atq; alio genere quotidie ostẽdere quis ordo sit rerum, & quæ copulatio, ut paulatim fiat usus, & ad similia transitus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, non possunt. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Sed percepta semel + imitandi ratione assimulabit quicquid acceperit. Quis enim non faber uasculum aliquod, quale nunq; uiderat, facit? Quædã uero non docentiũ sunt, sed discentiũ.

+ disceptationis

+ mutandi

Nam & medicus quid in quoq; ualetudinis genere faciẽ dum sit, quid quibusq; signis prouidẽdum, docebit. Vim sentiendi pulsus uenarũ, caloris motus, spiritus meatum, coloris distantiam, quæ sua cuiusq; sunt, ingeniũ dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cum causis delibere mus, cogitemusq; homines ante inuenisse artẽ, quàm do cuisse. Illa enim potentissima, quæq; uere dicitur œcono mica totius causæ dispositio, quæ cõstitui nisi uelut in re præsenti nõ potest. Vbi assumendũ proœmium, ubi omit tendum, ubi utendum expositione continua, ubi partita, ubi ab initijs incipiendum, ubi more Homerico à me dijs uel ultimis, ubi omnino non exponendum, quando à nostris, quando ab aduersariorum propositionibus inci piamus, quando à firmissimis probationibus, quando à le uioribus, quando in causa proponendæ proœmijs quæ stiones. Qua præparatione præmuniendæ, quid iudi cis animus accipere possit, statim dictum, quò paulatim deducendus. Singulis, an uniuersis opponenda refuta tio. Reseruandi perorationi, an per totam orationem diffundendi affectus. De iure prius, an de æquitate di cendum. An anteacta crimina, an de quibus iudicium est, prius obijcere, uel diluere conueniat. Si multiplices cau sæ erunt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæue cuiusque generis in actione recitandæ, quæ reseruandæ. Hæc est uelut imperatoria uirtus copias suas partientis ad casus præliorum, retinentis partes propter ca stella tuenda, custodiendáue urbes, petendos commea tus, obsidenda itinera, mari deniq;, ac terra diuidendis.

More Homerico q̃d poeticus mos autore Homero hoc sibi tribuat, ut in dispositione ac ordine parũ admodum sollicitus sit.

Imperatoris officijs Oratoris officia comparantur.

Sed hæc in oratione præstat omnia, cui affuerint natura, doctrina, studium. Quare nemo expectet, ut alieno tantum labore sit disertus. Vigilandum ducat, iterum enitendum, pallendum est, facienda sua cuique uis, usus, sua ratio, non respiciendum ad hæc, sed in promptu habenda, neque tanquam tradita, sed tanquam innata. Nam uiam demonstrare †uelociter ars potest, si qua est, uerum ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio. Nostrum est uti eis scire. Reliqua partium est dea mum dispositio. Et in his ipsis primus aliquis sensus, & secundus, & tertius, qui non modò ut sint ordine collocati, elaborandum est, sed ut inter se iuncti, atque ita cohærentes, ne commissura pellucear, corpus sit non membra, quod ita continget, si & quid quaque conueniat uiderimus, & ut uerba uerbis applicemus, non pugnantia, sed quæ inuicem complectantur. Ita res non diuersæ diastantibus ex locis, quasi inuicem ignotæ collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus, copulas tenebunt, ac uidebitur non solum composita oratio, sed etiam continua. Verum longius fortasse progredior fallente transitu, & à dispositione ad elocutionis præcepta labor, quod proximus liber inchoabit.

†uelocitas potest

Septimi libri finis.

M. FABII QVINTILIANI IN ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBRVM OCTAVVM PROOEMIVM.

HIS ferè quæ in proximos quinque libros collata sunt, ratio inueniendi, atque inuenta disponendi continetur, quam ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientiæ necessarium est, ita incipientibus breuius, ac simplicius tradi magis conuenit. Aut enim difficultate institutionis, tam numerosæ atque perplexæ deterreri solent, aut eo solent, aut eo tempore quo †Colenda præcipue †alenda ingenia, atq; indulgentia quadam nutrienda sunt, asperiorum tractatu rerum atterumtur. Aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur, aut quasi ad certas quasdam dicendi leges allegati, conatum omnem reformidant. Vnde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissime fuerint. Via tamen opus est incipientibus, sed ea plana, & cum ad ingrediendum, tum ad demonstrandum expedita. Eligat itaque peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præsentia quæ placent, remota refutandi cetera mora. Sequũtur enim discipuli quò †duxeris, Mox

†uexeris

cum robore discendi crescet etiam eruditio. Iidem primo solum iter credant esse, in quod inducentur, + mox illud cogniturí etiam optimum. Sunt autem neq; obscura, neq; ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diuersis opinionibus pertinaciter tuendis inuoluerunt. Itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas, quam cum iudicaris, docere, præcipueq; in duabus his partibus perq̃ sunt pauca, circa quæ si is qui instituetur non repugnauerit, pronum ad cætera habiturus est cursum. Nempe enim plurimum in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus rhetoricen bene dicendi scientiam & utilem, & artẽ, et uirtutem esse. Materiã eius, res oẽs de quibus dicendum esset, tum & eas in tribus ferè generibus, demõstratiuo, deliberatiuo, iudicialiq; reperiri. Orationem porrò omnem constare rebus & uerbis, in rebus intuendam inuentionem, in uerbis elocutionem, in utrisq; collocationẽ, quæ memoria complectere tur, actio commendaret. Oratoris officium docendi, mouendi, delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendum expositio & argumentatio, ad mouendum affectus pertinerent, quos per omnem quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac fine dominari. Nam delectationem, quamuis in utroque sit eorum, magis tamen propriã in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis, locis, temporibus cõtinerentur. In omni porrò materia tria esse quærenda, an sit, quid sit, quale sit. His adijciebamus, demonstratiuam laude ac uituperatione constare, In ea quæ ad

Ἀναπεφαλαίωσις eorum omnium q̃ hactenus tradita sunt.

ipso, de quo diceremus, quæ post cum acta essent, inuen
dum. Hoc opus tractatu honestorum, utiliumq; cõstare.
Suasorijs accedere tertiam partem ex coniectura, pos
set ne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur.
Hic præcipue diximus spectandum, quis, apud quẽ, quid
diceret, Iudicialiũ causarũ, alias in singulis, alias in pluri
bus controuersijs consistere, & in quibusdã sufficere, mo
dò intentionẽ, modò depulsionẽ. Porrò depulsionẽ oẽm
inficiatione duplici, factum ne, et an hoc factũ esset, præ
terea defensione ac translatione constare. Quæstionem,
aut ex facto, aut ex scripto esse: Ex facto, de rerum fa
de, proprietate, qualitate: Scripto, de uerborum ui, aut
uoluntate, in quibus uis tum causarum, tum actionum in
spici soleat, quæq; aut scripti, & uoluntatis, aut ratioci
natiuæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarum spe
cie continctur. In omni porrò causa iudiciali quinq; esse
partes, quarum exordio conciliari audientem, narratio
ne causam proponi, confirmatione roborari, refutatio
ne dissolui, peroratione aut memoriam iudicis refici, aut
animos moueri. His argumentandi, & afficiendi locos,
& quibus generibus concitari, placari, resolui iudices
oportet, adiecimus. Acceßit ratio diuisionis. Credere
modò, qui discet uelit, certam quandam uiam esse, in qua
multa etiã sine doctrina præstare debeat per se ipsa na
tura, ut hæc de quibus dixi, non tam inuenta à præcepto
ribus q̃ cum fierent obseruata esse uideantur. PLVS
exigunt laboris & curæ quæ sequuntur. Hinc enim iam
elocutionis rationem tractabimus, partem operis, ut in

ter omnes oratores conuenit, difficillimam. Nam & M. Antonius, cuius supra habuimus mentionem, ait à se disertos uisos esse multos, eloquentem autem neminem. Disertis satis putat dicere quæ oporteat: Ornate autem dicere proprium esse eloquentissimi. Quæ uirtus, si usque ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem, aut L. Crasso + certum est & in his, & in prioribus eam desideratam, quia difficillima fuit. Et M. Tullius inuētionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloqueniam oratoris. Ideoq; præcipue circa partis huius præcepta elaborauit, quod eum meritò fecisse, etiã ipso rei, de qua loquimur, nomine palàm declaratur. Eloqui enim hoc est, omnia quæ mente conceperis promere, atque ad audientes perferre, sine quo superuacua sint prio ra, & similia gladio condito, atque intra uaginam suam hærenti. Hoc itaq; maxime docetur, hoc nullus nisi arte assequi potest, hoc studium adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hoc omnis ætas consumitur, hoc maxime orator oratore præstantior, hoc genera ipsa dicendi alia alijs potiora. Neq; enim Asiani, aut quocunq; alio genere corrupti, res non uiderunt, aut eas non collocauerunt, neque quos aridos uocamus, stulti aut in causis cæci fuerunt, sed his iudiciũ in eloquendo ac modus, illis uires defuerunt, ut appareat in hoc & uitium, & uirtutem esse dicendi. Non ideo tamen sola est agenda cura uerborum. Occurram enim necesse est, & uelut in uestibulo protinus apprehensuris hanc confessionem meam resistam his, qui omissa rerũ (qui nerui sunt in causis) di

+ tum est & his, & prioribus etiam desiderata,

Eloqui.

ligemia, quodam inani circa uoces studio senescunt, idq; faciunt gratia decoris, quod est in dicendo, mea quidem opinione, pulcherrimum: sed cum sequitur, non cum effectatur. Corpora sana, & integri sanguinis, & exercitatione firmata, ex ijsdem his speciem accipiunt, ex quibus uires. Nanq; et colorata, et astricta, et lacertis expressa sunt, sed eadem si quis uulsa atque fucata muliebriter comat, fœdissima sunt + ipso formæ labore. Et cultus concessus atq; magnificus addit hominibus, ut græco uersu testatum est, autoritatẽ. At muliebris & luxuriosus, non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa trãslucida et uersicolor quorundam elocutio res ipsas effœminat, quæ illo uerborum habitu uestiuntur. Curam ergo uerborum, rerum uolo esse solicitudinem: nam plerunq; optima rebus cohærent, et cernuntur suo lumine. At nos quærimus illa tanquam lateant semper, seq; subducant. Ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicendum est, sed ex alijs locis petimus, et inuentis uim afferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia est, quæ si toto corpore ualet, ungues polire, et capillum reponere, non existimabit ad curam suam pertinere. Sed euenit plerunque ut hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primũ, quia sunt optima, minime accersita, & simplicibus, atque ab ipsa ueritate profectis similia. Nam illa quæ curam fatemur, & ficta atq; composita uideri etiam uolunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt propter id quod sensus obumbrant, & uelut læto gramine sata strãgulant. Nam & quod recte dici potest, circumimus amo

+ ipsa forma laborem & cultus concessos æque magnificos addit hominib⁹, ut Græci uersus testatum est autoritate.

re uerborum, & quod satis dictum est, repetimus, & quod uno uerbo patet, pluribus oneramus, & pleraq; significare melius putamus, quàm dicere. Quid? quod nihiliam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod et alius dixisset? A corruptißimo quoq; poëtarũ figuras seu translationes mutuamur, tum demũ ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui sat is aperte Cicero præceperat, in dicendo uitium uel maximum esse, à uulgari genere orationis, atq; à consuetudine communi abhorrere. Sed ille durus atq; ineruditus, nos melius, quibus sordent omnia, quæ natura dictauit, qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia. Quasi uero sit ulla uerborum, nisi rei cohærentium, uirtus, quæ ut propria sint & dilucida, & ornata, & apte collocentur, si tota uita laborandum est, omnis studiorum fructus amissus est. Atq; plerosq; uideas hærentes circa singula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderant ac dimetiuntur. Quæ si id circo fierent, ut semper optimis uterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & cursum dicendi refrenat, et calorem cogitationis extinguit mora & diffidentia. Miser enim, et (ut sic dicã) pauper orator est, qui nullum uerbum æquo animo perdere potest. Sed ne perdet quidem, qui rationem loquendi primum cognouerit, tum lectione multa, & idonea copiosam sibi uerborum supellectilem comparauit, & huic adhibuerit artem collocandi, deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, ut semper in promptu sint, & ante oculos. Nanque & hoc qui fecerit, ei res cum

De orat. i. prolo.

nominibus suis occurrent. Sed opus est studio præceden
te, & acquisita facultate, & quasi reposita. Nanque ista
quærendi, iudicandi, comparandi anxietas, dum disci-
mus adhibenda est, non cum dicimus. Alioqui sicut qui
patrimonium non pararunt subinde quærunt, ita in ora
tione qui non satis laborarunt, si præparata uis dicendi
non fuerit, erunt inofficiosi, non ut requisitis respondeo
re, sed ut semper sensibus inhærere uideantur. Atque ut
†alieni umbra corpus sequitur, tamen in hac ipsa cura est †alie-
quid satis cum latina, significatia, ornata, tum apte sint
collocata, quid amplius laboremus? Quibusdam tamē nul
lus finis calumniandi est, et cum singulis penè syllabis cō
morandi, qui etiam cum optima sint reperta, quærunt ali
quid quod sit maxime antiquum, remotum, inopinatum,
nec intelligunt iacere sensus in oratione, in quas uerba
laudātur. Sit igitur cura elocutionis quammaxima, dum
sciamus tamen nihil uerborum causa esse faciēdum, cum
uerba ipsa rerū gratia sint reperta, quorū ea sunt maxi
me probabilia, quæ sensum animi nostri optime promūt,
atq; in animis iudicum, quod uolumus, efficiunt. Ea de-
†efficere bent †præstare sine dubio, & admirabilem, & iucundā
orationem. Verum admirabilem non sic quomodo pro-
digia miramur, & iucundam orationem non deformi
uoluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in elocutione spectanda. CAP. I.

φράσις. IGitur quam Græci φράσιν uocant, latine dicimus elo
cutionem, eam spectamus uerbis, aut singulis aut con
iunctis. In singulis intuendum est, ut sint latina, perspi-

cua, ornata, & ad id, quod efficere uolumus, accommodata. In coniunctis, ut emendata, ut collocata, ut figurata: Sed ea quæ de ratione latine atq; emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de grammatice loqueremur, executi sumus. Verum illic tantum ne uitiosa essent, præcepimus, hic alienum non est admonere, ut sine quamminime peregrina, & externa. Multos enim quibus loquendi ratio non desit, inuenias, quos curiose potius loqui dixeris quàm latine, quo modo & illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertißimum, annotata unius affectatione uerbi hospitem dixit, nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, q̃ quod nimium attice loqueretur. Et in T. Liuio miræ facundiæ uiro putat inesse Pollio Asinius quandam Patauinitatem. Quare si fieri potest, & uerba omnia, & uox huius +alumnum urbis oleant, ut oratio Romana planè uideatur non ciuitate donata. Patauinitas Liuij. +alumna urbis esse debēt

De Perspicuitate. CAP. II.

PErspicuitas in uerbis præcipuam habet proprietatem, sed proprietas ipsa non simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est suæ cuiusq; rei appellatio, quæ non semper utimur. Nam et obscœna uitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo uitio cauendo non mediocriter quidam errare solent, qui omnia, quæ sunt in usu, etiam si causæ necessitas postulet, reformidant, ut ille qui in actione Ibericas herbas + herbasse se solo negabat, nisi irridens hanc uanitatem quã intelligenter dicebat, Proprietas +herbasse non habent pleraq; exē-

plaria, quòd tamen additum minꝰ in modum iuuat intellectum.

De sparto cur hispanica herba lege apud Gellium libro xvij. cap. iij.

†nomina

†de cornice

Figuræ dictionis necessariæ.

†sicut sole contorti pisces

Cæsius Seuerus Spartũ eum dicere uelle indicasset. Nec uideo quare clarus orator duratos muria pisces, nitidius esse crediderit, quàm ipsum id quod uitabat. In hac autẽ proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusq; rei utitur, nulla uirtus est, atq; ei contrarium est uitium, id quod apud nos improprium, ἄκυρον apud Græcos uocatur, quale est: Tamtũ sperare dolorem. Aut quod in oratione Dolobellæ emendatũ à Cicerone annotauit, mortem ferre, aut qualia †nunc laudantur à quibusdam, quorũ est, †de cruce uerba ceciderunt. Non tamẽ quicquid non erit propriũ, protinus et improprij uitio laborabit. Quia primũ omnium multa sunt, & græce et latine, non denominata. Nam & qui iaculũ emittit, iaculari dicitur. Qui pilam aut fudem, appellatione priuatim sibi assignata caret, & ut lapidare quid sit manifestum, ita glebarũ testarumq; iactus non habet nomẽ. Vnde abusio, quæ κατάχρησις dicitur necessaria. Trãslatio quoq; in qua uel maximus est ornatus, uerba nõ suis rebus accommodat. Quare proprietas non ad nomen, sed ad uim significãdi refertur, nec auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur propriũ inter plura quæ sunt eiusdẽ nominis, id unde cætera ducta sunt, ut uortex est contorta in se aqua, uel quicquid aliud similiter uertitur. Inde propter flexũ capillorum pars summa capitis, & exhoc quod est in montibus eminentissimũ. Recte inquã dixeris hæc omnia uertices, proprie tamen, unde initium est. †Sic soleæ, & turdi pisces, & cætera. Tertius est hic diuersus modus, cum res cõmunis pluribus, in uno alio

quo habet nomen eximium, ut carmen funebre proprie nænia, & tabernaculũ ducis, Augustale. Item quod commune est et alijs nomen, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem Romã accipimus, & uenales, nouitios, & Corinthia æra, cum sint urbes aliæ quoq;, & uenalia multa, & tam aurum et argentum, q̃ æs Corinthium. Sed ne in his quidẽ uirtus oratoris inspicitur. At illud iã non mediocriter probãdum, quod hoc etiam laudari modò solet, ut proprie dictũ id sit, quo nihil inueniri possit significantius, ut Cato dixit C. Cæsarem ad euertendam Remp. sobrium accessisse, ut Vergilius, Deductũ carmẽ, & Horatius, Acrẽ tibiã, Annibalemq; dirum. In quo modo illud quoq; est à quibusdam traditum proprij genus ex appositis, quæ epitheta dicuntur, ut dulce mustum, et cum dentibus albis, de quo genere alibi dicendũ est. Etiã quæ bene translata sunt propria dici solent. Interim auctem quæ sunt in quoq; genere præcipua, proprij locũ accipiunt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes Cũctator est appellatus. Possunt uideri uerba, quæ plus significant quàm eloquuntur, in parte ponenda perspicuitatis. Intellectũ enim adiuuant. Ego aũt libentius empha Emphasis. sim retulerim ad ornatũ orationis, q̃a nõ ut intelligatur efficit, sed ut plus intelligatur. At obscuritas fit in uerbis etiam ab usu remotis, ut si commentarios quis ponti In antiquarũ ficum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus au os inuehit. tores, id ipsum petat ex his, ut quæ inde cõtraxerit, non intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant, ut quædam soli scire uideãtur. Fallunt etiã uerba,

uel regionibus quibuſdam magis familiaria, uel artium
Atabulus apud Horat. propria, ut Atabulus uentus, & nauis ſaccaria, & in ma
lacho ſanum, quæ uel uitanda apud iudicem ignarum ſi
gnificationum earũ, uel interpretanda ſunt, ſicut in his
Taurus. quæ homonyma dicuntur, ut taurus animal ſit, an mons,
an ſignum in cœlo, an nomen hominis, an radix arboris,
niſi diſtinctum, non intelligitur. Plus tamen eſt obſcuri
tatis in contextu & continuatione ſermonis, & plures
modi. Quare nec ſit tam longus, ut eum proſequi non
poſſit intentio, nec tractione tam tardus, ut in hyper
baton finis eius differatur. Quibus adhuc peior eſt mi
xtura uerborum, qualis in illo uerſu:

Aeneid. 1. Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras.

Etiam interiectione, qua & oratores & hiſtorici freque
ter utuntur, ut medio ſermone aliquem inſerane ſenſum,
impediri ſolet intellectus, niſi quod interponitur breue
Georg. 3. eſt. Nam Vergilius illo loco, quo pullum equinum deſeri
bit, cum dixiſſet: Nec uanos horret ſtrepitus.
cõpluribus inſertis, alia figura quinto demũ uerſu redit:

Siqua ſonum procul arma dedere Stare loco neſcit.

Amphibologia omnib⁹ modis uitanda. Vitanda in primis ambiguitas, non hæc ſolũ, de cuius ge
nere ſupra dictum eſt, quæ incertum intellectum facit,
ut Chremetem audiui percuſſiſſe Demeam, ſed illa quo
que, quæ etiam ſi turbare non poteſt ſenſum, in idem ta
men uerborum uitium incidit, ut ſi quis dicat, uiſum à
ſe hominem librum ſcribentem. Nam etiam ſi librum ab
homine ſcribi pateat, male tamen compoſuerat, fecerãt
que ambiguum quantũ in ipſo fuit. Eſt etiam in quibuſ

dam turba inanium uerborum: qui dum communem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris circumeunt omnia copiosa loquacitate, quæ dicere uolunt, ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentésque ultra quàm ullus spiritus durare possit, †extendunt. In hoc malum etiam à quibusdam laboratur, neque id nouum uitium est, cum iam apud Titum Liuium inueniam fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos obscurare quæ dicerent, iuberet, græco uerbo utens σκότισον. Vnde illa scilicet egregia laudatio: tanto melior, ne ego quidem intellexi. Alij breuitatis æmuli, necessaria quoq; orationi subtrahunt uerba, & uelut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit. Quidam emutatis in peruersum dictis, de figuris idem uitium consequuntur. Pessima uero sunt ἀδιανόητα, hoc est, quæ uerbis aperta, occulto sensu sunt, ut cõductus est cæcus secus uiam stare, & qui suos artus morsu lacerasse fingitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc et fortia, ut ex antiquitate disserta credãtur, perficiũt. At peruasit quidẽ iam multos ista persuasio, ut id iam demũ eleganter, atq; exquisite dictum putent, quod interpretandũ sit. Sed auditoribus etiã nonnullis grata hæc, quæ cum intellexerint, acumine suo delectantur, & gaudent, non quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. Nobis prima sit uirtus perspicuitas, ppria uerba, rectus ordo, nõ in longũ dilata cõclusio, nihil neq; desit, neq; superfluat. Ita sermo & doctis

† excedunt

σκότισον, hoc est, obscurus esto.

Hoc est, quę si introspecta fuerint in uerbis clara, sed sensu obscura

probabilis, & planus imperitis erit. Hæc eſt eloquendi obſeruatio. Nam rerum perſpicuitas quo modo præſtanda ſit, diximus in præceptis narrationis. Similis autẽ ratio eſt in omnibus. Nam ſi neq; pauciora q̃ oportet, neq; plura, neq; inordinata, aut indiſtincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta, quia id ipſum in conſilio eſt habendum, non ſemper tam eſſe acrem iudicis intentionẽ, ut obſcuritatẽ apud ſe ipſe diſcutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ ſuæ lumen, ſed multis eum frequenter cogitationibus auocari, niſi tã clara fuerint, quæ dicemus, ut in animum eius oratio, ut ſol in oculos, etiamſi in eam non intendatur, incurrat. Quare non ut intelligere poſſit, ſed ne omnino poſſit nõ intelligere, curandũ. Propter quod etiam repetimus ſæpe, quæ non ſatis percepiſſe eos, qui cognoſcũt, putamus. Quæ cauſa utiq; noſtra culpa dicta obſcurius eſt, qua cauſa ad planiora, & communia magis uerba deſcendimus, cum id ipſum optime fiat, quod nos aliquando non optime feciſſe ſimulamus.

De Ornatu. CAP. III.

VEnio nunc ad ornatum, in quo ſine dubio plus quàm in cæteris dicendi partibus ſibi indulget orator. Nam emendate quidem, ac dilucide dicentium, tenue præmium eſt, magiſq; uitijs carere, quàm ut aliquã magnam uirtutem adeptus eſſe uidearis. Inuentio cum imperitis ſæpe communis, diſpoſitio modicæ doctrinæ credi poteſt, + & quæ ſunt artes altiores plerunq; occultãtur, ut artes ſint. Deniq; omnia hæc ad utilitatem

+ ſed

causarum solam referenda sunt. Cultu uero atq; ornatu se quoq; commendat ipse qui dicit, & in cæteris iudicium doctorum, in hoc uero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modò, sed etiã fulgẽtibus armis, prælia tus in causa est Cicero Cornelij, + qui non assecutus esset docendo iudicẽ tantum, & utiliter demum, ac latine perspicueq; dicendo, ut populus Ro. admirationem suam nõ acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profectò, & magnificentia, & nitor, & auctoritas expressit illum fragorem. Nec tam insolita laus esset prosecuta dicentem, si usitata, & cæteris similis affuisset oratio. Atq; ego illos credo qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec sponte iudicioq; plausisse, sed uclut mente captos, & quo essent in loco igharos, erupisse in hunc uoluntatis affectum. Sed ne causæ quidẽ parum cõfert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt, plerunq; ipsa delectatione capiuntur, nonnunq; admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipsa non tam nos confunderent, si uis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur. Rectéq; Cicero his ipsis ad Brutum uerbis quadã in epistola scribit: Nam eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Aristoteles quoque eandem petendam maxime putat. Sed hic ornatus (repetam enim) uirilis, fortis, & sanctus sit, nec effœminatam leuitatem, nec fuco emi-
nentem colorem + amet, sanguine & uiribus niteat. + habeat
Hoc autem adeò uerum est, ut cum in hac maxime parte

+ cum assecutus esset dicẽdo ut P. R. admirationem suã non acclamatione tantum sed etiã plausu confiteretur.

sint uicina uirtutibus uitia, etiam qui uitijs utuntur, uir
tutis tamen his nomen imponant. Quare nemo excorru
ptis dicat, me inimicum esse culte dicentibus. Non nego
hanc esse uirtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fun-
dum cultiorem putem, in quo mihi quis ostenderit lilia,
& uiolas, & amœnos fontes surgentes, quàm ubi plena
messis, aut graues fructu uites erũt? Sterilem platanum,
tonsasq; myrtos, quàm maritam ulmum, & uberes oleas
præoptauerim? Habeant illa diuites, licet quid essent, si
aliud nihil haberent? Nullus 'ne ergo etiã fructiferis ad-
hibendus est decor? quis negat? Nam & in ordinem cer
taq; interualla redigam meas arbores. Quid enim illo
Quincunx. quincunce speciosius, quid in quamcunq; partem spectā
ueris rectius? Sed protinus in id quoq; prodest, ut terræ
succum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina
oleæ ferro coërcebo, in orbẽ se formosius fundet et pro
tinus fructum ramis pluribus feret. Decentior equus, cu
+fit ius astricta ilia, si idẽ uelocior. Pulcher aspectu + si athle-
ta, cuius lacertos exercitatio expressit, idem certamini
+uero paratior. Nunq; + uera species ab utilitate diuiditur. Sed
hoc quidem discernere modici iudicij est, illud obser-
tione dignius, quod hic ipse honestus ornatus pro mate-
riæ genere debet esse uariatus. Atq; ut à prima diuisione
ordiar, non idem demonstratiuis, et deliberatiuis, et iudi
cialibus causis conueniet. Nanq; illud genus ostentationi
compositum, solam petit audientium uoluptatem, idcoq;
omnes dicendi artes aperit, ornatumq; orationis expo-
nit, ut qui non insidietur, nec ad uictoriam, sed ad solam

finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententijs populare, uerbis nitidum, figuris iucundũ, translationibus magnificum, compositione elaboratum, uelut institor quidam eloquentiæ intuendum, & penè pertractãdum dabit. Nam cuentus ad ipsum non ad causam refertur. At ubi res agitur, & uera dimicatio est, ultimus sit famæ locus. Præterea non debet quisquam, ubi maxima rerum momenta uersantur, de uerbis esse solicitus. Neq; hoc eò pertinet, ut in his nullus sit ornatus, sed uti præstior, & seuerior, eo minus confessus, præcipue ad materiam accõmodatus. Nam & suadendo sublimius aliquid senatus, concitatius populus, & in iudicijs publicæ capitales q; causæ poscunt accuratius dicendi genus. At priuatum consilium, causas q; paucorum, ut frequenter accidit calculorum, purus sermo, et dissimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, aut mancipij redhibitione sudare? Sed ad propositum. Et quoniam orationis tam ornatus q̃ perspicuitas, aut in singulis uerbis est, aut in pluribus positus, quid separata, quid cõiuncta exigat, consideremus: quanq̃ rectissime traditũ est, perspicuitatem proprijs, ornatum translatis uerbis magis egere. Sciamus ornatum esse quod sit ἰmproprium. Sed cumidem frequentissime plura significet, quod ἀκυρολογίαν uocatur, iam sunt alijs alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, uocaliora. Nam ut syllabæ è literis melius sonantibus sunt clariores, ita uerba è syllabis magis uocalia, & quo plus quæq; spiritus habet, auditu

pulchrior. Et quod facit syllabarum, idem uerborũ quoq; inter se copulatio, ut aliud alij iunctum melius sonet. Diuersus est tamen usus. Nam rebus atrocibus uerba etiam ipso auditu aspera magis conueniente. In uniuersum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maxime exclamant, aut sono sunt iucũdissima. Et honesta quidẽ turpibus potiora semper, nec sordidis unq̃ in oratione erudita locus. Clara illa atq; sublimia plerunq; materiæ modo cernenda sunt. Quod enim alibi magnificũ, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores uidentur. Et sicut in oratione nitida notabile est humilius uerbum, & uelut macula, ita à sermone tenui sublime, nitidumq; discordat, fitq; corruptum quia in planno tumet. Quædam nõ tam ratione quàm sensu iudicantur, ut illud: Cæsa iungebant fœdera porca: Fecit elegans, fictio nominis, quod si fuisset porco, uile erat. In quibusdã ratio manifesta est. Risimus & meritò nuper poëtam, qui dixerat. Prætextã in cista mures rosere Camilli. At Vergilij miramur illud. Sæpe exiguus mus. Nam epitheton exiguus aptum propriũ effecit, ne plus expectaremus, & casus singularis magis decuit, & clausula ipsa unius syllabæ non usitata addidit gratiam. Imitatus est itaq; utrunq; Horatius: Nascetur ridiculus mus. Nec augenda semper oratio, sed submittẽda nonnunquam est. Vim rebus aliquando & ipsa uerborum humilitas affert. An cum dicit in Pisonem Cicero: Cum tibi tota cognatio in sarraco aduehatur, incidisse uidetur in sordidum nomen? non eo contemptum hominis,

quem destructum uolebat, auxisse? Et alibi: Caput oppo
nis + cuneo conisçans. Vnde + interim grati idiotis io- + cum eo to-
ci, qualis est ille apud M. Tullium Pusio, qui cum maiore + in Timo-
sorore cubitabat, & Flauius, qui cornicum oculos con- cratij dictis
fixit, & pro Milone illud: Heus tu Ruscio, & + Erutius + Cornutus
Antoniaster. Id tamẽ in declamationibus est notabilius.
Laudariq; me puero solebat, da patri panem, & in eodẽ
etiam: canem pascis. Res quidẽ præcipue in scholis an-
ceps, sed frequenter causa risus, nunc utiq; cum hæc exer
citatio procul à ueritate sciuncta laboret incredibili uer
borum fastidio, ac sibi magnam partem sermonis abscide
rit. Cum sint autem uerba propria, ficta, translata, pro-
prijs dignitatẽ dat antiquitas. Nanq; & sanctiorem &
magis admirabilem facit orationem, quibus non quilibet
fuerat usurus, eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Ver-
gilius unice est usus. Olli enim, & quianã, & mis, & po-
ne, pellucent ad aspergendã illam, quæ etiam in picturis
est grauissima, uetustatis + inimitabilẽ arti autoritatẽ. + admirabilẽ
Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda.
Satis est uetus, quæso quid necesse est dicere oppidò, quo
sunt usi paululum tempore nostro superiores? Vereor ut
iam non ferat quisquam. Certe antigerio, cuius eadem si
gnificatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. Aerumnas
quid opus est? tanq; parũ sit si dicatur, qd' horridũ reor,
tolerabile autumo. Tragicũ prolem + dicendo, uniuer- + ducendum
sam eius prosapiã, insulsum. Quid multa? totus ppè mu-
tatus est sermo. Quædã tamen adhuc uetera uetustate ip
sa gratius nitẽt, quædã etiã necessariò interim sumũtur.

†Enũcupare †Emancipare,& fari,& multa alia etiã audiẽtibus grata inferi possunt, sed ita demum, si non appareat affectatio. In qua mirifice Vergilius Et Corinthiorum amator iste uerborum,

In priapeis paulo aliter legitur.

Iste iste rhetor, nanq; quatinus totus
Thucydides, †tyrannus, Atticæ febres,
†Britãnus Tau Gallicum, mimæ & spinæ, male illi sit,
Ita omnia ista uerba miscuit fratri.

Cimber hic fuit, à quo fratrem necatum hoc Ciceronis dicto notatum est: Germanum Cimber occidit. Nec minus noto Sallustius epigrammate inceßitur:

Et uerba antiqui multum furate Catonis,
Crispe Iugurthinæ conditor historiæ.

Odiosa cura. Nã est cuilibet facilis, & hoc peßima, quod rei studioßus, non uerba rebus aptauit, sed res extrinsecus arceßit, quibus hæc uerba conueniant. Fingere, ut etiam quibusdam, & affectibus non dubitauerũt nomina aptare, non alia libertate, q̃ qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Nostri autem in iungendo, aut deriuando, paulũ aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. Nam memini iuuenis admodũ inter Pomponium & Senecam etiam præfationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragœdia dici oportuißet. At ueteres ne exspectorat quidem timuerunt. Et sanè eiusdẽ notæ est examinat. At in tractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronẽ beatitas & beatitudo, quæ dura quidem sentit, uerũtamen usu putat posse molliri. Nec à uerbis

† conuenit primo libro dixi, Græcis magis + cõcessum est, qui sonis

modò, sed à nominibus quoq; deriuata sunt quædam, ut à Cicerone + subuculatum, & ab Asinio fimbriatum, & figulatum. Multa ex Græco formata noua, ac plurima à Sergio + Flauioq;, quorum dura quædã admodum uidentur, ut ens & essentia: quæ cur tantopere asperne mur nihil uideo, nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus: Quædam tamen perdurant. Nam & quæ uetera nunc sunt, fuerũt olim noua. Et quædam in usu perquam recẽtia, ut Messala primus reatũ, munerariũ Augustus primus dixerunt. Reatum nemo ante Messalam, munerariũ nemo ante Augustum dixerat. Piraticam quoq; ut musicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem, & urbanum Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutum: Eum, inquit, amorẽ, & eum (ut hoc uerbo utar) fauorem in consiliũ aduocabo, et ad Appium pulchrum: Te hominem non solum sapientem, uerumetiã, ut nunc loquimur, urbanum. Idem putat à Terentio primũ dictum esse obsequium. Cæcilius ad Sisennam, albenti cœlo. Cerũicem uidetur Hortensius primus dixisse. Nam ueteres pluraliter appellabant. Audendum itaq;. Neq; enim accedo Celso, qui ab oratore uerba fingi uetat. Nam cũ sint eorum alia, ut dicit Cicero, natiua, id est, quæ significata sunt primo sensu, alia reperta, quæ ex his facta sunt, ut iam nobis ponere aliqua quæ illi rudes homines primiq; fecerunt, fas nõ sit, deriuare, flectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quãdo desijt licere? Et si quid periculosius finxisse uidebimur, quibusdã remedijs præ-

+ sullatum

+ Afranio. Dura quoq; quẽ admodũ uident utraque ens & essentia. Et, p Flauio in q- busdã legit Plauto.

Bene putat, nam Donat⁹ in Andriam poetæ indicauit, & Plautũ illo usum.

De orat. iii. & Partitio.

muniendum est: ut ita dicam, si licet dicere, quodãmodo,

+Permittite mihi, sicuti quidam, etiam in his

+ Permittite mihi sic. Quod idem etiam in his quæ licentius translata erunt, proderit, quæ nõ tutò dici possunt. In quo non falli iudiciũ nostrũ solicitudine ipsa manifestum erit. Qua de re Græcum erit illud elegantissimum, quo præcipitur ita, ὡς ποε πιπλάσῃ μὴ τὴν ὑπερβολήν. Translata probari nisi in cõtextu sermonis nõ possunt.

Lib. 1. ca. 10.

Itaq; de singulis uerbis satis dictũ, quæ ut alio loco ostendi, per se nullam uirtutem habent. Sed ne inornata sint quidem, nisi cum sunt infra rei de qua loquendum est dignitatem, excepto si obscœna nudis nominibus enunticiatur. Quod uiderint qui non putant esse uitanda, quia nec sit nox ulla natura turpis, & siqua est rei deformitas, alia quoq; appellatione quacunq; ad intellectum eundem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, ut iam respondi talibus, uerecundiam silentio uindicabo. Iam hinc igitur ad coniuncti sermonis ratiõnem transeamus, Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus: Nam primum est, ut liqueat augere quid uelimus, scilicet an minuere, concitate dicere an moderate, læte an seuere, abundanter an presse, aspere an leniter, magnifice an subtiliter, grauiter an urbane. Tum quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententijs, quo modo, qua postremo collocatiõe id quod intẽdimus efficere possimus. Cæterũ dicturus quibus ornetur oratio, prius ea quæ sunt huic contraria laudi, attingam. Nã prima uirtus est uitio carere. Igitur ante omnia, ne

ſperemus ornatã oratione fore, quæ probabilis non erit. Probabile aũt Cicero id dicit, quod nõ plus minúſue eſt q̃ decet. Non quia comi expoliriq; non debeat (nã & hæc ornatus pars eſt) ſed quia uitiũ eſt ubiq; quod nimiũ eſt. +Itaq; uult eſſe autoritatẽ in uerbis, ſententias, uel gra ues, uel aptas opinionibus hominũ ac moribus. His enim ſaluis, licet aſſumere ea quibus illuſtrẽ fieri orationẽ putat. Delectant tranſlata, ſupralata, ad nomẽ adiuncta, duplicia, eadem ſignificantia, atq; ab imitatione rerum non abhorrentia. Sed quoniam uitia prius demonſtrare aggreßi ſumus, uel hoc uitium ſit quod κακέμφατον uocatur, ſiue mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus eſt, ut ductare exercitus, & patrare bellũ apud Salluſtiũ, dicta ſancte et antique ridentur à nobis, ſi dijs placet, quã culpã non ſcribentium quidem iudico, ſed legentium, tamẽ uitanda, quatimus uerba honeſta moribus perdidimus, & euincentibus etiã uitijs cedendum eſt, ſiue iunctura deformiter ſonat, ut ſi cum hominibus notis loqui nos dicimus, niſi hoc ipſum hominibus meã diũ ſit, in præfata uidemur incidere, quia ultima prioris ſyllabæ litera, quæ exprimi niſi labris coëũtibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecẽtißime cogit, aut cõtinuata cũ inſequẽte in naturã eius corrũpitur. Aliæ cõiunctiones aliqd ſimile faciunt, quas p̃ſequi longũ eſt, in eo uitio quod uitãdũ + dicimus, cõmorãtes. Sed diuiſio quoq; afferi eandẽ iniuriam pudori, ut ſi intercapedinis ntõ caſu q̃s utatur. Nec ſcripto modò id accidit, ſed etiã ſenſu plerig; obſcœne intelligere, niſi caueris cupiũt ut apd Ouid.

+Itaq; in nobis eſſe autoritatẽ, in uerbis ſentẽtias

+ſcimus

Quæq; latent meliora putat. Ac ex uerbis quæ longissime ab obscœnitate absunt, occasionem turpitudinis ra pere. Siquidem Celsus cacophaton apud Vergliũ putat: Incipiunt agitata tumescere. quod si recipias, nihil loqui tutum est. Deformitati proximum est humilitatis uitium quod ταπείνωσιν uocant, qua rei magnitudo uel dignitas minuitur, ut + saxea est uerrucæ in summo montis uertice. Cui natura contrariũ, sed errore par est, paruis dare excedentia modũ nomina, nisi cum ex industria risus inde captatur. Itaq; nec parricidam nequã dixeris hominem, nec deditum forte meretrici nefariũ, quod alterum parum, alterum nimiũ est. Proinde quædam habes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, uilis oratio est. Quæ uitia facilime fiunt manifesta contrarijs uirtutibus. Nam primum acuto, secundum nitido, tertiũ copioso, decimo hilari, iucundo, accurato diuersum est. Vitãda et μείωσις, cum sermoni quidem decst aliquid, quo minus plenus sit, quanquã id obscuræ potius q̃ inornatæ orationis uitium est. Sed hoc quoq; cum à prudentibus fit, schema dici solet, sicut ταυτολογία, id est, eiusdem uerbi, aut sermonis iteratio. Hæc enim, + quanq̃ non magnopere summis autoribus uitata, interim uitium uideri potest, in quod sæpe incidit etiam Cicero securus tam paruæ obseruationis, sicut hoc loco: Non solum igitur illud iudicium iudicij simile iudices non fuit. Interim mutato nomine, ἐπαναλήψις dicitur, atq; est & ipsum inter schemata, quorũ exemplis illo loco reddã, quo uirtutes erũt. Peior hac ὁμοιολογία est, quæ nulla uarietatis gratia leuat

Hæc enim apud Vergiliũ de mari uentis agitato dicuntur.

+ ex ea Verrucã pro colle dixisse Catonẽ autor ẽ Gelliº.

+ quanq̃ magnopere summis autoribus uitata, tamen uitiũ uideri potest.

tædium, atq; est tota coloris unius, quæ maxime depre-
henditur carens arte oratoria. Eáq; et in sententijs, &
figuris, & compositione longa, non animis solum, sed e-
tiam auribus est ingratißima. Vitanda μακρολογία,
id est, longior quam oporteat sermo, ut apud Liuium:
Legati non impetrata pace retrò domũ, unde uenerant,
abierunt. Sed huic uicina periphrasis uirtus habetur.
Est & πλεονασμὸς uitiũ, cũ superuacuis uerbis onera
tur oratio: Ego meis oculis uidi. Satis est enim, uidi.
Emendauit hoc etiam urbane in + Hircium Cicero: Cui
cum in Pansam declamans, filium à matre decem menſi-
bus in utero latum esse dixisset. Quid? aliæ, inquit, in
penula solent ferre? Nonnunquam tamen illud genus,
cuius exemplum prioreloco posui, affirmationis gratia
adhibetur: Vocemq; his auribus hausi.

+ Hircii causa Cicero, cũ Passienus de clamans filiũ matri decem mensibus in utero dixisset.

At uitium erit, quoties otiosum fuerit, & supererit, non
cum adijcietur. Est etiam quæ περίεργία uocatur, cum
superuacua (ut sic dixerim) operositas, ut à diligenti cu
rioſus, & à religione superstitio distat. Atq; ut semel fi
niam, uerbum omne quod neq; intellectum adiuuat, ne-
que ornatũ, uitiosum, dici potest. κακόζηλον, id est, mala Cacozelon.
affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tu-
mida, & exilia, & prædulcia, & abundantia, & arces-
sita, & exultantia sub idem nomen cadunt. Deniq; κακό
ζηλον uocatur, quicquid est ultra uirtutẽ, quoties inge-
nium iudicio caret, & specie boni fallitur, omniũ in elo
quentia uitiorum pessimum. Nam cætera parum uitãtur,
hoc petitur. Est autem totum in elocutione. Nam rerum

uitia sunt stultum, cõmune, contrarium, superuacuũ. Corrupta oratio in uerbis maxime improprijs, redundantibus, cõprehensione obscura, cõpositione fracta, uocum similium, aut ambiguarũ puerili captatione consistit. Est autẽ omne κακόζηλον uitiq; falsum, etiamsi non omne falsum κακόζηλον, ut cũ dicitur aliter q̃ se natura habet, & quàm oportet, & q̃ sat est. Totidem autẽ generibus corrumpitur oratio, quot ornatur. Sed de hac parte & in alio nostro opere plenius dictũ est, et in hoc sæpe tracta bitur, & adhuc spargetur omnibus locis. Loquentes enim de ornatu, subinde quæ sunt uitanda, similia uirtutibus uitia, dicemus. Sunt inornata & hæc, quod male dispositũ est, id ἀγοικονόμητον: quod male figuratũ, id ἀκαταστάθετον uocãt. Κοινισμὸς. κακοσχήματον: quod male collocatũ, id κακοσύνθετον uocãt. Sed de dispositione diximus, de figuris et cõpositione dicemus. κοινισμὸς quoq; appellatur quædam mixta ex uaria ratione linguarũ oratio, ut Atticis, Dorica, Ionica, Aeolica, etiã dicta confundas. Cui simile uitiũ est apud nos, si quis sublimia humilibus, uetera nouis, poëtica uulgaribus misceat. Id enim tale est monstrũ, quale Horatius in prima parte libri de Arte Poëtica fingit:

Humano capiti ceruicem pictor equinam, Iungere si uelit. Et cætera ex diuersis naturis subijciat.

Ornatũ est quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gradus in eo quod uelis + exprimẽdo concipiendoq;. Tertius qui hæc nitidiora faciat, quod proprie dixeris cultum. Itaq; ἕνεκεν γενέσεως, cuius in præceptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidentia, uel ut alij

+ exprimi

dicunt, repræsentatio, + quàm perspicuitas, & illud qui dem patet, hæc se quodãmodo ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna uirtus est res de quibus loquimur, clare, atq; ut cerni uideantur enunciare. Non enim satis est ficit, neq; ut debet plene dominatur oratio, si usq; ad au res uolet, atq; ea sibi iudex de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, et oculis mentis ostendi. Sed quoniã pluribus modis accipi solet, non equidẽ + in omnes eam particulas secabo, quarum ambitiose, à quibus dam numerus augetur, sed maxime necessarias attingam. Est igitur unum genus, quo tota rerum imago quodammodo uerbis depingitur:

+ quia perspicuitas & illa quod patet, hoc

+ in ea parti culas locabo

Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;.

Et cætera, quæ nobis illam pugilum congredientiũ aciem ita ostendunt, ut non clarior futura fuerit spectantibus. Plurimum in hoc genere sicut in cæteris eminet CICERO. An quisquam tam procul à concipiendis imaginibus rerum abest, ut cum illa in Verrem legit: Stetit soleatus Prætor popu. Ro. cum pallio purpureo, tunicaq; talari, mulierecula nixus in littore, non solũ ipsum os intueri uideatur, & locũ & habitum, sed quæ dã etiam ex his quæ dicta non sunt sibi ipse astruat? Ego certe mihi cernere uideor, & uultum, & oculos, & deformes utriusq; blanditias, & eorum qui aderant, tacitam auersationem, ac timidam uerecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa quam conamur exprimere facies, ut est apud eundem (nanque ad omnium ornandi uirtutum exemplum uel unus sufficiat) in descriptione conuiuij luxuriosi:

Cicero in hypothesibus et energijs rus artifex.

Videbar uidere alios intrãtes, alios uero exeuntes, quos
+ extrema epotatione dã ex uino uacillantes, quosdã + hesterna potatione oscitantes. Humus erat immunda, lutulenta uino, coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Quid plus uideret qui intrasset? Sic urbium captarum crescit miseratio. Sine dubio enim qui dicit expugnatã esse ciuitatem, complectitur omnia quæcunq; talis fortuna recipit, sed
Vrbis direptæ ꝟbis expressa imago. in affectus minus penetrat breuis hic uelut nuntius. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erãt, apparebũt effusæ per domos ac templa flammæ, & ruentium tectorum fragor, & ex diuersis clamoribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo cõplexu suorum cohærentes, & infantiũ, fœminarumq; ploratus, & male usq; in illum diẽ seruati fato senes, tum illa profanorum sacrorumq; directio, efferentium prædas repetentiumq; discursus, & acti ante suum quisq; prædonem catenati, & conata retinere infantẽ suum mater, & sicubi maius lucrum est, pugna inter uictores. Licet enim hæc omnia ut dixi, cõplectatur euersio, minus est tamen totum dicere q̃ omnia. Consequemur autem ut manifesta sint, si fuerint ucrisimilia, et licebit etiã falso affingere quicquid fieri solet. Contingit eadem claritas etiam ex accidentibus:

Aeneid. II. Mihi frigidus horror
Aeneid. IIII. Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.

Atq; huius summæ, iudicio quidẽ meo, uirtutis facilima
+ eloquẽtia est uia. Naturã intueamur, hãc sequamur. Omnis + elegãtia circa opera uitæ est. Ad se refert quisq; quæ audit, et

id facilime accipiunt animi, quod cognoscunt. Præclare uero ad inferendam rebus lucem repertæ sunt similitudines, quarũ aliæ sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimẽdam rerum imaginẽ cõpositæ, quod est huius loci proprium. Inde lupi ceu Raptores atra in nebula, &c: Misit aui similis, quæ circũlittora, circũ. Piscosos scopulos humilis uolat æquo ra iuxta. Quo in genere idem præcipue custodiendũ, ne id quod similitudinis gratia asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotũ. Debet enim quod illustrãdæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo qd' illuminat. Quare Poëtis quidem permittamus sanè huiusmodi exempla: Similitudo. Aneid. 4.

Qualis ubi hybernam Lyciam Xanthiq; fluenta
Deserit, aut Delon maternam inuisit Apollo.

Non idẽ decebit oratorẽ, ut occultis aperta demonstret. Sed illud quoq; de quo in argumentis diximus, similitudinis genus ornat orationem, facitq; sublimem, floridam, iucundam, mirabilẽ. Nam quo quæq; longius petita est, hoc plus affert nouitatis, atq; inexpectata magis est. Illa uulgaria uideri possunt, & utilia tantũ ad concilian dam fidem, ut terram cultu, sic animum disciplinis melio rem uberioremq; fieri. Et ut medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiamsi no bis sanguine cohæreant, amputãdos. Iam sublimius illud pro Archia: Saxa atq; solitudines uoci respondẽt, bestiæ sæpius immanes cantu flectuntur, atq; consistunt, & cætera. Quod quidẽ genus à quibusdam declamatoria maxime licentia corruptum est. Nam & falsis utuntur, nec

illa his quibus tandē similia uideri uolunt, applicant, quo rum utrunq; in his est, quæ me iuuene ubiq; cantari sole bant: Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt, & generosioris arboris statim planta cū fructu est. In omni autē parabola, aut præcedit similitudo, & res sequitur, aut præcedit res, & similitudo sequitur, sed interim li bera & separata est, interim quod longe optimū est, cū re cuius est imago, connectitur collatione inuicē respon dente, quod facit redditio contraria, quæ ἀντιπόδοσις dicitur. Præcedit similitudo cuius modò feci mentionē: Inde lupi ceu Raptores atra in nebula. Sequitur in pri mo Georgicôn post longam de bellis ciuilibus atq; exter nis conquestionem:

Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & fructra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Sed hæc sunt sine antapodosi. Redditio aūt illa rē utrāq; quam comparat, uelut subijcit oculis, & pariter ostēdit. Cuius præclara apud Vergiliū multa reperio exempla, sed oratorijs potius utendum est. Dicit Cicero pro Mu ræna: Vt aiunt in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerunt, sic nos uidemus qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studiū de uenire. Illud pro eodem iam penè poētico spiritu, sed ta men cum sua redditione, quod est ad ornatum accom modatius. Nam ut tempestates sæpe certo aliquo cœli si gno cōmouētur, sæpe ex improuiso, nulla ex certa ratio ne, ob scura aliqua causa cōcitantur, sic in hac comitiorū

tempestate populari sæpe intelligas, quo signo commota sit, sæpe ita obscurũ est, ut sine causa concitata uideatur. Sunt & illæ breues: Vagíq; per syluas ritu ferarum. Et illud Ciceroïs in Clodiũ: Quo ex iudicio uelut ex incẽdio nudus effugit. Quibus similia possunt cuicũq; etiam ex quotidiano sermone succurrere. Huic subiacet uirtus non solũ aperte ponendi rem ante oculos, sed circumcisè atq; uelociter. At meritò laudatur breuitas integra, sed ea minus præstat quoties nihil dicit, nisi quod necesse est βραχυλογίαμ uocãt, quæ reddetur inter schemata. Est uero pulcherrima, cũ plura paucis cõplectimur, quale illud Sallustij est: Mitridates corpore ingenti perinde armatus. Hoc male imitantes sequitur obscuritas. Vicina prædictæ, sed amplior uirtus est ἔμφασις, altiorem præbens intellectũ, q̃ quem uerba per seipsa declarant. Eius duæ sunt species, altera quæ plus significat q̃ dicit, altera quæ etiam id quod non dicit. Prior est et apud Homerũ, cum Menelaus Graios in equum ascendisse ait, nam uerbo uno magnitudinem eius ostẽdit. Et apud Vergiliũ:

Demissum lapsi per funem. Nam sic quoque altitudo demonstrata est. Idem Cyclopa cum iacuisse dicit per antrum, prodigiosum illud corpus spatio loci mensus est. Sequens positum est in uoce, aut omnino suppressa, aut etiam abscissa. Supprimitur uox, ut fecit pro Ligario Cicero: Quod si in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quã tu per te inquam obtines: intelligo quid loquar. Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus, non deesse homines qui ad crudelitatem eum impellant.

Aeneid. 2.
Aeneid. 3.

Abſcinditur per ἀποσιώπησιν, quæ quoniam eſt figura, reddetur ſuo loco. Eſt in uulgaribus quoque uerbis

† uiuendum emphaſis: Virum eſſe oportet, & homo eſt ille, & † uiuendum eſt. Adeò ſimilis eſt arti plerunq; natura. Non tamen ſatis eloquentiæ eſt, ea de quibus dicat, clare atq; euidenter oſtendere, ſed ſunt multi & uarij excolendæ orationis modi. Nam ipſa illa ἀφέλεια ſimplex et inaffectata habet quẽdam purũ, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum. Et ſunt quædam uelut è tenui diligẽtia circa proprietatem ſignificationemq; munditiæ. Alia copioſa locuples, alia floribus læta, uirium nõ unum genus. Nam quicquid in ſuo genere ſatis effectũ eſt, ualet: Præcipua tamẽ eius opera δεινώσις in exaggerãda indignitate, & in cæteris altitudo quædam: φαντασία in concipiendis uiſionibus, ἔκφρασις in efficiendo uelut opere proſito, cui adijcitur ἐπέκφρασις repetitio probationis eiuſdẽ, & cumulus ex abundãti, ἐνέργεια confinis his eſt, ab agendo ducta, & cuius propria ſit uirtus nõ eſſe quæ dicuntur otioſa. Eſt & amarum quiddam, quod ferè in contumelia poſitum eſt, quale Caſſij: Quid facies + cum in bona tua inuaſero? hoc eſt cum te docuero neſcire maledicere. Et acre, ut illud Craſſi: Ego te cõſulem putem, cum tu nõ putes me ſenatorem? Sed uis oratoris omnis in augendo minuendoq; conſiſtit. Vtriq; parti totidem modi, ex quibus præcipuos attingemus, reliqui ſimiles erunt. Sunt aũt poſiti in rebus & uerbis. Sed quæ ſit rerum inuentio ac ratio tractauimus, nunc quid elocutio attollat, aut deprimat, dicendum.

† cũ enim ui in bona tua inuaſero? Craſſi reſpõſum i Philippum ut ante dictum eſt.

De Amplificatione. CAP. IIII.

PRima est igitur amplificandi uel minuendi species in ipso rei nomine, ut cum eum qui sit cæsus, occisum: eum qui sit improbus, latronem: contráq; eum qui pulsauit attigisse, qui uulnerauit, læsisse dicimus. Vtriusq; pariter exemplum est pro M. Cælio: Si uidua libere, proterua, petulanter, diues effusæ, libidinosa meretricio more uiueret, adulterum ego putarem, si quis hanc paulò liberius salutasset? Nam & impudicam meretricem uocauit, & eum cui longior cum illa fuerat usus, liberius salutasse. Hoc genus increscit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur, ut Cicero in Verrem: Non enim furem, sed raptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiæ: non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq; non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in uestrum iudiciũ adduximus. Illo enim modo, ut fit multum, hoc etiam plus ut sit, efficitur. Quatuor tamen maxime generibus uideo constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimũ, cum magna uidentur etiam quæ inferiora sunt. Id aut gradu uno fit, aut pluribus: per id uenitur non modò ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum: Facinus est uincire ciuem Rom. scelus uerberare, propè paricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Nam & si tantum uerberatus esset, uno gradu increuerat, ponendo etiam id esse

facinus, quod erat inferius. Et si tantum occisus esset, per plures gradus ascenderat. Cum uero dixerit propè paricidium necare, suprà quod nihil est adiecit, quid di eam in crucem tollere? Ita cum id quod maximum est oc cupasset, necesse erat in eo quod ultra est uerba defice re. Fit & aliter supra summum adiectio, ut apud Vergi lium de Lauso: Quo pulchrior alter
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Summum est enim quo pulchrior alter non fuit. Huic de inde aliquid supra positum est. Tertius quoq; est modus, ad quem non per gradus itur, ut quod non est plus quàm maximum, sed quo nihil maius est: Matrem tuam occidi sti. quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in contextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur, ut de uomitu in Antonium Cicero: In cœtu uero populi Rom. negotium publicum gerens, magister equitum. Singula incrementum habent. Per se deforme, uel nō in cœtu uo mere, in cœtu etiam non populi, populi etiam non Roma ni, uel si nullum negotium ageret, uel si non publicum, uel si non magister equitum. Sed alius diuideret hæc, & circa singulos gradus moraretur, hic in sublime etiam currit, & ad summum peruenit, non nixu, sed impetu. Verum ut hæc amplificatio in superiora tendit, ita quo fit per comparationem, incrementum ex minoribus pe tit. Augendo enim quod est infrà, necesse est extollat id

quod supra positum est, ut idem atq; in eodem loco: Si hoc tibi inter cœnam, & in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? In cœtu uero populi Ro. Et in Catilinam: Serui mehercle mei, si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim proposito uelut simili exemplo efficiēdum est, ut sit maius id quod à nobis exaggerandum est, ut idem pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandam à secundis hæredibus pro abortu pecuniam accepisse: Quanto est, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset, se ipsa cruciauit, hic autem illud idem effecit per alieni corporis uim atq; cruciatū. Nec putet quisquam hoc, quanquam est simile, illi ex argumentis loco quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio, sicut in Oppianico non id agitur: hic comparatione, ut ille male fecerit, sed ut peius. Est tamen quanquam diuersarum rerum quædam uicinia. Repetam itaq; hic quoq; idem, quo sum illic usus, exemplum, sed non in eundem usum. Nam hoc mihi ostendēdum est augendi gratia, nō tota modò totis, sed etiam partes partibus cōparari, sicut hoc loco: An uero uir amplissimus P. Scipio Pont. Max. Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicæ priuatus interfecit, Catilinam orbem terræ cæde atq; incendio uastare cupientem nos consules perferemus? Hic & Catilina Graccho, & status reipublicæ orbi terrārum, et mediocris labefactatio cædi et incen-

dijs & uastationi, & priuatus consulibus comparatur: quæ si quis dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes uideamus an satis proprio uerbo signauerim. Nec sum in hoc solicitus, dum res ipsa uolentibus discere appareat. Hoc sum tamen secutus, quod hæc amplificatio alibi posita est, alibi ualet, ut aliud crescat, aliud augeatur, inde ad id quod extolli uolumus, †ratio deducitur. Obiecturus Antonio Cicero merum & uomitum: Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate: †Quid fauces & latera ad ebrietatem? minime sunt otiosa. Nam respicientes ad hæc, possumus æstimare, quantum ille uini in Hippiæ nuptijs exhauserit, quod ferre & coquere non posset illa gladiatoria corporis †firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est ratiocinationis, ut quod ex eadem causa inter status quoq; habemus, sic ex insequentibus amplificatio ducitur. Siquidem tanta uis fuerit uini erumpentis, ut non casum afferret, aut uoluntatem, sed necessitatem ubi minime deceret uomendi, & cibus non recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed qui usq; in posterum diem redundaret. Idem hoc præstant quæ antecesserunt. Nam cum Aeolus à Iunone rogatus

Cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto,
Qua data porta ruunt. Apparet quanta sit futura tempestas. Quid? cum res atrocissimas, quasq; in sum-

†ratione ducitur. Philip. II.

†Et fauces, & latera ad ebrietatē minime sunt otiosa.

†firmitas

mam ipſi extulimus inuidiam, eleuamus cõſulto, quo gra
uiora uideantur quæ ſecutura ſunt, ut à Cicerone factũ Actio. vij.
eſt, cum illa diceret: Leuia ſunt hæc in hoc reo crimina,
metũ uir garũ nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis pretio re
demit, humanũ eſt, alius ne ſecuri feriretur, pecuniã de
dit, uſitatũ eſt, nónne uſus eſt ratiocinatione, qua collige
rẽt audiẽtes, quantũ illud eſſet quod inferebatur, cui cõ
parata hæc humana uiderentur, atq; uſitata? Sic quoq;
ſolet ex alio aliud augeri, ut cum Annibalis bellicis lau
dibus ampliatur uirtus Scipionis. Et fortitudinem Gal
lorum Germanorumq; miramur, quo ſit maior C. Cæſa
ris gloria. Illud quoq; eſt ex relatione ad aliquid, quod
non eius rei gratia dictum uidetur amplificationis ge
nus. Non putant indignum Troiani principes, Graios
Troianosq; propter Helenæ ſpeciem tot mala, tanto tẽ
poris ſpatio ſuſtinere, quæ nam igitur illa forma creden
da eſt? Non enim hoc dicit Paris, qui rapuit, non aliquis
iuuenis, aut unus è uulgo, ſed ſenes, & prudentiſſimi, et
Priamo aſſidentes. Verum et ipſe rex decennij bello ex
hauſtus, amiſſis tot liberis, imminente ſummo diſcrimi
ne, cui faciem illam ex qua tot lachrymarum origo flu
xiſſet, inuiſam atq; abominandam eſſe oportebat, & au
dit hæc, & eam filiam appellans iuxta ſe locat, & excu
ſat etiam, atq; ſibi eſſe malorum cauſam negat. Nec mihi
uidetur in ſympoſio Plato, cum Alcibiadem confitentem
de ſe quid à Socrate pati uoluerit, narrat, ut illum culpa
ret, hæc tradidiſſe, ſed ut Socratis inuictam continenti
am oſtenderet, quæ corrumpi ſpecioſiſſimi hominis tam

obuia uoluntate non posset. Quin ex instrumento quoq; heroum illorum magnitudo æstimanda nobis datur. Ad hoc pinet clypeus Aiacis, & hasta Pelias Achillis. Qua uirtute egregie est usus in Cyclope Vergilius:

Nam quod illud corpus mente concipiam, cuius
Trunca manū pinus regit. Quid? cū uix lorică duo
Multiplicĕ connixi humeris Ferrent, quantus Demole-
os, qui indutus eam Cursu palantes Troas agebat?
Quid M. Tullius de M. Antonij luxuria tantum saltem
fingere potuisset, quantum ostendit dicendo? Conchy-
liatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis stra-
tos lectos uideres. Conchyliata peristromata, & Cn.
Pompeij, & in cellis seruorum nihil potest dici ultrà,
& necesse est tamen ultrà infinito plus in domino co-
gitare. Est hoc simile illi quod Emphasis dicitur, sed illa
ex uerbo, hoc ex re coniecturam facit, tantóque plus
ualet, quanto res ipsa uerbis est firmior. Potest asseri-
bi amplificationi congeries quoque uerborum, ac sen-
tentiarum idem significantium. Nam etiamsi non per
gradus ascendant, tamen uelut aceruo quodam alleuan-
tur. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Phar
salica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat?
qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens? ocu-
li? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?
Simile est hoc figuræ, quam συναθροισμὸν uocant. Sed
illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplica-
tio. Hæc etiam crescere solet uerbis omnibus altius at-
que altius insurgentibus: Aderat ianitor carceris, carni-

fex Prætoris, mors terrorq; sociorum & ciuium Romanorum, lictor Sextius. Eadem ferè est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendentibus quod descendentibus gradus. Ideóque uno ero exemplo contentus eius loci, quo Cicero in oratione Rulli hoc dicit: Pauci tamen qui proximi astiterant, nescio quid illum de lege agraria uoluisse dicere suspicabantur. Quod si ad intellectum refers, minutio est: si ad obscuritatem, incrementum. Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoq;. Nam & hæc in utranq; partem ualet, sed quia excedit hoc nomen, in tropos differēda est. Quos continuò subiungerem, nisi esset à cæteris separanda ratio dicendi, quæ constat non proprijs, sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, nec omittamus eum quem pleriq; præcipuum ac penè solum putant orationis ornatum.

De generibus Sententiarum. CAP. V.

Sententia.

SEntentiam ueteres quod animo sensissent uocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimũ, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Non raro tamen & sic locuti sunt, ut sensa sua dicerent. Nam sensus corporis uidebantur, sed consuetudo iam tenuit, ut mente concepta sensus uocaremus, lumina autem, præcipueq; in clausulis posita, sententias, quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Ideóque mihi & de generibus eorũ, et de usu arbitror pauca dicēda. Antiquissimæ sunt

Sensa.

γνωμὴ. quæ propriæ, quamuis omnibus idem sit nomen, sententiæ uocantur, quas Græci γνώμας appellant. Verumq; tamen nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consilijs atq; decretis. Est autem hæc uox uniuersalis, quæ citra complexum causæ posit esse laudabilis. Interim ad rem tantum relata, ut, Nihil est tam populare quàm bonitas: Interim ad personam, quale est Afri Domitij: Princeps qui uult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam partem enthymematis, quidam imitium aut clausulam epichirematis esse dixerunt, & est aliquando simplex, ut ea quam suprà dixi: aliquando ratione subiecta: Nam in omni certamine qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur. Nonnunquam duplicem: Obsequium amicos, ueritas odium parit. Sunt etiam qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri uel plura possunt, per interrogationem, comparationem, inficiationem, similitudinem, admirationem, & cætera huiusmodi. Per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis: Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Ac recte quidē sunt tales: Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Sed maiorem uim accipiūt ex mutatione figuræ, ut, usq; adeó ne mori miserum est? Acrius enim hoc, q̄ per se, mors misera non est. Ex translatione à cōmuni ad proprium. Nam cum sit rectum, nocere facile est, prodesse difficile. Vehementius apud Ouidium Medea dicit:

Seruare potui, perdere an posim rogas?

ProLigario.

Nam oīs argumentatio propositionem primā tanq̄ uniuersalem quandam sententiam habet, ut in nota illa Milonia na, uim ui repellere licet.

Vertit ad personam Cicero: Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, quàm ut possis: nec natura melius, quàm ut uelis seruare quamplurimos. Ita quæ erant rerum propria, fecit homini. In hoc genere custodiendum est, & id quidem ubique, ne crebræ sint, ne palàm falsæ, quales frequenter ab his dicuntur qui hæc catholica uocant, & quicquid pro causa uidetur, quasi indubitatum pronunciant, & ne passim, & à quocunque dicantur. Magis enim decet eos, in quibus est autoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo, & quodammodo præcepiat? Enthymema quoq; est omne quod mente cõcipimus, proprie tamẽ dicitur, quæ est sententia ex contrarijs, propterea quod eminere uidetur inter cæteras, ut Homerus poëta, urbs Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum: Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clemẽtiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? Non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia ut id imitatum appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis modò non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio. Est enim epiphonema rei narratæ, uel probatæ summa acclamatio:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Face re enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit. Est & quod appellatur à nouis νόημα, quasi uoce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine

Sententia p apostrophẽ Pro Ligario.

Catholica generalia cuiuis causæ conuenientia.

† & passim, & à quocunque dicatur.

Enthymema

Epiphonema.

Pro Milone.

donarunt ea, quæ non dicunt, uerum intelligi uolunt, ut in eum quem sæpius à ludo redemerat soror, agemem cum ea talionis quod ei pollicem dormienti recidisset: Eras dignus ut haberes integram manum. Sic enim auditur, ut depugnares. Vocatur aliquid & clausula, quæ si est quod conclusionem dicimus, & recte, et quibusdam in partibus necessaria est: Quare prius de facto uestro fateamini necesse est, quàm Ligarij culpam ullam reprehendatis. Sed nunc illud uolùt, ut omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aurem. Turpe autem & propè nefas ducunt respirare ullo loco, qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptiq; sensiculi, & extrarem petiti. Neq; enim possunt tam multæ sententiæ esse, quàm necesse est multæ sint clausulæ. Iam hæc magis notæ sententiarum genera ex inopinato, ut dixit Vibius Crispus in eum, qui cum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere: Quis tibi sic timere permisit? Et insigniter Africanus apud Neronem de morte matris: Rogant te Cæsar Galliæ tuæ, ut felicitatē tuam foueas. Sunt & alio relata, ut Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimen, quod uirū qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius alloquens: Matrem tamē inquit, pueri sepelitote. Et aliunde petita, id est, in alium locum ex alio translata, ut pro Spatale Crispus, quam qui hæredem amator instituerat, decessit, cum haberet annos duodeuiginti. O hominem diuinum, qui sibi indulsit. Facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Sce-

Clausula.

Sensiculi.

necæ in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occi-
sa matre, cum se periclitatum uideri uellet: Saluum me
esse adhuc nec credo, nec gaudeo. Melior cum ex con- Ciceronis.
trarijs ualet: Habeo quem fugiam, quem sequar non ha-
beo. Quid? quod miser cum loqui non posset, tacere non
poterat? Ea uero fit pulcherrima, cum aliqua compara-
tione clarescit. Trachallus contra Spathalen: Placent hæ
ergo leges, diligentissimæ pudoris custodes, decimas
uxoribus dari, quartas meretricibus iubent. Sed horum
quidem generũ & bonæ dici possunt & malæ. Illæ sem-
per uitiosæ, uti à uerbo, Patres conscripti, sic enim inci-
piendum est mihi, ut memineritis patrum. Peius adhuc
quo magis falsum est & longius petitum. Contra eam-
dem sororem gladiatoris, cuius modò feci mentionem:
Ad digitum mihi pugnaui. Est etiam generis †eiusdem, †cuiusdam
nescio an uitiosissimum, quoties uerborum ambiguitas
cum rerum falsa quadam similitudine iungitur. Clarum
autorẽ iuuenis audiui, cum lecta in capite cuiusdam ossa
senectutis gratia tenenda matri dedisset: Infelicissima fœ-
mina nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Ad hoc
plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent, quæ ex-
cussæ risum habent, inuentæ facie ingenij blandiuntur.
De eo qui naufragus, & antè ægrorum sterilitate uexa-
tus, in scholis fingitur se suspendisse. Quem nec terra re-
cipit, nec mare, pendeat. Huic simile in illo de quo suprà
dixi, cui pater sua membra laceranti uenenũ dedit. Qui
hæc edit, debet hoc bibere. Et in luxuriosum, qui ἀπο-
κατέστησε simulasse dicitur. Nectelaqueũ, habes quod

faucibus tuis iraſcaris. Sume uenenũ, decet luxuriosum
†uaria bibẽdo mori. Alia†uana, ut ſuadentis purpuratis, ut Ale
xandrum Babylonis incendio ſepeliant. Alexandrum
ſepelio, hoc quiſquam ſpectabit è tecto? quaſi uero id ſit
in re tota indigniſſimum. Alia nimia, ut de Germanis di
centem quendam audiui: Caput neſcio ubi impoſitum.
Et de uiro forti: Bella umbone propellit. Sed finis non
erit, ſi ſingulas corruptorum proſequar formas. Illud
potius, quod eſt magis neceſſarium. Duæ ſunt diuerſæ
opiniones, aliorum ſententias ſolas penè ſpectantiũ, alio
rum omnino damnantium, quorum mihi neutrum ad
modum placet. Denſitas earum obſtat inuicem, ut in ſa
†arborum tis omnibus fructibuſq; †aruorum, quorum nihil ad iuſtã
magnitudinem adoleſcere poteſt, quod loco in quem cre
ſcat, caret. Nec pictura in qua nihil circumlitum eſt, emi
net. Ideoq; artifices etiam cum plura in unam tabulam
contulerunt, ſpatijs diſtinguunt, ne umbræ in corpora
cadant. Facit res eadem conciſam quoq; orationem. Sub
ſiſtit enim omnis ſententia, ideoq; poſt eam utique aliud
eſt initium. Vnde ſoluta ferè oratio, et è ſingulis non mẽ
bris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret, cum illa rotun
da & undiq; circunciſa inſiſtere inuicem nequeant. Præ
ter hoc etiam color ipſe dicendi quamlibet clarus, multis
†Porrò ut tamen ac uarijs uelut maculis conſpergitur. †Porrò ut
afferent lu- affert lumen clauus purpuræ loco inſertus, ita certe ne
men clarius & minem deceat intertexta pluribus notis ueſtis. Quare li
purpuræ loco inſertę. cet hæc & nitere, & aliquatenus extare uideantur, ta
men & lumina illa non flammæ, ſed ſcintillis inter ſu

mum emicantibus similia dixeris, quæ ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut in sole sidera ipsa desinunt cerni, et quæ crebris paruisq; conatibus se attollunt, inæqualia tantum & uelut confragosa, nec admirationem consequuntur eminentium, & planorum gratiam perdunt. †Hoc quoq; accidit, quod solas captanti sententias, multas necesse est dicere leues, frigidas, ineptas. Non enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Itaq; uideas & diuisionē pro sententia poni, & argumentū, † si tantū in clausulæ calce pronūcietur. Occidisti uxorē ipse adulter, non ferrē te etiā si repudiasses, diuisio est. Vis scire uenenū esse amatorium? uiueret homo nisi illud bibisset, argumentum est. Nec multas pleriq; sentētias dicunt, sed omnia tanq̄ sentētias. †Huic quibusdā cōtrari um studiū, qui fugiunt ac reformidant omnē hanc in dicendo uoluptatē, nihil probantes nisi planū, et humile, et sine conatu. Ita dum timēt ne aliqā do cadant, semper iacent. Quod enim tantū in sententia bona crimē est? non causæ prodest? nō iudicē mouet? non dicentē cōmendat? †At est quoddā genus quo ueteres non utebantur. Et ad quā usq; nos uocatis uetustatē? Nam si illā extremā, multa Demosthenes quæ ante eum nemo. Quo modo potest probare Ciceronē, qui nihil putet ex Catone Gracchisq; immutandū? Sed ante hos simplicior adhuc ratio loquēdi fuit. Ego uero hæc lumina orationis, uelut oculos quosdam esse eloquentiæ credo. Sed neq; oculos esse toto corpore uelim, ne cætera mēbra suum officium perdant. Et si necesse sit, ueterem illum horrorē dicēdi malim, quam

†Huc quoque accedit

†si tamen in clausula & male pronū cietur

†Hinc

†Est quoddam

istam nouam licentiam. Sed patet media quædam uia, sicut in cultu uictuq; acceßit aliquis citra reprehensionē
+quare nitor, +quem sic ut possumus adijciamus uirtutibus. Primus tamen sit uitijs carere, ne dum uolumus esse meliores ueteribus, simus tantum dißimiles. Reddam nunc, quam proximam esse dixeram partem de tropis, quos motus clarißimi nostrorū autores uocant. Horum tradere præcepta & grammatici solent. Sed à me, cum de illorū officio loquerer, dilata pars hæc est, quia de ornatu orationis grauior uidebatur locus, et maiori operi seruandus.

De Tropis. CAP. VI.

TRopus est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliam cum uirtute mutatio. Circa quē inexplicabilis & grammaticis inter ipsos, & philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ species, qui numerus, quis cuiq; subijciatur. Nos omißis quæ nihil ad instituendum oratorem pertinēt cauillationibus, necessarios maxime atq; in usum receptos exequemur, hoc modo in his annotasse contēti, quosdam gratia significationis, quosdam decoris assumi, et esse alios in uerbis proprijs, alios in translatis, uertiq; formas, non uerborum modò, sed & sensuum, & compositionis. Quare mihi uidentur errasse, qui non alios crediderunt tropos, quàm in quibus uerbum pro uerbo poneretur. Neq; illud ignoro, in ißdem ferè qui significandi gratia adhibentur, esse & ornatum, sed nō idem accidet contrà, eruntq; quidam tantum ad speciem accommodati. Incipiamus igitur ab eo qui cum frequentißimus est, tum longe pulcherrimus,

translatione dico, quæ μεταφορὰ græce uocatur. Quæ quidem cum ita est ab ipsa nobis cõcessa natura, ut indocti quoq; ac non sentientes ea frequenter utantur, tũ ita iucunda atq; nitida, ut in oratione quamlibet clara, propriotamen lumine eluceat. Neq; enim uulgaris esse, nec humilis, nec insuauis, recte modò ascita sit, potest. Copiam quoq; sermonis auget + permutando, aut + mutando, quæ non habet, quódque difficillimum est, præstat ne ulli rei nomen deesse uideatur. Transfert ergo nomen, aut uerbum, ex eo loco in quo proprium est, in eum in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. Id facimus, aut quia necesse est, aut quia significantius, aut, ut dixi, quia decentius. Vbi nihil horum præstabit, quod transferetur, in proprium erit. Necessitate rustici dicunt gemmam in uitibus. Quid enim dicerent alii uidẽ & sitire segetes, & fructus laborare. Necessitate nos durum hominem, aut asperum. Non enim proprium erat quod daremus his affectibus nomen. Iam incensum ira, & inflammatum cupiditate, & lapsum errore, significandi gratia. Nihil enim horum suis uerbis, quàm his accersitis magis proprium erat. Illa ad ornatum, lumen orationis, & generis claritatem, & + concionum procellas & eloquentiæ flumina, ut Cicero pro Milone Clodium fontem gloriæ eius uocat, et alio loco segetem, ac materiam. Quædam etiam parum speciosa dictu per hanc explicantur:

+permiscendo
+mutando
+contentionum

Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes. Georg. 3.

In totum autem metaphora breuior est similitudo, eoq; distat, quod illa comparatur rei quam uolumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Comparatio est cum dicoſe ciſſe quid hominem, ut leonem. Translatio, cum dico de homine leo est. Huius uis omnis quadruplex maxime uidetur, cum in rebus animalibus aliud pro alio ponitur, ut de agitatore:

Gubernator magna contorsit equum ui. Et ut Liuius Scipionem à Catone adlatrari solitum refert. Inanima pro alijs generis eiusdē sumuntur, ut:

Classiq; immittit habenas. Aut pro rebus animalibus inanima:

Ferro an fato uirtus Argiuūm occidit. Aut contrà:

Sedet inscius alto Accipiēs sonitū saxi de uertice pastor.

4 quæ audaci, & proximè periculū translatione attollit

Præcipueq; ex his oritur mira sublimitas, + quæ audaciæ proxima, periculo translationis attollitur, cum rebus sensu carentibus actum quendam & animos damus, qualis est:

Pontem indignatus Araxes.

Et illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? Duplicatur interim hæc uirtus apud Vergilium:

Ferrumq; armare ueneno.

Nam & ueneno armare, et ferrū armare trāslatio est. Secātur hæc in plures, ut à rationali ad rationale, & idem de irrationalibus, & hoc inuicē, quibus similis ratio est, & à toto et à partibus, sed iam non pueris præcipimus, ut accepto genere species intelligere non possint. Vt modicus autem atque opportunus eius usus illustrat ora-

tionem, ita frequens et obscurat, & tædio complet. Constantinus uero in allegoriam, & ænigmata exit. Sunt quædam etiam humiles translationes, ut id de quo modò dixi, saxea est uerruca, & sordidæ. Non enim si Cicero recte sentinã Reipublicæ dixit, fœditatẽ hominum significãs, idcirco probem illud quoq; ueteris oratoris: Persecuisti Reipublicæ uomicas. Optimeq; Cicero demonstrat cauẽdum, ne sit deformis translatio, qualis est (nam ipsis eius utar exemplis) Castratam morte Aphricani Rempu. & stercus curiæ Glauciã. Ne nimio maior, aut quod sæpius accidit, minor. Ne dissimilis, quorum exempla nimiũ frequenter deprehendet, qui scierit hæc uitia esse. Sed et copia quoq; modum egressa uitiosa est, præcipue in eadem specie. Sunt & duræ, id est, à longinqua similitudine ductæ, ut: Capitis niues, Et:

Iuppiter hybernas cana niue conspuit alpes. Horatius in Odis.

In illo uero plurimũ erroris, quod ea quæ poëtis, qui & omnia ad uoluptatem referunt, & plurima uertere, etiã ipsa metri necessitate coguntur, permissa sunt conuenire quidam etiam prosæ putant. At ego in agendo nec pastorem populi, autore Homero dixerim, nec uolucres pennis remigare, licet Vergilius in Apibus, ac Dædalo speciosissime sit usus. Metaphora enim aut uacantem occupare locum debet, aut si in alienum uenit, plus ualere eo quem expellit. Quod aliquanto penè iam magis de synecdoche dicam. Nã translatio permouendis animis plerunq; & signandis rebus, ac sub oculos subijciendis reperta est. Hæc uariare sermonẽ potest ut ex uno plures

intelligamus, parte totum, ſpecie genus, præcedentibus ſequentia, uel contrà, omnia liberiora poëtis quàm oratoribus. Nam proſa ut mucronem pro gladio, & tectum pro domo, recipiet, ita non puppim pro naui, nec abietes pro tabellis. Et rurſus ut pro gladio ferrum, ita nõ pro equo quadrupedem. Maxime autem in orando ualebit numerorum illa libertas. Nam & Liuius ſæpe ſic dicit: Romanus prælio uictor, cũ Romanos uicisſe ſignificat. Et contrà Cicero ad Brutum: Populo, inquit, impoſuimus, & oratores uiſi ſumus, cum de ſe tantum loquerentur. Quod genus non orationes modõ ornat, ſed etiam quotidiani ſermonis uſus recipit. Quidã συνεκδοχὴν uocant, cum & id incontextu ſermonis, quod tacetur accipimus. Verbum enim ex uerbo intelligitur, quod intermittia ἔκλειψις uocatur: Arcades ad portas ruere.

+ ergo redditur aliud, & intelligitur aliud

Mihi hanc figuram eſſe magis placet, + illic ergo redditur. Aliud etiam intelligitur ex alio:

Aſpice, aratra iugo referunt ſuſpenſa iuuenci.
Vnde apparet noctem appropinquare. Id neſcio an oratori conueniat, niſi in argumentando cum rei ſignũ eſt. Sed hoc ab elocutionis ratione diſtat. Nec procul ab hoc genere diſcedit μετωνυμία, quæ eſt nominis pro nomine poſitio, cuius uis eſt, pro eo quod dicitur, cauſam, propter quam dicitur, ponere. Sed ut ait Cicero hypallagẽ rhetores dicunt. Hæc inuenta ab inuentore, & ſubiecta ab obtinentibus ſignificat, ut:

Horat. 1 Ar. Cererem corruptam undis. Et: Receptus
Terra Neptunus claſſes Aquilonibus arcet.

Quod fit retrò durius. Refert autem inquantum dictus tropus oratorẽ ſequatur. Nam ut Vulcanũ pro igne uul gò audiuimus, & uario Marte pugnatum, eruditus eſt ſermo, & Venerem q̃ coitum magis dixiſſe decet, ita Liberum & Cererem pro uino & pane licentius, q̃ ut fori ſcueritas ferat. Sicut ex eo quod continet, id quod continetur, uſus recipit, ut bene moratas urbes, & poculum epotum, & ſeculum felix. Ad id quod contrà eſt, raro audeat quis niſi poëta: Iam proximus ardet Vcalegon. Niſi fortè hoc potius eſt à poſſeſſore quod poßidetur, ut hominem deuorari, cuius patrimonium conſumitur, quo modo fiunt innumerabiles ſpecies. Huius enim ſunt generis, cum ab Annibale cæſa apud Cannas ſexaginta milia dicimus, & apud Tragicos ab Egilao, & carmina Vergilij uenisſe, & uenire commeatus qui afferantur ſacrilegium deprehenſum, non ſacrilegum, armorum ſcientiam habere, non artis. Illud quoq; & poëtis & oratori buſfrequens, quo eum qui efficit ex eo quod efficitur oſtẽdimus. Nam & carminum autores:

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumq̃ turres. Et:
Pallentesq̃ habitant morbi, triſtisq̃ ſenectus.

Et orator, præcipitem iram, hilarem adoleſcentiã, ſegnem otiũ dicit. Eſt etiam huic tropo quædã cum ſynecdoche uicinia. Nam dico uultus hominis pro uultu. Dico pluraliter qd̃ ſingulare eſt, quod ſingulare eſt, pluraliter. Sed nõ id ago, ut unũ ex multis intelligatur (nam id eſt manifeſtum) ſed nomen immuto, ut cũ aurata tecta, aurea,

† ab eo † quia nō est pars auratu ræ

pusillum † à uero discedo, † quia non est nisi pars auratura. Quæ singula persequi minutioris est curæ, etiam non oratorem instruentibus. Ἀντονομασία quæ aliquid pro nomine ponit, poëtis † quoq; modo frequentissima, & per epitheton, quia detracto eo cui apponitur, ualet pro nomine, Tytides, Pelides, & ex his quæ in quoque sunt præcipua:

† utroq;

Diuûm pater atq; hominum rex.

Et ex factis quibus persona signatur:

Thalamo quæ fixa reliquit Impius,

Oratoribus etiam si rarus eius rei, nonnullus tamen usus est. Nã ut Tytiden & Peliden non dixerint, ita dixerũt † impium pro parricida. Euersorem quoq; Carthaginis & Numantiæ pro Scipione, & Romanæ eloquẽtiæ principem pro Cicerone posuisse non dubitent. Ciccro ipse certe usus est hac libertate. Non multa peccas, inquit, illo fortissimo uiro senior magister. Neutrũ enim nomen positum est, & utrunq; intelligitur. Ονομαλοποιία quidem id est, fictio nominis, Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab his, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus uocẽ. Nã mugitus, & sibilus, et murmur inde uenerunt. Deinde tanq̃ consummata sint oĩa, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriãtur. Vix illa quæ προσαγόμενα uocant, quæ ex uocibus in usum receptis quocunq; modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt fullaturit, & prosripturit, atque laurcati postes pro illo, laurea coronati, ex eadẽ fictione

† impius & parricida

sunt. Sed hoc feliciter + eualuit, at contrà, uio pro eo infelicius. In Græcis obeliſco coludumo &c. dure etiã iungere uetamur qui toleranter uidere ſeptentriones uidemur. Eo magis neceſſaria καταχρήσις, quam recte diximus abuſionem, quæ non habentibus nomen ſuum, accommodat quod in proximo eſt, ſic: Euanuit.

Equum diuina Palladis arte Aedificant: & apud Tragicos: Et iam leo pariet, at pater eſt. Mille ſunt hæc, & acetabula quicquid habet, & pixides cuiuſcunq; materiæ ſunt, & parricida matris quoq; aut fratris interfector. Diſcernendumq; eſt hoc totum à tranſlatione genus, quod abuſio eſt, ubi nomen defuit, tranſlatio ubi aliud fuit. Nam poëtæ ſolent abuſiue etiam in his rebus, quibus nomina ſua ſunt, uicinis potius uti, quod rarũ in proſa eſt. Illa quoq; quidam καταχρήσεις eſſe uolunt, cũ pro temeritate uirtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem diſſonantia ſunt, quod in his non uerbum pro uerbo ponitur, ſed res pro re. Neque enim putat quiſquam & luxuriã & liberalitatem idem ſignificare, uerũ id quod ſit alius luxuriã eſſe dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium ſit, hæc eſſe diuerſa. Supereſt ex his quæ aliter ſignificant, μετάληψις, id eſt, tranſumptio, quæ ex alio in aliud uelut uiam præſtat, tropus & rariſſimus, & maxime improprius, Græcis tamen frequẽtior, qui Centaurum Chirona, & νόθους δοκοὺς ὄξεικας dicunt. Nos quis ferat, ſi Verrem ſuem, aut Lælium doctum nominemus? Eſt enim hæc in metalepſi Homerus, ἐνθεν ἄλεὰ νῆ σοισιν ἐπισσομένοισι θοῆσιν. Intelligit eñ natura, ut inter id quod tranſfertur ſit medius quidam

hoc uersu in fulas quas ὀξείας, id est, acutas uocat, synonyma quidem sunt θῆλυ & ὀξύ, ὀξὺ autē dicit ꝙd nō solū mobilitate quadam uelox ē sed etiā ī speciem in longitudinē & tenuitatē ꝓductum.

gradus, nihil ipse significās, sed præbentis transitū, quem tropum magis affectamus, ut habere uideamur, q̄ ut illo in loco desideremus. Nam eius frequentissimum exemplum est, Cano, canto, dico, ita cano, dico. Item est medium illud cano, nec diutius in eo morandum: nihil enim usus admodū uideo, nisi ut dixi in medijs, Cætera iam nō significandi gratia, sed ad ornandam modò non augendam orationem assumuntur. Ornat enim ἐπίθετον, quod recte dicimus appositum, à nōnullis sequens dicitur. Eo poëtæ & frequentius & liberius utuntur. Nanq; illis satis est cōuenire uerbo cui apponitur, & itaq; dētes albi, & humida uina in his non reprehendimus. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat. Tum autē efficitur, si sine illo quod dicitur minus est, qualia sunt: O scelus abominandum, ô deformem libidinē: Exornatur autem res tota maxime translationibus, cupiditas effrenata, & insanæ substructiones. Et solet fieri alijs adiunctis epitheton tropis, ut apud uergiliū, Turpis egestas, & Tristis senectus. Veruntamen talis est ratio huiusce uirtutis, ut sine appositis nuda sit, & uelut incompta oratio, ne oneretur tamē multis. Nā fit longa et impedita, ut in quæstionibus eam iudices similē agmini totidem lixas habenti, quod milites quoq;. In quo et numerus est duplex, nec duplum uirium, quanquam non singula modò, sed etiam plura uerba apponi solent, ut:

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Sed hoc quoq; modo duo uerba uni apposita, ne uersum quidem decuerint. Sunt autē quibus nō uideatur hic oīno

tropus, quia nihil uertat. Necesse est enim semper ut id quod est appositum, si à proprio diuiseris, per se significet, & faciat antonomasiam. Nam si dicas: Ille qui Carthagimem & Numantiã euertit, antonomasia est: si adiceris, Scipio appositum. Non potest ergo non esse iunctum. At ἀλλεγορία quam inuersionem interpretamur, aliud uerbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim cõtrarium. Prius, ut:

O nauis referent in mare te noui
Fluctus, ô quid agis fortiter occupa Portum.

Totus ẽ etiam ille Horatij locus, quo nauim pro republica, fluctuum tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atq; concordia dicit. Tale Lucretius: Lucre. lib. 4.

Inuia Pieridum peragro loca.

Et Vergilius: Georg. 2.

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor.
Et iam tempus equum spumantia soluere colla.

Sine translatione uero in Bucolicis:

Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollĩq; iugum demittere cliuo
Vsq; ad aquam, & ueteris confracta cacumina fagi;
Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam.

Hoc enim loco præter nomẽ cætera proprijs decisa sunt uerbis. Verum nõ pastor Menalcas, sed Vergilius est intelligẽdus. Habet usum talis allegoriæ frequẽter oratio, sed raro totius, plerunq; apertis pmixta est. Tota apud Ciceronem talis: Hoc miror enim, querorq; quenq; hominem ita pessundare alterũ uerbis uelle, ut etiã nauẽ psonaret, in qua ipse nauiget. Illud cõmixtum frequentissimũ,

Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putaui esse subeundas. Nisi adiecisset duntaxat fluctibus concionum, esset allegoria, nunc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessitis uerbis uenit, et intellectus ex proprijs. Illud uero longe speciosissimum genus orationis, in quo trium permixta est gratia, similitudinis, allegoriæ, & translationis. Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quãtos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunq; commutat aura rumoris. Namid quoq; in primis est custodiendum, ut quo ex genere cæperis translationis, hoc desinas. Multi autem, cum initiũ à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiũt, quæ est in consequẽtia rerũ fœdissima. Cæterum allegoria paruis quoq; ingenijs & quotidiano sermoni frequentissime seruit. Nam illa in agendis causis iam detrita, pedem conferre, & iugulum petere, & sanguinem mittere, inde sunt, nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo nouitas & cõmutatio, & magis inopinata delectant. Ideoq; iam in his amisimus modum, & gratiã rei nimia coaptatione consumpsimus. Est in exemplis allegoria, si non prædicta in oratione ponantur. Nã ut Dionysium Corinthi esse, quo Græci omnes utuntur, ita plura similia dici possunt. Hæc allegoria quæ est obscurior, ἄινιγμα dicitur, uitium meo quidem iudicio, siquidem

dicere dilucide, uirtus, quo tamen & poëtæ utuntur:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat cœli ſpatium non amplius ulnas.

Et oratores nonnunq; ut Cæcilius: Quadrantariam Clytemneſtrã, & in triclinio Choam, & in cubiculo nolam: Nanq; & nunc quædã ſoluuntur, & tum erant notiora cum dicerentur, & ænigmata ſunt tamẽ, nec ea niſi quis interpretetur intelligas. In eo uero genere quo cõtraria oſtenduntur, ἐιρωνεία eſt, illuſionẽ uocant, quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut perſona, aut rei natura. Nã ſiquæ earum uerbis diſſentit, apparet diuerſam eſſe orationi uoluntatem, quanq; in plurimis id tropis accidit, ut interſit quid de quo dicatur. Quia, quod dicitur alibi, uerum eſt, aut laudi ſimulatione detrahere, aut uituperationi laude conceſſum eſt. Quale eſt, quod C. Verres Prætor urbanus, homo ſanctus & diligens, ſubſortitione neminem eius in eo die non haberet. Et contrà. Oratores uiſi ſumus, & populo impoſuimus. Aliquando cum riſu quo dam contraria dicuntur his, quæ intelligi uolunt, quemadmodum in Clodium: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita anteacta ſeruauit. Præter hæc uſus eſt allegoriæ, ut triſtia dicamus melioribus uerbis, aut bonæ rei gratia quædã cõtrarijs ſignificemus, aliud textu, quæ & enumerauimus. Hæc ſiquis profecto ignorat, quibus Græci nominibus appellent, σαρκασμὸν, ἀσσοσμὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν, dici ſciat. Sunt etiã qui hæc non ſpecies allegoriæ, ſed ipſa tropos dicũt, acri quidẽ ratione, quod illa obſcurior ſit, & in his oĩbus aperte

appareat quod uelimus. Cui accedit hoc quoq;, quod genus cum diuiditur in ſpecies, nihil habet proprium, ut arboris ſpecies ſunt pinus, & olea, & cupreſſus, & ipſius ꝑ ſe nulla proprietas. Allegoria uero habeat aliquid proprium, quod quo modo fieri poteſt, niſi ipſa ſpecies eſſe? Sed ad utendũ nihil refert. Adijcitur his μυκτηρισμός, ſimulatus quidem, ſed non latens deriſus. Pluribus autem uerbis, cum id quod uno aut paucioribus certe dici poteſt, explicatur, περίφρασιν uocant, circuitum loquendi, qui nonnunquam neceſſitatem habet, quoties dictu deformia operit, ut Salluſt. Ad requiſita naturæ. Interim ornatũ petit ſolũ, qui eſt apud poëtas frequẽtiſſimus, ut:

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris,
Incipit, & dono diuûm gratiſſima ſerpit.

Et apud oratores non rarus, ſemper tamen aſtrictior. Quicquid enim ſignificari breuius poteſt, & cum ornatu latius oſtenditur, περίφρασις eſt, cui nomen latine dutio. Verum hæc ut cum decorem habet, periphraſis, ita cum in uitium incidit, περισσολογία dicitur. Obſtat enim quicquid non adiuuat. ὑπέρθετον quoq;, id eſt, uerbi tranſgreſſionem, quam frequẽter ratio cõparationis & decor poſcit, non immeritò inter uirtutes habemus. Fit enim frequentiſſime aſpera, & dura, & diſſoluta, & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui uerba rediga tur, & ut quodq; oritur, ita proximis etiam ſi uinciri nõ poteſt alligetur. Differenda igitur quædam & præſumenda, atq; ut in ſtructuris, lapidum impoliti orum loco

quo quisq; conuenit ponẽdus. Non enim recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmentata se magis iungant, sed utendum his qualia sunt, eligendæq; sedes. Nec aliud potest sermonem facere numerosum, quàm opportuna ordinis mutatio. Neq; alio, καταστροφὴ χθὲς εἰς πρωΐαν. Platonis inuenta sunt quatuor illa uerba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum descendisse significat, pluribus modis scripta, quod cum quoq; maximi facere experiretur. Verum id cum duobus uerbis fit. Ἀναστροφὴ dicitur, reuersio quædam, qualia sunt uulgò, mecum, secum, apud Romanos oratores & historicos. Quibus de rebus cum decoris gratia contrahitur longius uerbum, proprie hyperbati tenet nomen, ut Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum, & incomptum poëtis, qui etiam uerborũ diuisionem faciunt, & transgressionem:

Hyperboreo septem subiecta trioni,

quod oratio nequaquam recipiet. At id quidẽ est propter quod cum dicitur tropus fit, quia componendus est è duobus intellectibus. Alioqui ubi nihil ex significatione mutatum est, & structura sola uariatur, figura potius uerborum dici potest, sicut multi ex his narrationem longis mutant hyperbatis. Ex confusis quæ uitia accidunt, suo loco dicamus. Ὑπερβολὴ audacioris ornatus summo loco posui. Est hæc + dementiens supericctio. Virtus eius ex diuerso par augendi atque minuendi fit pluribus modis: Aut enim plus facto dicimus, sicut:

+ de casuris uel de mensuris.

Vomens, fruſtis eſculentis gremium ſuum, & totum tribunal impleuit.

Geminiq; minantur, In cœlum ſcopuli.

Aut res per ſimilitudinem attollimus: Credas innare reuulſas Cyclades Aut per cõparationem, ut: Fulminis ocyor alis. Aut ſignis quaſi quibuſdam, Illa uel intactæ ſegetis per ſumma uolaret Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.

Vel tranſlatione, ut ipſum illud uolaret. Creſcit interim hyperbole alia inſuper addita, ut Cicero in Antonium dicit: Quæ Charybdis tam uorax? Charybdim dico, quæ ſi fuit, fuit animal unum. Oceanus mediuſſidius uix uidetur tot res, tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam citò abſorbere potuiſſe. Exquiſitam uero figuram huius rei deprehendiſſe apud principem lyricorum Pindarũ uideor, in libro quẽ inſcripſit νόμους. Is nanq; Herculis impetum aduerſus Meropas, qui in inſula Coo dicuntur habitaſſe, non igni, nec uentis, nec mari, ſed ſomni dicit ſimilem fuiſſe, ut illa minora hoc par eſſet. Quod imitatus Cicero illa compoſuit in Verrem: Verſabatur in Sicilia longo interuallo, nõ Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam inſula multos & crudeles tyrannos) ſed nouum quoddam monſtrum ex uetere illa immanitate, quæ in iiſdem uerſata locis dicitur. Non enim Charybdim tam infeſtam, neq; Scyllam nauibus, quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Nec paucIora ſunt genera minuendi: Vix oſſibus hærent.

Et quod Cicero in quodam ioculari libello:

Fundum Varro uocat quem posim mittere funda,
Ni tamen exciderit, qua caua fundat patet.

Sed huius quoq; rei seruetur mensura quædam, quamuis est enim omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum, nec alia magis uia in κακοζηλίαμ itur. Piget referre plurima hinc orta uitia, cum præsertim minime sint ignota & obscura. Monere satis est mentiri hyperbolen, nec ita ut mendacio fallere uelit. Quo magis intuendum est quousq; deceat extollere, quod nobis non creditur. Peruenit hæc res frequentissime ad risum, qui si + aptus est, urbanitatis: sin aliter, stultiæ nomen assequitur. Est autem in usu uulgò quoque, & inter ineruditos, & apud rusticos, uidelicet quod natura est omnibus augendi res, uel minuendi cupiditas insita, nec quisquam uero contentus est. Sed ignoscitur, quia non affirmamus. Tum est hyperbole uirtus, cum res ipsa de qua loquendum est, naturalem modum excessit. Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantum est, non potest, meliusq; ultra, q̃ citra stat oratio. Sed de hac satis, quia eundem locum plenius in eo libro quo causas corruptæ elocutionis reddebamus, tractauimus.

+ captatus

FINIS Libri octaui.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA LIBER NONVS.

In quo differant Figuræ à Tropis. CAP. I.

VM sit proximo libro de tropis dictum, sequitur pertinẽs ad figuras, quæ schemata græce uocãtur, locus, ipsa rei natura cõiunctus superiori. Nam plerique has tropos esse existimauerũt, quia siue ex hoc dixerint nomen, quod sint formati quodã modo, siue ex eo quod uertant orationem, unde & motus dicuntur, fatendum erit esse utrunq; eorum etiam in figuris. Vsus quoq; est ẽdem. Nam & uim rebus adijciunt, & gratiam præstãt. Nec desunt qui tropis figuræ nomen imponant, quorum est C. Artorius Proculus. Quin adeò similitudo manifesta est, ut eam discernere non sit in promptu. Nam quo modo quædam in his speciebus planè distant, manente tamẽ generali illa societate, quod utraq; res à recta et simplici ratione cum aliqua dicendi uirtute deflectitur, ita quædam perquam tenui limite diuiduntur, ut cum ironia tam inter figuras sententiæ, quàm inter tropos reperiatur. Περίφρασιν aũt, & ὑπέρβατον, & ὀνομαλλοιοποιίαν, & ἐπίθετον, clari quoq; autores figuras uerborum, potius q̃ tropos dixerunt. Quo magis signanda est utrius q; rei differẽtia. Est igitur tropus sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliã, ornandæ ora-

Tropus.

tionis gratia, uel (ut plerique Grammatici finiunt) dictio ab eo loco in quo propria est trãslata in cum, in quo pro pria non est. Figura, sicut nomine ipso patet, cõformatio quædam orationis remota à communi & primum se offe rente ratione. Quare in tropis ponuntur uerba alia pro alijs, ut in μεταφορᾷ, μετωνυμίας, et ἀντονομασίας, μετα λήψει, σωεκδοχῇ, καταχρήσει, ἀλληγορίᾳ, ὑπερβολῇ ple rung; Ἀλληγορία nanq; et rebus sit & uerbis, ὀνόματα ποιΐα fictio est nominis. Ergo hoc quoq; pro alijs poni tur, quibus usuri fuimus, si illud nõ fingeremus. Περίφρα σις, etiam si frequenter & id ipsum in cuius locũ assumi tur, nomen cõplecti solet, utitur tamẽ pluribus pro uno. Ἐπίθετον quoniam plerunq; habet antonomasiæ partem, cõiunctione eius fit tropus. In ὑπερβάτῳ cõmutatio est or dinis. Ideoq; multi tropis hoc genus eximũt. Transfert tamen uerbum, aut partẽ eius à suo loco in alienum. Ho rum nihil in figuras cadit. Nam & proprijs uerbis, & ordine collocatis fieri figura potest. Quomodo autẽ Ironia alia sit tropi, alia schematis, suo loco reddam. No mime enim fateor esse commune. Hæc scio q̃ multiplicem habeant, quamq; scrupulosam disputationem, sed ea non pertinet ad præsens meum propositũ. Nihil enim refert quomodo appelletur utrumlibet eorum, si quid orationi prosit, appareat. Nec mutatur uocabulis uis rerũ. Et si cut homines si aliud acceperunt q̃ quod habuerant no men, ijdem sunt tamen, ita hæc de quibus loquimur, siue tropi, siue figuræ dicentur, idẽ efficient. Non enim no minibus prosunt, sed affectibus, ut statũ coniecturalẽ, an

Schema.

inficialem, an facti, an substantiæ, an de substantia nominemus, nihil interest, dum idem quæri sciamus. Optimum ergo in his sequi maxime recepta, & rem ipsam quocunque appellabitur modo intelligi. Illud tamen notandum, coire frequenter in easdem sententias, & tropon, & figuram. Tam enim translatis uerbis, q̃ proprijs figuratur oratio. Est autem non mediocris inter autores dissensio, & quæ uis nominis eius, & quot genera, & q̃ multæ sunt species. Quare primũ intuendum est quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: Vno, qualiscũq; forma sentẽtiæ, sicut in corporibus, in q̃ bus quoquo modo sunt composita, utiq; habitus est aliquis: Altero, quo proprie schema dicitur, in sensu uel sermone aliqua à uulgari & simplici specie cũ ratione mutatio, sicut nos sedemus, incumbimus, respicimus. Itaque cum in eosdem casus, aut tempora, aut numeros, aut etiã pedes, continuò quis aut certe nimium frequenter incurrit, præcipere solemus uariandas figuras esse uitandæ similitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquã omnis sermo habeat figuram. Itemq; eadem figura dicimus curritare, qua lectitare, id est, eadem ratione declinari. Quare illo intellectu priore & communi nihil non figuratum est. Quo si contenti sumus, non immeritò Apollodorus, si tradenti + Cælio credimus, incomprehensibilia partis huius præcepta existimauit. Sed si habitus quidam, & quasi gestus sic appellandi sunt, id demũ hoc loco schema + dici oportebit, qd̃ sit à simplici ac in promptu posito dicẽdi modo, poẽticæ uel oratoriæ mutatum.

Figura quõ accipienda.

+ Cæcilio

+ accipi

Sic enim uerum erit, aliam esse orationem ἄσχημάτισον, id est carentem figuris, quod uitium non inter minima est, alia ἐσχηματισμένην, id est, figuratam, Verum id ipsum anguste tamen & Cælius terminauit, qui id solum putauerit schema, quo aliud simulatur dici quàm dicitur. Sanè uulgò quoq; sic accipi scio. Vnde & figuratæ cõtrouersiæ quædam, de quibus paulò post dicam, uocantur. Ergo figura sit arte aliqua + nouata forma dicendi. Genus eius unum quidam putauerunt, in hoc ipso diuersas opiniones secuti. Nam hi quia uerborum mutatione sensus quoque uerterent, omnes figuras in uerbis esse dixerũt. Illi, quia uerba rebus accommodarentur, omnes in sensibus. Qu trũ utraq; manifesta cauillatio est. Nam ut eadem dici solent aliter atq; aliter, manetq; sensus elocutione mutata, ita & figura sententiæ, plures habere uerborum figuras potest. Illa est enim posita in concipienda cogitatione, hæc in enuncianda, sed frequentißime coëunt, ut in hoc: Iamiam Dolobella neque me tui, neque tuorum liberûm. Nam oratio à iudice auersa, in sententia iamiam, et liberûm, in uerbis sunt schemata. Inter plurimos enim, quod sciam, consensum est duas eius esse partes, διανοίας, id est mentis uel sensus uel sententiarũ, nam his omnibus modis dictũ est: et λέξεως, id est uerborũ, uel dictionis, uel elocutionis, uel sermonis, uel orationis. Nam & uariatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celsus adijcit uerbis & sententijs figuras colorum, nimia profectò cupiditate ductus. Nam quis ignorasse eruditum alioqui uirum credat colores & sententias sen-

fuum esse? Quare sicut omnẽ orationem, ita figuras quo
que uersari necesse est in sensu & in uerbis. Vt uero na
tura prius est concipere animo res quàm enunciare, ita
de his figuris antè loquendum est quæ ad memem perti
nent, quarũ quidem utilitas tũ magna, tum multiplex, in
nullo non orationis opere uel clarißime elucet. Nam etsi
minime uidetur pertinere ad probationem qua figura
quicq; dicatur, facit tamen credibilia quæ dicimus, & in
animos iudicum qua non obseruatur irrepit. Nanq; ut in
armorum certamine, et aduersos ictus, & rectas ad sim
plices manus tum uidere, tum etiam cauere ac propulsa
re facile est, auersæ tectæq; minus sunt obseruabiles, &
aliud ostendisse quàm petas artis est: sic oratio quæ astu
caret, pondere, mole, & impulsu preliatur. Similanti us
†incutere riantiq; conatus, in latera atque in terga †incurrere da
tur, & arma aduocare, & uelut †nutu fallere. Iam uero
†nictu affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus mul
tum ad motum animorũ ualet, quanto plus orationis ipsa
us uultus ad id quod intẽdimus efficere compositus? Plu
rimum tamen ad commendationem facit, siue in concilio
†motibus audis agentis †moribus, siue ad prõmerendũ actioni fa
uorem, siue ad leuãdum uarietate fastidium, siue ad quæ
dam uel decentius indicãda uel tutius. Sed antequã quæ
cuiq; rei figura conueniat ostendo, dicendum est nequa
quam esse tam multas, quàm sint à quibusdam constitu
tæ. Neq; enim me mouent nomina illa quæ fingere utiq;
Græcis promptißimum est. Ante omnia igitur illi qui
totidem figuras putant quot affectus, repudiandi, non

quia affectus non sit qualitas quædam mentis, sed quia figura, quam non communiter, sed proprie nominamus, non sit simplex rei cuiuscunq; enuntiatio. Quapropter in dicendo irasci, dolere, misereri, timere, confidere, contemnere, non sunt figuræ, non magis quàm suadere, minari, rogare, excusare. Sed fallit parum diligenter intuentes, quod inueniunt in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex orationibus excerpunt. Neque enim pars una dicendi est, quæ non recipere eas possit. Sed aliud est admittere figuram, aliud figuram esse. Neq; enim uerebor explicandæ rei gratia frequentiorem eiusdem nominis repetitionem. Quare dabunt mihi aliquam irascente, deprecante, miserante figuram, scio, sed non ideo irasci, misereri, deprecari figura erit. Cicero quidem omnia orationis lumina in hunc locum congerit, medium quandam, ut arbitror, secutus uiam, ut nec omnis sermo schema iudicaretur, nec ea sola quæ haberent aliquam remotam ab usu communi fictionem, sed quæ essent clarissima, & ad mouendum auditorem ualerent plurimum, quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci, ne fraudarem legentes iudicio maximi auctoris. In tertio de Oratore ita scriptum est: In perpetua autem oratione, cum & coniunctionis lenitatem, & numerorum, quam dixi, rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atq; uerborum. Nam & commoratio una in re permultum mouet, & illustris explanatio rerum, atq; quasi gerantur sub aspectum penè subiectio, quæ &

in exponenda re plurimum ualet, & ad illustrandum id quod exponitur, & ad amplificandum, ut his qui audient illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse uideatur. Et huic contraria sæpe præcisio est, & ad plus intelligendum quàm dixeris significatio, & + districte concisa breuitas, & extenuatio, & huic adiuncta illusio, à præceptis Cæsaris non abhorrēs, & ab re digressio: in qua cum fuerit delectatio, tum reditus ad rem aptus, et + concinnus esse debebit, propositio q; quid sis dicturus, & ab eo quod est dictum seiunctio, & reditus ad propositum, & iteratio, & rationis aptæ conclusio, tum augendi minuendi ue causa ueritatis superlatio, atq; traiectio, & rogatio, atque huic finitimæ quasi percōtatio, expositio q; sententiæ suæ, tum illa quæ maxime quasi irrepit in hominum mentes, alia dicentis + simulantis ac + significantis dissimulatio, quæ est periucunda cum in orationis non contentione, sed sermone tractatur. Deinde dubitatio, tum distributio, tum correctio, uel antè uel postquam dixeris, uel cum aliquid à te ipso reijcias. Præmunitio est etiam ad id quod aggrediare, & reiectio in alium, cōmunicatio, quæ est quasi cum his apud quos dicas, deliberatio, morum ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos uel maxime, sæpe autem etiam ad commouēdos. Personarum ficta inductio, uel grauissimum lumen augendi, descriptio, erroris inductio, ad hilaritatem impulsio, aut occupatio, cum duo illa quæ maxime mouent, similitudo & exemplum, dige

+ distincte apud Cicer. legitur.

+ conueniēs

stio, interpellatio, contentio, reticentia, cõmendatio, uox quædam libera, atque etiam effrenatior augendi causa, iracũdia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio breuis à proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atq; execratio. His ferè luminibus illustrant orationem sententiæ. Orationis autem ipsius tanquam armorum, est uel ad usum comminatio & quasi petitio, uel ad uenustatẽ ipsam tractatio. Nam et geminatio uerborum habet interdum uim, leporem aliâs, et paululum immutatum uerbum atq; deflexum, & eiusdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremum conuersio, & in eadem uerba impetus & cõcursio, & adiunctio, & progressio, & eiusdem uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbi, & illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter, aut quæ paribus paria referunt, aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam & conuersio, & uerborum continua transgressio, & contrarium & dissolutũ, & declinatio, & reprehensio, & exclamatio, & imminutio, & quod in multis casibus ponitur, et quod de singulis rebus propositis ductũ refertur ad singula, & ad propositum ratio subiecta, & item in distributis supposita ratio, & +permissio, & rursus alia dubi +promissio tatio, & improuisum quiddam, & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio, & continuatum, & interruptum, & imago, & sibijpsi responsio, & immutatio, et disiunctio, & ordo, & relatio, & digressio, & circumscriptio. Hæc enim sunt ferè, atq; horum similia, uel plu

ra etiam esse possunt, quæ sententijs orationem, uerbo-
rumq; conformationibus illuminent. Eadem sunt in ora
tore plurima, non omnia tamen, & paulo magis distin-
cta, quia post orationis & sententiarum figuras, tertio
um quendam locum subiecit ad alias, ut ipse ait, quasi uir
tutes dicendi pertinentem. Et reliqua ex collatione uer-
borum, quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt
ornatum orationi. Sunt enim similia illis quæ in amplo
ornatu scenæ aut fori appellantur insignia, non quia so-
la ornent, sed quod excellant. Eadem ratio est horum
quæ sunt orationis lumina, & quodam modo insignia,
aut cum duplicantur iteranturq; uerba, aut breuiter cō
mutata ponuntur, aut ab codē uerbo ducitur sæpius ora
tio, aut in idem conijcitur, aut in utrunque, aut adiungi-
tur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur, aut
continenter unum uerbum non in eadem sententia ponī
tur, aut cum similiter uel cadunt uerba, uel desinunt, aut
cum multis modis contrarijs relata contraria, aut cum
gradatim sursum uersus+reditur, aut cum demptis con
iunctionibus dissolute plura dicuntur, aut cum aliquid
prætereuntes cur id faciamus ostēdimus, aut cum corri
gimus nosmetipsos quasi reprehēdentes, aut si est aliqua
exclamatio, uel admirationis uel conquestionis, aut cum
eiusdem nominis casus, sæpius commutantur. Sententia-
rum maiora ornamenta sunt, quibus quia frequētissime
Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquē
tiam maxime esse laudabilem. Enimuero nullus ferè ab
eo locus sine quadam confirmatione sententiæ dicitur,

+tenditur

nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes, aut certe ple-
raſque aliqua ſpecie illuminare ſententias. Quas cum tu
optime Brute teneas, quid attinet nominibus uti, aut ex-
emplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicet ille
quem expetimus, ut uerſet ſæpe multis modis eadem, &
in una re hæreat, in eademq; cõmoretur ſententia. Sæpe
etiam ut extenuet aliquid, ſæpe ut irrideat, aut declinet
à propoſito, deflectátque ſententiam, ut proponat quid
dicturus ſit, ut cum tranſegerit iam aliquid definiat, ut
ſe ipſe reuocet, ut quod dixerit iteret, ut argumentum
ratione concludat, ut interrogando urgeat, ut rurſus
quaſi ad interrogata ſibiipſe reſpondeat, ut contrà ac
dicat, accipi & ſentiri uelit, ut addubitet quid potius,
aut quo modo dicat, ut diuidat in partes, aut aliquid re
linquat, ut negligat, ut ante præmuniat, ut in eo ipſo in
quo reprehendatur, culpam in aduerſarium conferat, ut
ſæpe cum his qui audiunt, nonnunquam etiam cum ad-
uerſario quaſi deliberet, ut hominum mores ſermonesq;
deſcribat, ut muta quædam loquentia inducat, ut ab eo
quod agitur auertat animos, ut ſæpe in hilaritatẽ riſúm-
ue cõuertat, ut antè occupet quod putat opponi, ut com
paret ſimilitudines, utatur exemplis, ut aliud alij tribu-
ens diſpertiat, ut interpellatorẽ coërceat, ut aliquid reti
cere ſe dicat, ut denũciet quid caueat, ut liberius quid au
deat, ut iraſcatur etiam, ut obiurget aliquando, ut depre
cetur, ut ſupplicet, ut medeatur, ut à propoſito declinet
aliquantulũ, ut optet, ut exoretur, ut fiat his apud quos
dicit familiaris, atque alias etiam dicendi quaſi uirtutes

+uideat

sequatur breuitatem, si res petet. Sæpe etiam rem dicendo subijciet oculis, sæpe suprà feret rem quàm ferri possit, significatio sæpe erit maior quàm oratio, sæpe hilaritas, sæpe uitæ naturarumq; imitatio. Hoc in genere (nã quasi syluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

Hactenus Ciceronis uerba ex perfecto oratore recitauit.

De Figuris Sententiarum CAP. II.

ERgo cui latius complecti conformationes uerborũ ac sententiarũ placuerit, habet quod sequatur, nec affirmare ausim quicquã esse melius, sed hæc ad propositi mei rationem legat. Nam mihi de his sentẽtiarum figuris dicere in animo est, quæ ab illo simplici modo inducendi recedunt, quod idem multis doctißimis uiris uideo placuisse. Omnia tamen illa, etiam quæ sunt alterius modi lumina, adeò sunt uirtutes oratiõis, ut sine his nulla intelligi uere possit oratio. Nã quo modo iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio, promissio, finitio, + seiunctio, expositio, sententiæ siue rationis apta conclusio, præmunitio, similitudo, exemplum, digressio, distributio, interpellatio, interpellantis coërtio, contentio, purgatio, læsio? Quid uero agit omnino eloquentia detractis amplificandi minuendiq; rationibus? Quarum prior desiderat illam plus quàm dixeris significationem, id est ὑπερβολήν, & superlationem ueritatis, & traiectionem. Hæc altera extenuationem deprecationem q; . Qui affectus erunt uel concitati, detracta uoce liberæ, effrenatiore iracundia, obiurgatione, optatione, execratione: uel illi mitiores, nisi adiuuamur commen-

+ sectio

datione, conciliatione, ad hilaritatem impulsione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter saltem docti hominis indicium, nisi alia repetitione, alia commoratione insistere, digredi à re, & redire ad propopositum suum scierit, remouere à se, in alium traijcere, quæ relinquenda, quæ contemnenda sunt iudicare? Motus est in his orationis atq; actus, quibus detractis iacet, & uelut agitante corpus spiritu caret. Quæ cum adesse debent, tum disponenda atq; uarianda sunt, ut auditorem, quod in fidibus fieri uidemus, omni sono permulceãt. Verum ea plerunq; recta sunt, nec se fingunt, sed confitentur. Admittunt autem, ut dixi, figuras, quod uel ex proximo doceri potest. Quid enim tam commune quàm interrogare, uel percontari? Nam utroq; utimur indifferenter, cum alterum noscendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At res utrocunq; modo dicatur, etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab his quibus acrior & uehementior fit probatio, quod primo loco posuimus. Simplex est sic rogare:

Sed uos qui tandem, quibus aut ueniistis ab oris?

Figuratum autem, quoties non scisitandi gratia assumitur, sed instandi: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Et: Quousq; tandem abutere Catilina patientia nostra? Et: Patêre tua consilia non sentis? Et totus deniq; hic locus. Quanto enim magis ardet, quàm si diceretur: Diu abuteris patientia nostra. Et: Patent tua consilia. Interrogamus etiam quod negari non possit. Dixit'ne tandem causam Caius Fidi- Interrogationũ modi XI.

culanius Facula? Aut ubi respondendi difficilis est ra-
+Quomodo quidem fieri potest
tio, ut uulgò uti solemus. + Quomodo? quî fieri potest?
Aut inuidiæ gratia, ut Medea apud Senecam:

Quas peti terras iubes?

Aut miserationis, ut Simon apud Vergilium:

Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora possunt
Accipere? Aut instandi, et auferendæ dissimu-
lationis, ut Asinius: Audis ne, furiosam inquam non
inofficiosum testamentum reprehendimus. Totum hoc
plenum est uarietatis. Nam & indignationi conuenit:
Aeneid. 1. Et quis q̃ numen Iunonis adoret? Et admirationi:

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Et interim acrius imperandi genus:

Non arma expedient, totaq; ex urbe sequentur?

Et ipsi nosmet rogamus, quale est illud Terentianũ:

Quid igitur faciam?

Respondendi figura.
Est alia etiam in respondendo figura, cum aliud interro-
ganti, ad aliud quia sic utilius sit, occurritur, tum augen-
di criminis gratia, ut testis in reum rogatus, an ab reo
fustibus uapulasset: Innocens inquit. Tũ declinandi quod
est frequentissimum. Quæro an occideris hominem, res-
pondetur, latronem. An fundum occupaueris, respon-
detur meum, ut confessionem præcedat defensio. Vt apud
Vergilium in Bucolicis dicenti:

Non ego te uidi Damonis pessime caprum
Excipere insidijs, Occurritur:
An mihi cantando uictus non redderet ille?

Cui est confinis dissimulatio, non alibi quàm in risu posita, ideoq; tractata suo loco. Nam seriò si fiat, pro confessione est. Cæterum etiam interrogandi seipsos, & respondendi sibi solent esse non ingratæ uices, ut Cicero pro Ligario: Apud quem igitur hæc dico? nempe apud eum qui cum hoc sciret, tamen me antequam uidit, reipublicæ reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatione: Dicet aliquis: Hæc igitur est tua disciplina? Sic tu instituis adolescentes? & totus locus, deinde: Ego si quis iudices hoc robore animi, atq; hac indole uirtutis, ac continentiæ fuit, & cætera. Cui diuersum est, cum alium rogaueris, non expectare responsum, & statim subijcere: Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas, quod schema quidam per + subiectionem uocant. Fit & comparatione. Vter igitur facilius suæ sententiæ rationem redderet, & alijs modis tum breuius, tum latius, tum de una re, tum de pluribus. Mire uero in causis ualet præsumptio, quæ πρόληψις dicitur, cum id quod obijci potest occupamus. Id neq; in alijs partibus parum est, & præcipue proœmio conuenit. Sed quanquam generis unius, diuersas tamen species habet. Est enim quædam præmunitio, qualis Ciceronis contra Q. Cæcilium, quod ad accusandum descendat qui semper defenderat. Quædam confessio, ut pro Rabirio Posthumo, quem sua quoque sententia reprehendendum fateretur, quod pecuniam regi crediderit. Quædam prædictio, ut: Dicam enim non augendi criminis gratia. Quædam emẽdatio, ut: Rogo ignoscatis mihi si longius fum euectus. Free

Dissimulatio.

Subiectio.

+ suggestionem

Præsumptio.

In diuinatione.

quentissima præparatio, cum pluribus uerbis, uel quare facturi quid simus, uel quare fecerimus dici solet. Verborum quoque uis ac proprietas confirmatur uel præsumptione: Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit: aut reprehensione: Ciues inquam, si hoc eos apellari nomine fas est. Affert aliquam fidem ueritatis et dubitatio, cum simulamus quærere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit, cuiusmodi exemplis plena sunt omnia. Sed unum interim sufficit: Equidem quod ad me attinet, quò me uertam nescio: Negem fuisse infamiam iudicij corrupti? & cætera. Hoc etiam in præteritum uelet. Nam & dubitasse nos fingimus. A quo schemate non procul abest illa quæ dicitur communicatio, cum aut ipsos aduersarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cluentia illa: At illa nescit trepida, quid liceat fœminæ, quid cõiugem deceat, fortè uos in illa + solicitudine obuios eius miseræ mulieri obtulit, tu frater, uos paterni amici, quod consilium datis? Aut cum iudicibus quasi deliberamus, quod est frequentissimum: Quid suadetis, & uos interrogo, quid tãdem fieri oportuit? ut Cato: Cedo, si uos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Et alibi: Communem rẽ agi putatote, ac uos huic rei præpositos esse. Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum subiungimus, quod & per se schema est, ut in Verrem Cicero: Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam aliquam? Deinde cum diu suspendisset iudicum animos, subiecit quod multò esset improbius. Hoc Celsus

Dubitatio.

Communicatio.

+ solitudine

sustentationem uocat. Est autem duplex. Nam contrà, frequenter cum expectationem grauissimorum fecimus, +ad aliquid quod sit leue, aut nullo modo crimino sum, +descendimus. Sed quia non tantum per communicationem fieri solet, παράδοξον alij nominauerunt, id est inopinatum. Illis non accedo, qui schema esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus inexpectatũ accedisse, ut Pollio: Nunquam fore credidi iudices, ut reo Scauro nequid in eius iudicio gratia ualeret precarer. Est penè idem fons illius, quam permissionem uocant, qui communicationis, cũ aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimanda, aliqua nonnunquam aduersarijs quoq;, ut Caluus Vatinio: Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quàm Catonem. Quæ uero sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, constat maxime simulatione. Nanq; & irasci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, et optare, quæq; sunt similia his, fingimus. Inde sunt illa: Liberatus sum, respiraui, & bene habet, & quæ amentia est hæc? Et: O tempora, ô mores, ô miserum me, consumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Et: Magnæ nunc hiscite terræ. Quod exclamationem quidam uocant, ponuntq; inter figuras orationis. Hæc quoties uera sunt, non sunt in ea forma de qua nunc loquimur, sed assimulata & arte composita procul dubio schemata sunt existimanda. Quod idẽ dictum sit de oratione libera, quã Cornificius licẽtiam uocat, Græci παῤῥησίαν. Quid enim minus figuratum, quàm uera liber-

Sustentatio.

+aliquid
+ descendim⁹
παράδοξον.

Permissio.

Simulatio.

Exclamatio.

παῤῥησία.

tas? Sed frequenter sub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario: Suscepto bello Cæsar gesto iam ex parte magna, nulla ui coactus, cõsilio ac uolũtate mea, ad ea arma profectus sum, quæ erant contra te sumpta. Non solum ad utilitatem Ligarij respicit, sed magis laudare uictoris clementiam non potest. In illa uero sententia: Quid autem aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? admirabiliter utriusque partis facit bonam causam, sed hoc eum demeretur cuius malas fuerat. Illa adhuc audaciora, & maiorum, ut Cicero existimat, laterum, fictiones personarum, quæ προσωποποιΐαι dicũtur. Mire nanq; tum uariant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes, uelut secum loquentium protrahimus, quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus, suadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miserando personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam populiq; uoces accipiunt. Ac sunt quidam qui has demum προσωποποιΐας dicant, in quibus et corpora & uerba fingimus. Sermones hominum aßimulatos dicere Διαλόγους malunt, quàm quod Latinorum quidam dixerunt, sermocinationem. Ego iam recepto more utrunque eodem modo appellaui. Nam certe sermo fingi non potest, ut non personæ sermo fingatur. Sed in his quæ natura non permittit, hoc modo mollior fit figu-

Prosopopœia.

Propter Euripidis hoc ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα. &c.

Dialogi.

ra. Etenim si mecum patria, quæ mihi mita mea multò est charior, si cuncta Italia, si omnis respub, sic loquatur: Marce Tulli quid agis? Illud audacius genus: Quæ tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te. Cõmode etiam apud nos aliquas ante oculos esse rerũ † personarum ue imagines fingimus, aut eadem aduersarijs, aut iudicibus non accidere miramur, qualia sunt: Videtur mihi, &: nónne uidetur tibi? Sed magna quædam uis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibilia natura necesse est aut magis moueant, quia supra uera sunt: aut pro uanis accipiantur, quia uera non sunt. Vt dicta autem quædam, ita scripta quoq; fingi solent, quod facit Asinius pro Liburnia: Mater mea, quæ mihi tum charissima, tum dulcissima fuit, mihi uixit, bisq; eadem die mihi uitam dedit, & reliqua, deinde, exhæres esto. Hæc tum per se figura est, tum duplicatur, quoties sicut in hac causa ad imitationem alterius scripturæ componitur. Nam contrà recitabatur testamentum: P. Nouani us Gallio, cui ego omnia meritissimo uolo, & debeo, pro eius animi in me summa uoluntate, & adiectis deinde alijs, hæres esto. Incipit esse quodammodo παρῳδία, quod Parode. nomen ductũ à canticis ad aliorum similitudinẽ modulatis, abusiue etiam in uersificationis ac sermonum imitatione seruatur. Sed formas quoque fingimus sæpe, ut famã Vergilius uoluptatem ac uirtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus ut mortem ac uitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. Est &

† personarum uocum imagines

Ficta oratio.

incertæ personæ ficta oratio: Hic aliquis. &, Dicat aliquis. Est & iactus sine persona sermo:

Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Quod fit mixtura figurarũ, cum προσωποποιία accedit illa, quæ est orationis per detractionem, detractũ est enim, quis diceret. Vertitur interim προσωποποιία in speciem narrandi. Vnde apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones, ut in Titi Liuij primo statim libro:

Obliqua allocutio, cum oratio refertur quidem infinitis uerbis, sed finita sententia.

Vrbes quoq; ut cætera ex infimo nasci, deinde + quæ sua uirtus ac dij iuuent, magnas opes sibi, magnum nomen facere. + Auersus quoq; à iudice sermo, qui dicitur ἀποσροφὴ, mire mouet, siue aduersarios inuasimus: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat?

+ quos sua uirtus ac dij iuuerint + Auersio q̃que sermonis, qui dicitur.

Siue ad inuocationem aliquam conuertimur: Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci. Siue ad inuidiosam imploratione: O leges Porciæ, legesq; Semproniæ. Sed illa quoque uocatur auersio, quæ à proposita quæstione abducit audientem:

Auersio.

Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuraui. Quod fit & multis & uarijs figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus uideri posse ignorantibus, quale est prooemium pro Cælio: Illa uero (ut ait Cicero) sub oculos subiectio tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta ostenditur, nec uniuersa, sed per partes, quẽ locum proximo libro subiecimus euidentiæ. Et Celsus hoc nomen isti figuræ dedit, ab alijs ὑποτύπωσις dicitur, proposita quædam formarerũ ita

Subiectio.

Hypotypôsis.

expressa uerbis, ut cerni potius uideatur q̃ audiri: ipse inflammatus scelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solum quæ facta sint aut fiant, sed etiam quæ futura sint aut futura fuerint, imaginamur. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius si Prætur㊣ inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporum, quæ proprie μετάστασις dicitur, ὑποτυπώσει uerecundior apud priores fuit. Proponebant enim talia: Credite uos intueri, ut Cicero: Hæc quæ nõ uidistis oculis, animis cernere potestis. Noui uero, & præcipue declamatores audacius, nec me hercles sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controuersia, cuius summa est, quod pater filium & nouercam inducẽte altero filio in adulterio deprehẽsos occidit: Duc, sequor. Accipe hanc senilem manum, & quocunq; uis imprime. Et paulò post: Aspice, inquit, quod diu non credidisti. Ego uero non uideo, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi uidetur. Locorum quoq; dilucida & significans descriptio eidem uirtuti assignatur à quibusdam, alij τοπογραφίαν dicunt. Εἰρωνείαν in ueni qui dissimulationẽ uocarent, quo nomine, quia parum totius huius figuræ uidentur uires ostẽdi, nimirum sicut in plerisq; Græca erimus appellatione contenti. Igitur εἰρωνείαν quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodum distat. In utroq; enim contrarium ei quod dicitur intelligendũ est. Species uero prudentius intuenti diuersas esse, facile est deprehendere.

Hęc sanè declamatio nunc desideratur.

Topographia. Ironia.

Primum quod tropus apertior est, & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa ferè recta sunt, ut illud in Catilinam: A quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum Metellum demigrasti. In duobus demũ uerbis est Ironia, ergo etiam brevior est tropus. At in figura totius uoluntatis fictio est apparens magis q̃ confessa, ut illic uerba sint uerbis diuersa, hic sensus sermoni, & ioci, & tota interim causa confirmatio. + Tum etiam uita uniuersa Ironiam habere uidetur, qualis est uita Socratis. Nam ideo dictus εἴρων id est, agens imperitum, et admirator aliorum tanquam sapientium, ut quemadmodum ἀλλαγορίαν facit cõtinua μεταφορὰ, sic hoc schema faciat troporum ille cõtextus. Quædam uero genera huius figuræ nullã cum tropis habent societatem, ut illa statim prima quæ dicitur à negando, quã nonnulli uocant ἀπόφασιν. Non agam tecũ iure summo: non dicã quod forsitan obtinerem. Et: Quid ego istius decretas? quid rapinas? quid hæreditatũ possessiones datas? quid creptas proferam? Et: Mitto illã primam libidinis iniuriam. Et: Ne illa quidẽ testimonia recito quæ dicta sunt de sestertijs + septingẽtis milibus. Et: Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus, ut Cicero: Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus dicerem. Εἰρωνεία est & cum similes imperantibus uel permittentibus sumus:

+ cum Socrates iron dictus.

Apophasis.

+ Sexcentis

I, sequere Italiam uentis.

Et cum ea quæ nolumus uideri in aduersarijs esse, concedi

dimus + eis. Id acrius fit, cum eadem in nobis sunt, & in aduersario non sunt: + his id acrius

Meq; timoris
Argue tu Drance, quando tot cædis aceruos
Teucrorum tua dextra dedit.

Quod idem contrà ualet, cum aut ea quæ nobis absunt, aut etiam quæ in aduersarios recidunt, quasi fatemur.

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

Nec in personis tantum, sed & in rebus uersatur hæc cõtraria dicendi, q̃ quæ intelligi uelis, ratio: ut totum pro Q. Ligario proœmium, & illæ eleuationes, uidelicet:

O dij boni. Scilicet is superis labor est.

Et ille pro Oppio locus: O amorem mirum, o beneuolentiam singularem. Non procul autẽ absunt ab hac simulatione tres inter se similes: Confessio nihil nocitura, qualis est. Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum, confitentem reum: Et concessio, cum aliquid etiam iniquum uidemur causæ fidutia pati: Metu uirgarum nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio se redemit, humanũ est. Et pro Cluentio de inuidia: Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Tertia cõsensio, ut pro eodem. Iudicium esse corruptum. Hæc euidentior figura est, cum alicui rei assentimur, quæ est futura pro nobis. Verũ id accidere sine aduersarij uitio nõ potest. Quædã etiam + uel laudamus, ut Cicero in Verrem circa crimen Apronij Drepanitani, Gaudeo etiam siquid ab eo abstulisti, & abs te nihil rectius factum esse dico. Interim aut negemus crimina, quæ ex facili aut diluere possumus, aut negare, quod est frequentius, q̃ ut exemplum desideret. Confessio. Concessio. + uelut

Interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam grauia, ut pro Roscio Cicero, cum immanitatem parricidij, quanq; per se manifestã, tamen etiã ui orationis exaggerat. Ἀποσιώπησις, quam + idem Cicero reticẽtiam, Celsus obticentiam, nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit aliquid affectus uel iræ, ut:

+ idcirco Aposiopesis.

Quos ego, sed motos præstat componere fluctus.

Vel solicitudinis, & quasi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus, mentionem facere ausus esset uiuo Milone, ne dicam Consule? De nostrũ enim omnium, non audeo totum dicere. Cui simile est in procœmio pro Ctesiphonte Demosthenis: uel aliò transeundi gratia: Communis autem, Tametsi, ignoscite mihi iudices. In quo est & illa (si tamen inter schemata numerari debet, cum alijs etiam pars causæ uideatur) digressio. Abit enim causa in laudes Cn. Pompeij. Idq; fieri etiam sine ἀποσιωπήσει potuit. Nam breuior illa, ut ait Cicero, à re digressio plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficient: Tum Caius Varenus, is qui à familia Ancharianã occisus est, hoc quæso iudices diligenter attendite. Et pro Milone: Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. Est alia non quidẽ reticentia, quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen præcisa uelut ante legitimum finem oratio, ut illa: Nimis urgeo, cõmoueri uidetur adolescens. Et: Quid plura? ipsum adolescentẽ dicere audistis. Imitatio morum alienorum, quæ ἠθοποιία, uel, ut alij malũt, μίμησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari

Digressio.

Ethopœia. Mimesis.

poteſt. Eſt enim poſita ferè in eludendo, ſed uerſatur & in factis, & in dictis: In factis, quod eſt ὑποϑυπτώσει uicinum: In dictis, quale eſt apud Terentium.

† At ego neſciebam quorſum tu ires. Paruula Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua, Soror dicta eſt. Cupio abducere ut reddam ſuis. † Haud

Sed noſtrorum quoq; dictorum factorumq; ſimilis imitatio eſt per relationem, niſi quod frequẽtius aſſeuerat, quàm eludit. Dicebam habere eos actorem Q. Cæcilium. Sunt & illa iucunda, & ad cõmendationẽ cum uarietate, tum etiam ipſa natura plurimũ proſunt, quæ ſimplicẽ quandam & non præparatam oſtendẽdo orationem minus nos ſuſpectos iudici faciunt. Hinc eſt quaſi pœnitentia dicti, ut pro Cœlio: Sed quid ego tam grauem perſonam introduxi? Et quibus utimur uulgò: Imprudens incidi. Vel cum quærere nos quid dicamus fingimus: Quid reliquum eſt? Et: Num quid omiſi? Et cum ibidẽ in Verrem, ait Cicero: Vnum etiam mihi reliquũ huiuſmodi crimen eſt, & aliud ex alio ſuccurrit mihi. Vnde etiam uenuſti tranſitus fiunt, non quia ipſe tranſitus ſit ſchema, ut Cicero narrato Piſonis exemplo, qui anulũ ſibi cudi ab aurifice in tribunali ſuo iuſſerat, uelut hoc in memoriam adductus adiecit: Hic modò me commonuit Piſonis anulus, quod totum effluxerat, q̃ multis iſtum putatis hõ minibus honeſtis de digitis anulos aureos abſtuliſſe? Et cum aliqua uelut ignoramus. Sed earum rerum artificem † quem? quémnam? recte admones, Polycletum eſſe di- † quan ñ hõ recte

pœnitentia dicti.

cebant. Quod quidem non in hoc tantũ ualet. Quibuſdã

enim dum aliud agere uidemur, aliud efficimus, sicut hic Cicero consequitur, ne cum morbū in signis atq; tabulis obijciat Verri, ipse quoq; earum rerū studiosus esse creditur. Et Demosthenes iurādo per interfectos in Marathone et Salamine, id agit, ut minore inuidia cladis apud Cheroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoq; iucūdam orationē, aliqua mentione, habita differre, & deponere apud memoriā iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare quædam schemate aliquo: non enim est ipsa per se iteratio schema, & excipere aliqua, & dare actioni uarios uelut uultus. Gaudent enim res uarietate, et sicut oculi diuersarū aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis præstāt, in quod se uelut nouū, intendant. Est

Emphasis. Emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latēs aliquid eruitur, ut apud Vergilium:

Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
Degere more feræ? Quanq̄ enim de matrimonio
queritur Dido, tamē huc erupit eius affectus, ut sine thalamis uitam non hominū putet, sed ferarum. Aliud apud

Ouid. 10. Ouidium: genus, apud quē & Myrrha nutrici amorem patris sic confitetur: O, dixit, felicem, coniuge matrem.

Schematismus & figuratæ contro uersiæ. Huic uel confinis, uel eadem est, qua nunc utimur plurimum. Iam enim ad id genus, quod & frequentissimū est, & expectari maxime credo, ueniendum est, in quo per quandam suspicionē, quod non dicimus, accipi uolumus, non utiq; contrariū, ut in εἰρωνείᾳ, sed aliud latēs, et auditori quasi inueniendum, quod ut supra ostēdi, iam ferè solum schema à nostris uocatur, & unde cōtrouersiæ fi-

gurate dicuntur. Eius triplex usus est, unus si dicere pa
lam parum tutũ est: Alter, si non decet. Tertius, qui ue-
nustatis modò gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac ua-
rietate magis q̃ si relatio sit recta, delectat. Ex his quod
est primũ, frequens in scholis est. Nã & + actiones de- + pactiones
ponentium imperium tyrannorum, & post ciuile bellum
senatusconsulta finguntur, & capitale est obijcere ante
acta, ut quod in foro nõ expedit, illic nec liceat. Sed sche
matum cõditio non eadem est. Quãlibet enim apertum,
quod modò et aliter intelligi possit, in illos tyrannos be
ne dixeris, quia periculum tantum non etiam offensa ui-
tatur. Quod si ambiguitate sententiæ possit eludi, nemo
non illi furto fauet. Vera negotia nunquam adhuc ha-
buerũt hanc silentij necessitatem, sed aliam huic similem,
uerum multò ad agendum difficiliorem, cum personæ po
tentes obstant, sine quarũ reprehensione teneri causa nõ
possit. Ideoq; hoc parcius & circunspectius faciendum,
quia nihil interest quomodo offendas, & aperta figura
perdit hoc ipsum quod figura est, ideoq; à quibusdam to
ta res repudiatur, siue intelligatur, siue non. Sed licet
modum adhibere: In primis ne sint manifestæ. Non erũt
autem, si non ex uerbis dubijs, & quasi duplicibus peten
tur, qualis est in suspecta nuru. Duxi uxorem quæ patri
placuit. Aut quod est multò ineptius, cõpositionibus ambi
guis, ut illa controuersia, in qua infamis amore uirginis
filiæ pater raptã eam interrogat, à quo uitiata sit: Quis
te, inqt, rapuit? tu pater nescis? Res ipsæ pducant iudicẽ
ad suspicionẽ, & amoliamur cætera, ut hoc solũ supsit.

In quo multum etiam affectus iuuant, et interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet ut iudex quærat illud, nescio quid quod ipse fortasse non crederet, si audiret, & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed nesi optimæ quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed autoritatis. Nec pudor uidetur, quod nõ palàm obiecias, sed diffidentia. In summa, sic maxime iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Equidem quãdoq; & in personas incidi tales, & in rem quoq; (quod est magis rarum) quæ obtineri nisi hac arte non posset. Reamue bar quæ subiecisse dicebatur marito testamentũ & dicebatur chirographũ, marito expirante, hæredibus dedisse, & uerum erat. Nam quia per leges institui uxor non poterat hæres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fidei cõmissum peruenirent. Et caput quidem + quæri facile erat, si hoc diceremus palàm, sed peribat hæreditas. Ità ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factum, delatores non possent apprehẽdere ut dictum, & contigit utrunq;. Quod non inseruissem ueritus opinionem iactãtiæ, nisi probare uoluissem, in foro quoq; esse his figuris locum. Quædam etiã quæ probare non possis, figura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunq; telum istud occultum, et hoc ipso quod non apparet, eximi non potest. At si idem dicas palàm, & defenditur, & probandum est. Cum autẽ obstat nobis personæ reuerentia (quod secũdum posuimus genus) tanto cautius dicendum est, quanto ualidius bonos inhibet pu

Subiicere testamentum subdere falsum + uero.

dor, q̃ metus. Hic uero tegere nos iudex quod sciamus, & uerba ui quadam ueritatis erumpentia credat coërcere, + Nam quanto minus, aut ipsi in quos dicimus, aut iudices aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuiã, si nolle nos credant? Aut quid interest, quomodo dicatur, cum & res & animus intelligitur? Quid dicẽdo deniq; proficimus, nisi ut palàm sit nos facere, quod ipsi sciamus non esse faciendum? Atqui præcipue prima, quibus præcipere cœperã, tempora hoc uitio laborarunt. Dicebant enim libenter tales controuersias quæ difficultatis gratia placent, cum sint multò faciliores. Nam rectum genus approbari nisi maximis uiribus non potest, hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitati, ut qui cursu parum ualent, flexu eludunt, cum hæc quæ affectatur ratio sententiarũ, non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiã quod auditor gaudet intelligere, & fauet ingenio suo, & alio dicẽte se laudat. Itaq; nõ solũ si persona obstaret rectæ orationi, quo in genere sæpius modò q̃ figuris opus est, decurrebãt ad schemata, sed faciebant illis locum etiã ubi personæ inutiles ac nefariæ essent, ut + si pater qui infamem in matrẽ filium secretò occidisset, reus malæ tractationis, iacularetur in uxorem obliquis sententijs. Nam quid impurius q̃ retinuisse talẽ? Quid porrò tam contrarium, q̃ cum qui accusetur, quia summũ nefas suspicatus de uxore uideatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendũ est? At si iudicum sumerent animum, scirent q̃ eiusmodi actionem laturi non fuissent, multoq; etiam minus, cum in parẽtes

+ Nanq; uel nam quo

+ is

abominanda crimina spargerentur. Et quatinus huc inci
dimus, paulò plus scholis demus. Nam & in his educatur
orator, & in eo quo modo declametur, positum est etiam
quo modo agatur. Dicendum ergo de his quoq; in qui-
bus non asperas figuras, sed palàm contrarias causæ ple
rique fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torquea-
tur, ut conscios indicet. Accusator eius optet quod uolet,
+ Patrem qui accusauit, optat ne is torqueatur. Pater ei
cõtradicit. Nemo se tenuit agens pro parte quin figuras
in filium faceret, tanq; illum consciũ in tormentis nomi
naturus. Quo quid stultius? Nam cum hoc iudices intelle
xerint, aut non torquebitur, cũ ideo torqueri uelint, aut
torto non credetur. At credibile est hoc cum uelle for-
tasse. Dißimulet ergo ut efficiat. Sed nobis (declamatori
bus dico) quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus?
Ergo si uere ageretur, similiter consiliũ illud latens pro
didissemus. Quid, si neq; utiq; uerũ est, & habere alias
hic damnatus contradicendi causas potest, uel quod legẽ
conseruandã putet, uel quod nolit accusatori debere be-
neficium, uel (quod ego maxime sequerer) ut se innocen
tem in tormentis esse prætẽdat? Quare ne illud quidem
semper succurret sic dicentibus: Patrocinium hoc uoluit
qui controuersiã fmxit. Fortasse enim noluit, sed esto uo
luerit, continuóne si ille stulte cogitauit, nobis quoq; stul
tè dicendum est? At ego in causis agendis frequenter
non puto intuendũ quid litigator uelit. Est et ille in hoc
genere frequens error, ut putent aliud quosdam dicere,
aliud uelle, præcipue cũ in themate est, + aliquem ut sibi

+ Patrẽ qui-
dã dãnauit

+ aliquid

mori liceat postulare, ut in illa controuersia: Qui aliquã do fortiter fecerat, & alio bello petierat, ut militia uacaret ex lege, quod quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius qui fortiter eodem prælio fecerat, incolumitatem eius optat, cõtradicit pater. Non enim, inquiunt, mori uult, sed inuidiam filio facere. Equidem rideo, quod illi sic timent, tanq̃ ipsi moriturí, & in consilium suos metus ferunt, obliti tot exemplorum circa uoluntariam mortẽ, causarum quoq; quas habet factus ex uiro forti desertor. Sed de una controuersia loqui superuacuũ est. Ego in uniuersum neq; oratoris puto esse unq̃ præuaricari, neque litem intelligo, in qua pars utraq; idem uelit, neq; tam stultũ quenq̃, qui si uiuere uelit mortem potius male petat, q̃ omnino nõ petat. Non tamen nego esse controuersias huiusmodi figuratas, ut est illa: Reus parricidij, quod fratrẽ occidisset, damnatum iri uidebatur. Pater pro testimonio dixit, eũ se iubente fecisse. Absolutũ abdicat. Nam neq; in totum filio parcit, nec quod priore iudicio affirmauit, mutare palàm potest, & ut non durat ultra pœnam abdicationis ira, abdicat tamen, & obliqua figura in parte plus + sacit quàm licet, in filio minus. Vt autem nemo contra id quod uult dicit, ita potest aliqd melius uelle quàm dicit. Quo modo ille abdicatus, qui à patre ut filium expositũ et ab eo educatũ solutis alimentis recipiat postulat, reuocari fortasse mauult, nõ tamen quod petit nõ uult. Est latens et illa significatio, qua cũ ius asperius petitur à iudice, fit ei tamẽ + specíes aliqua clemẽtiæ non palàm ne

+ ualet

+ spes

paciſcamur, ſed per quandam credibilem ſuſpicionem, ut in multis controuerſijs, ſed in hac quoq; Raptor niſi intra trigeſimum diem, & raptæ patrem & ſuum exo rauerit, pereat. Qui exorato raptæ patre ſuum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam ſi permittat hic pa ter, lis tollitur: Si nullam ſpem faciat, ut non demens, cru delis certe uideatur, & à ſe iudicem auertat. Latro igi

† Occides tur optime. † Occidet ergo, ſi potero remiſſius, & pro ſuo ingenio pater Gallio, Dura animæ hodie, dura, heri fortior fuiſti. Confinia ſunt his celebrata apud Græcos ſchemata, per quæ res aſperas mollius ſignificant. Nam Themiſtocles ſuaſiſſe exiſtimatur Athenienſibus, ut ur bem apud deos deponerent, quia durum erat dicere, ut relinquerent, & qui uictorias aureas in uſum belli con flari uolebat, ita declinauit, uictorijs utendum eſſe. Totũ autẽ allegoriæ ſimile eſt, aliud dicere, aliud intelligi uel le. Quæſitum etiam eſt quo modo contra figuras reſpon deri oporteat, & quidã ſemp ex diuerſo aperiendas pu tauerunt, ſicut latentia uitia reſcinduntur. Idq; ſanè fre quentiſſime faciendum eſt, aliter enim dilui obiecta non poſſunt, utique cum quæſtio in eo conſiſtit, quod figuræ petunt. At cum male dicta ſunt tantum, & non intelli gere interim bonæ conſcientiæ eſt, atque etiamſi fuerint crebriores figuræ, quàm ut diſſimulari poſſint, poſtulan dum eſt, ut illud neſcio quid, quod aduerſarij obliquis ſen tentijs ſignificare uoluerint, ſi fiducia ſit, obijciãt palã, aut certe non exigant, ut quod ipſi non audent dicere, id iudices non modò intelligant, ſed etiam credant.

Vtilis etiam aliquando dißimulatio eſt, ut in eo (nota enim fabula eſt) qui cum eſſet contra eum dictum: Iura per patroni tui cineres, paratũ ſe eſſe reſpondit, & iudex conditione uſus eſt, clamante multum aduocato, ſchemata de rerum natura tollì, ut protinus etiam præceptum ſit eiuſmodi figuris utendum temere nõ eſſe. Tertium eſt genus, in quo ſola melius dicendi + petitur occaſio, ideoq; id Cicero non putat eſſe poſitum in concione. Tale eſt illud, quo idem utitur in Clodium. Quibus iſte, qui omnia ſacrificia noſſet, facile à ſe deos placari poſſe arbitrabatur. Ironia quoque in hoc genere materiæ frequentiſſima eſt. Sed eruditiſſimum longe, ſi per aliã rem alia inducatur, ut cum aduerſus tyrannum, qui ſub pacto abolitionis dominationem depoſuerat, agit competitor. Mihi + in te dicere non licet, tu in me dic, & potes. Nuper te uolui occidere. Frequens illud eſt, nec magnopere captandum, quod petitur à iureiurãdo, ut pro exhæredato: Ita mihi contingat hæres de filio mori. Nam in totum iurare niſi ubi neceſſe eſt, graui uiro parum conuenit. Et eſt à Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc eſſe, ſed teſtium. Nec meretur fidem qui ſententiolæ gratia iurat, niſi ſi poteſt tam bene quàm Demoſthenes, ut ſuprà dixi. Leuiſſimum autem longe genus ex uerbo, etiamſi eſt apud Ciceronem in Clodiam: Præſertim quam omnes amicam omnium potius, quàm cuiuſquam inimicam putauerunt. Comparationem equidem uideo figuram non eſſe, cum ſit interim probationis, interim etiam cauſæ genus, & ſit talis eius forma, qualis

+ ponitur

+ interdicere

Pro Cælio.

Cõparatio.

est pro Muræna: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille ut quò contendit, mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus excuſcitat, & cætera: neſcio an orationis potius quàm ſententiæ ſit. Id enim ſolum mutatur, quod non uniuerſa uniuerſis, ſed ſingula ſingulis opponuntur. Et Celſus tamen, & non negligens autor Viſellius, in hac eam parte poſuerunt. Rutilius quidem †Rufus in utroq; genere, idq; ἀντίθετον uocant. Præter illa uero quæ Cicero inter lumina poſuit ſententiarum, multa alia, et idē Rutilius Gorgiam ſecutus, non illum Leontinum, ſed alium ſui temporis, cuius quatuor libros in unum ſuum transtulit, & Celſus uidelicet Rutilio accedens, poſuerunt ſchemata, Conſummationem, quam Græcus Διαλλαγὴν uocat, cum plura argumenta ad unum effectum deducuntur. Conſequens ille ἑπακολούθησιν, de quo nos in argumentis diximus. Collectionem qui apud illum eſt συλλογισμός. Minas, id eſt, καταπλῆξιν. Exhortationē προτρεπτικόν, quorum nihil non rectum eſt, niſi cum aliquam ex his de quibus locuti ſumus, figuram accipit. Præterhæc Celſus excludere, aſſeuerare, detrectare, excitare iudicem, prouerbijs uti, & uerſibus, & ioco, & inuidia, & inuocatione, intendere crimē quod eſt Δεινωσιν, adiurari, ignoſcere, faſtidire, admonere, ſatisfacere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoq; & propoſitionem, & diuiſionem, et rerum duarum cognationem, quod eſt ut idem ualeant, quæ uidentur eſſe diuerſa, ut non is demum ſit ueneficus, qui uitā abſtulit data potiōe,

† Lupus

Rutilius Lupus cuius etiā num hodie opuſculū de figuris in manibus eſt, ſed mutilum & non omnino expletum.

sed etiam qui mentem. Quod est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias, ἀναγκαῖον, ἀνάμνησιν, ἀνθυποφορὰν, ἀντίληξιν, πρόληψιν, προέκθεσιν, quod est dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factū sit, συναυξότητα unde sit enthymema, κατ' αἰτίασιν, μεγάληψιν κατ' αἰτίαν etiam, quo statu Hermagoras utitur. Viscellius quam quam paucissimas faciat figuras, facit ἐνθύμημα tamē, quod cōmentum uocat, & rationem appellans, ἐπιχείρημα inter eas habet. Quod quidem recipit quodā modo & Celsus, nam consequens an epichirema sit dubitat. Viscellius adijcit et sententiam. Inuenio qui aggregēt his διασκευὰς, ἀπαγορεύσεις, προδιηγήσεις. Sed ut hæc non sunt schemata, sic alia uel sunt forsitan et nos fugiūt, uel etiam noua fieri adhuc possunt, eiusdem tamen naturæ cuius sunt ea de quibus dictum est.

De Figuris uerborum CAP. III.

VERborum uero figuræ, & mutatæ sunt semper, & utcunq; ualuit consuetudo, mutantur, ltaq; si antiquum sermonem nostro comparemus, penè iam quic quid loquimur figura est, ut huic rei inuidere, non ut oēs ueteres, & Cicero præcipue hanc rem, et incumbere illi, non in illum, & plenum uino, non uini, & huic nō hunc adulari, iam dicitur, & mille alia, + utinamq; non peiora uincant. Verum schemata λέξεως, duorū sunt generum, alterum loquendi rationem uocant, alterum + quod collocationem maxime exquisitum. Quorū tametsi utrumque conuenit orationi, tamen possis illud Grammaticum,

Antiquè nihil sine figura dicitur.

+ utinamq; nūc priora

+ maxime ad collocationē requisitum est.

hoc magis rhetoricum dicere. Prius fit ijſdem generibus quibus uitia. Eſſet enim omne huiuſmodi ſchema uitium, ſi nõ peteretur, ſed accideret. Verũ autoritate, uetuſtate, conſuetudine plerunq; defenditur, ſæpe etiam ratione quadam. Ideoq; cum ſit à ſimplici rectoq; loquendi genere deflexa, uirtus eſt, ſi habet probabile aliquid quod ſequatur. Vna tamen in re maxime utilis, ut quotidiani & ſemper eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet, & nos à uulgari dicendi genere defendat. Quo ſi quis parce, & cum res poſcet, utetur, uelut aſperſo quodam condimento iucundior erit. At qui nimium affectauerit, ipſam illam gratiã uarietatis amittet. Quanq; ſunt quædam figuræ ita receptæ, ut penè iam hoc ipſum nomẽ effugerint, quæ etiã ſi fuerint crebriores, auras conſuetas minus ferient. Nam ſecretæ, & extra uulgarẽ uſum poſitæ, ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurem excitãt, ita copia ſatiant, nec ſe obuias fuiſſe dicenti, ſed conquiſitas, & ex omnibus latebris extractas cõgeſtasq; declarant. Fiunt ergo & circa genus figuræ in nominibus. Nam & oculis capti talpæ, & timidi damæ dicuntur à Vergilio, ſed ſubeſt ratio, quia ſexus uterq; altero ſigni ficatur. Tam enim mares eſſe talpas damasq; q̃ fœminas certum eſt. Et in uerbis, ut fabricatus eſt gladium, et inimicos punitus eſt. Quod mirũ minus eſt, quod in natura uerborũ eſt, & quæ facimus patiendi modo ſæpe dicere, ut arbitror, ſuſpicor, & contrà faciendi, quæ patimur, ut uapulo, ideoq; frequẽs permutatio eſt, et pleraq; utroq; modo efferuntur, luxuriatur luxuriat, fluctuatur

Vitiũ per figurã quomodo defendit.

Figura per genus in nominibus.

Per genus in uerbis.

fluctuat, assentior assentio. Est figura & in numero, uel cum singulari pluralis subiungitur: Gladio pugnacissima gens Romani. Gens enim ex multis. Vel è diuerso: Per numerum.

Cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Verg. in Aeg.

Ex illis enim qui non risere, +nõ dignatus deus, nec dea dignata. Et in Satyra: +hic quem non dignata

Et nostrum istud uiuere triste, Aspexi. cum

infinito uerbo sit usus pro appellatione. Nostram enim uitã uult intelligi. Vtimur & uerbo pro participio, ut: Per partes.

Magnum dat ferre talentum,

tanquam ferendum. Et participio pro uerbo, Volo datum. Interim etiã dubitari potest, cui simile uitio sit schema, ut in hoc: Virtus est uitium fugere.

Aut enim partes orationis mutat ex illo: Virtus est fugatiorum, aut casus ex illo: Virtus est uitium fugere. Hor. 1. epist. Per casus.

Multa tamen hoc utroq; excitatius. Iunguntur interim schemata. Sthenelus sciẽs pugnæ. Est enim sciens Sthenelus pugnandi. Transferuntur etiam tempora: Timarchides negat esse ei periculũ à securi. Præsens enim pro præterito positum est, ut Vergilius: Hoc Ithacus uelit, Per tẽpora.

Et ne morer, per omnia genera, per quæ fit solœcismus. Hæc est quoque quam ἑτέρωσιν uocant, cum dissimilis est, ζεῦγμα dicitur, ut apud Sallustium: Neq; ea res falsum me habuit. Et duci probare, ex quibus ferè præter nouitatem, breuitas etiam peti solet. Vnde eousque processum est, ut non pœniturum, pro non acturo pœnitentiam, & uisuros, ad uidendũ missos idem autor dixerit. Heterosis.

Quæ ille quidĕ fecerit schemata, an idem uocari possint uidendum, quia recepta sint. Nam receptis etiam uulgo autore contemi sumus. †Verum natura eualuit agentibus, quod Pollio in Labieno damnat, & contumeliam scit, quod à Cicerone reprehendi notum est. Affici enim contumelia dicebant. Alia commendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit:

†utinam uelut rebꝰ agẽtibus.

Aencid. 11. Vel cum se pauidum contra mea iurgia iactat:
Progeniẽ sed enim Troiano à sanguine duci Audierat.
Quorum similia apud ueteres tragicos, comicosq; sunt plurima. Illud etiam in consuetudine remansit. Enimuero his amplius apud eundem:
Nam quis te iuuenum confidentissime, cum quis sermonis initium sit, &:

Georg. 4. Tam magis illa tremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
Quod est uersum ex illo:
Quàm magis ærumna uiget, tam magis ad maleficiẽdũ (urget.
Pleni talibus antiqui, sicut initio Eunuchi Terentius:
Quid igitur faciam, inquit.
Alluſit tandem leno. Catullus in Epithalamio:
Dum innupta manet, dum chara suis est.
Sed prius dum, significat quoad, sequens, usq; eo. Ex græco uero translata uel Sallustij plurima, quale est: uulgus amat fieri. uel Horatij. Nam †is maxime probat hoc Ciceronis:

†id

†Nec longe inuadit hãc

†Nec longe inuidit auenæ.

Et Vergilij: Tyrrhenum nauigat æquor.
Etiam uulgatum actis quoq;, Saucius pectus. Ex eadem

parte figurarum additio & abiectio est. Illaq; prior uideri potest superuacua, sed non sine gratia est:

Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi.

Potest enim deesse alterum. Et apud Horatium illud:

Fabriciumq; Hunc, & intonsis Curium capillis.

+Et detractiones

+Est etiam adiectio, quæ in complexu sermonis aut uitium habet, aut figuram: Accede ad ignem hunc, iam cales ces plus satis, plus enim quàm satis est. Nã de altera quæ detractio est, pluribus dicendũ est. Vtimur uulgò et comparatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiorẽ esse dixerit, duo inter se comparatiua cõmittimus: Si te Catilina comprehendi, + si interfici iussero, credo erit uerendum mihi, ne non potius omnes boni serius à me, quàm quisquam crudelius factũ esse dicat. +Sunt illa non similia solœcismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quæ & tropis assignari solent, ut de uno pluraliter dicamus:

[hęc ÿba in alijs supersunt]

+seu

+Sic & illa

Sed nos immensum spatijs confecimus æquor.

Et de pluribus singulariter:

Haud secus ac patrijs acer Romanus in armis,

Specie diuersa, sed genere eadem & hæc sunt:

Ne ue tibi ad solem uergant uimeta cadentem:

+Nec mihi tum mollis sub dio carpere somnos,

Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.

+Nec noctu molles

Non enim nescio cui alij prius, nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit. Et de nobis loquimur tanquã de alijs: Dicit Seruius, Negat Tullius. Et nostra persona utimur pro aliena, & alios pro alijs fingimus. Vtriusq; rei

exemplum pro Cecinna: Piſonem aduerſæ partis aduocatum alloquens Cicero dicit: Reſtituiſſe te dixti. Negome edicto prætoris reſtitutum eſſe. Verum enim illud reſtituiſſe Ebutius dixit. Nego me Cecinna edicto Prætoris reſtitutũ eſſe. Vbi & ipſum dixti+extrita ſyllaba, figura in uerbo eſt. Illa quoque ex eodem genere poſſunt uideri, quam nos interpoſitionem, uel interclusionem dicimus, Græci παρένθεσιν uocant, dum continuationi ſermonis medius aliquis ſenſus interuenit: Ego cum te(memini enim ſæpiſſime loquitur) patriæ reddidiſſem. Cui adijciunt Hyperbaton, non illud quod inter tropos eſſe uoluerunt, ſed alterum quod eſt eius figuræ ſententiarum, quæ ἀποστροφὴ dicitur, ſimile, cum non ſenſus mutatur, uerum forma eloquendi:

+excluſa

Parenthesis.

Hyperbatõ.

Decios, Marios, magnosq; Camillos.
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar.

Acutius adhuc in Polydoro:

Aeneid. 3. Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Qui tam parua momenta nominibus diſcreuerunt, μεταβάσιν uocant, quam & aliter fieri putant: Quid loquor, aut ubi ſum? Coniunxit autẽ παρένθεσιν & ἀποστροφὴν Vergilius in illo loco:

Apoſtrophe.

Aeneid. 9. Haud procul inde citæ Metium in diuerſa quadrigæ
Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; uiri mendacis uiſcera Tullus.

Hæc ſchemata, et his ſimilia, quæ erunt per mutationem,

adiectionem, detractionem, ordinem, & conuertunt in
se auditorem, nec languere patiuntur subinde aliqua no
tabili figura excitatum, & habent quandam ex illa uitij
similitudine gratiam, ut in cibis interim acor ipse iucun
dus est. Quod continget, si neq; supra modum multæ fue
rint, nec eiusdē generis, aut iunctæ, aut frequentes, quia
satietatem ut uarietas earū, ita raritas effugit. Illud est,
acrius genus, quod non tantum in ratione positum est lo
quendi, sed ipsis sensibus tum gratiam, tum etiam uires
accommodat. E quibus primum sit quod fit per adiectio
nem, plura sunt genera, nam & uerba geminantur uel
amplificandi gratia, ut occidi, occidi non Sp. Melium. Epanodos.
Alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat,
Vel miserandi, ut: Ah Corydon, Corydon:
Quæ eadem figura nonnunquam per ironiam ad eleuan
dum conuertitur. Similis geminationis, post aliquam in
teriectionem, repetitio est, sed paulò etiam uehemētior:
Bona, miserum me (consumptis enim lachrymis, tamen
infixus animo hæret dolor) Bona, inquam, Cn. Pompeij
acerbissimæ uoci subiecta præconis. Viuis, & uiuis non
ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Et ab
isdem uerbis plura acriter & instanter incipiunt: Ni-
hil'ne te nocturnum præsidium palatij, nihil urbis uigi-
liæ, nihil timor populi, nihil †consensus bonorum omni- †concursus
um, nihil hic munitissimus habēdi senatus locus, nihil ho-
rum ora uultusq; mouerunt? Et isdem desinunt: Quis
eos postulauit? Appius, Quis perduxit? Appius. Quanq̄
hoc exemplū ad aliud quoq; schema pertinet, cuius initia

inter se & fines ijdem sunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale est: Qui sunt qui fœdera sæpe ruperũt? Carthaginenses. Qui sunt qui bellum crudelißime gesserũt? Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformarũt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginenses. Etiam in contrapositis uel comparatiuis, solet respõdere primorum uerborum alterna repetitio, quod modò huius esse loci potius dixi: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille, ut eò quò intendit, mature cum exercitu perueniat. Te Gallorum, illum bucinarum cantus exuscitant. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne consultores tui, ille ne urbes, aut castra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus orator, uertit in contrarium eandem figuram. Ille tenet & scit ut hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur. Ille exercitatur in propagandis finibus, tu in regendis. Possunt media quoq; respondere, uel primis, ut:

Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda.

Vel ultimis, ut: Hæc nauis et onusta præda Sicilienſi, †cũ ipſa quoq; esset etiam præda. Nec quisquam dubitauit idem posse fieri iteratis utrimq; medijs. Respondent primis & ultima: Multi & graues dolores inuenti parentibus, et propinquis multi. Est et illud †repetendi genus, quod semel proposita iterat & diuidit:

Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo
Iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyßi.

ἐπάνοδος dicitur græce, nostri regreßionem uocant. Nec solũ in eodem sensu, sed etiã in diuerso eadem uerba

†cum et ipſa eſſet & præda.

†repeti dignum,

contrà sumuntur: Principum dignitas erat penè par, non par fortasse eorum qui sequebantur. +Interim uariatur casibus hæc & generibus iteratio. Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutilium longiore περίοδῳ & hæc uitia sententiarum sunt: Pater hic tuus? patrem hunc appellas? +patris tu huius filius es? Fit casibus modò hoc schema, quod πολύπτωτον uocant. Cõstat & alijs etiam modis, ut pro Cluentio: Quod autem tẽpus ueneni dandi? Vnde illa frequentia? per quẽ porrò datũ? unde sumptum? quæ porrò interceptio poculi, cur non de integro aũt datum? Hanc rerum coniunctam diuersitatẽ Cæcilius μεταβολὴν uocat, qualis est pro Cluentio locus in Oppianicũ: Illum tabulas publicas uiolasse, censorias corrupisse, decuriones uniuersi iudicauerunt, cum illo nemo rationẽ, nemo rem ullã contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unq; liberis suis scripsit, & deinceps adhuc multa. Vt hæc in unum congeruntur, ita +contrà illa dispersa sunt, quæ à Cicerone dissipata dici puto:

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuæ,
Arborei fœtus. & deinceps.

Illa uero apud Ciceronem mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, et medijs ultima congruunt. Vestrum iam hic factum deprehenditur. P.C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meum sed uestrum. Hanc frequentiorem repetitionem πλοκὴν uocant, quæ fit ex permixtis figuris,

+In tam uariatis casib⁹ hæc & generib. retracta tio, magnus est labor dicẽdi, magna est res.

+patris tui filius est.

Metabole.

Dissipata.

+&

Plocè.

ut supra dixi, utq; habet epistola ad Brutum: Ego cum in gratiã redierim cum Appio Claudio, et redierim per Cn. Pompeium, te ego ergo cum redierim. Et in eisdem sententijs crebrioribus mutata declinationibus iteratione uerborum, & apud Persium:

Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?

Vsq; adeó ne

Et apud Ciceronem: Neque enim poterat indicio ex his damnatis qui iudicabantur. Sed sensus quoq; toti quemadmodum cœperunt, desinent: Venit in Asia, hoc ipsum quàm bonum? Tri. pl. uenit ex Asia. In eadem tamen periodo & uerbum ultimum primo refertur, tertium iam

†abiectum sermone †adiectum est: Veruntamen uenit. Interim sententia quidem repetitur, sed eodem uerborum ordine: Quid Cleomenes facere potuit? Nõ enim possum quẽq; insimulare falso: Quid inquam Cleomenes facere potuit? Prioris sententiæ uerbum ultimum ac sequentis primum frequenter est idem, quo quidem schemate utuntur poëtæ sæpius:

Pierides uos hæc facietis maxima Gallo,
Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Sed ne oratores quidem raro: Hic tamen uiuit, uiuit? imò uero etiam in senatum uenit. Aliquando sicut in gemina tione uerborum diximus, initia quoq; & clausulæ sententiarũ alijs, sed non aliò tendentibus uerbis inter se consonant. Initia hoc modo: Dederim periculis omnibus, obtulerim insidijs, obiecerim inuidiæ. Rursus clausulæ ibidem statim: Vos enim statuistis, uos sententiam dixistis, uos iudicastis. Hoc alij μετωνυμίαν, alij disiunctionem

Metonymia.
Disiunctio.

uocant, utrunq; (etiamsi est diuersum) recte. Nam est nonnumquam idem significantium separatio. Congregantur quoq; uerba idem significantia: Quæ cum ita sint Catilina, perge quò cœpisti. Egredere aliquando ex urbe. Patent portæ, proficiscere. Et in eundem alio libro: Abijt: excessit, erupit, euasit. Hoc Cæcilio περισσολογία uidetur, id est, abundãs supra necessitatem oratio, sicut illa: Vidi oculis ante ipse meis. In illo enim uidi, inest ipse. Verum id, ut alio quoque loco dixi, cum superuacua oneratur adiectione, uitium dicitur: cum autem auget manifestam sententiam, sicut hic, uirtus: † Vidi, ipse, ante oculos, quot uerba, totidem sunt affectus. Cur tamẽ hæc proprie nomine tali notarit, non uideo. Nam & geminatio & repetitio & qualiscunq; adiectio περισσολογία uideri potest. Nec uerba modò, sed sensus quoque idem facientes aceruantur: Perturbatio istum mentis, et quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furiarum faces excitarunt. Congeruntur & diuersa: Mulier, tyranni sæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia. Et apud Ouidium:

περισσολογία.

† Videt ipse ante oculos totidem fœtus

Sed graue Nereidum numen, sed corniger Ammon,
Sed quæ uisceribus ueniebat bellua ponti
Exaturanda meis.

Ouid. 5. Metamorph.

Inueni qui & hoc uocarent παλιλλογίαν cui non assentior, cum sint unius figuræ, mixta quoque, & idem et diuersum significantia, quod & ipsum διαλλάγην uocant. Quæro ab inimicis, sintne hæc inuestigata, comperta, patefacta, sublata, delata, extincta per me. Et inuesti-

Diallage.

gata, comperta, patefacta, aliud ostendunt: Sublata, delata, extincta, sunt inter se similia, sed non etiam priori-
bus. Et hoc autem exemplum, & superius aliam quo-
que efficiunt figuram: quæ quia coniunctionibus caret,
Dissolutio. dissolutio uocatur, apta cum quid instantius dicimus.
Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideó-
que utimur hac figura non in singulis modò uerbis, sed
sententijs etiam, ut Cicero dicit contra concionem Me-
telli: Qui indicabantur, eos uocari, custodiri, ad sena-
†iussit Brachylogia. tum adduci †iussi, in senatu sunt positi. Et totus hic lo-
cus. Hoc genus βραχυλογίαν uocant, quæ potest esse
copulata dissolutio. Contrarium est schema, quod con-
Asyndeton. Polysyndeton. iunctionibus abundat. Illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύν-
δετον dicitur, hoc est uel ijsdem sæpius repetitis, ut:

Tectumq; laremq;
Armaq; Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram.

Vel diuersis:

Arma uirumq;.
Multum ille & terris. Multa quoq; & bello
Aduerbia quoque & pronomina uariantur.
Hic illum uidi iuuenem: Bissenos cui nos-
tra dies.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti.

Coaceruatio. Sed utrunq; horum coaceruatio: etenim tantum iuncta
aut dissoluta, omnibus scriptores sua nomina dederunt,
sed uaria, et ut cuiq; fingenti placuit. Fons quidem unus,
quia acriora facit, & instantiora quæ dicimus, & uim
quandam suam præ se ferentia, uelut sæpius erumpentis
Gradatio. affectus. Gradatio quæ dicitur κλῖμαξ, apertiorem hu-

bet artem, & magis affectatam, ideoq; esse rarior debet. Est autem ipsa quoq; adiectionis. Repetit enim quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exemplum ex græco notissimo transfertur: Nec+hæc dixi quidem, sed nec scripsi, nec scripsi quidem, sed nec obij legationem, nec obij quidem, sed nec persuasi Thebanis, nec persuasi quidem. Sunt tamen erudita & latina. Africano uirtutem industria, uirtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Et Calui: Non ergo magis pecuniarum repetundarum quàm maiestatis, neque maiestatis magis quàm Plautiæ legis, neque Plautiæ legis magis quàm ambitus, neq; ambitus magis quàm omnium legum+iudicia perierunt. Inuenitur apud Poë+tas quoque, ut apud Homerum de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonem usque deducit, & apud nostrum etiam Tragicum:

Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus,
Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porrò propagat genus.

At quæ per detractionem fiunt figuræ, breuitatis noui-tatisq; maxime+gratia petuntur, quarum una est ea, quam libro proximo in figuras distuli synecdoche, cum subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur, ut Cælius in Antonium: Stupere gaudio+Græcus. Simul enim auditur cœpit. Cicero ad Brutum: Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid enim potius? Tum Flauius: Erras inquit tabellarie, et ego ibidem orans inter cœnam exorani. Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in

+enim

+reus est.

+gratiam petunt Synecdoche.

+Græci

quibus uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur:
Nouimus & qui te transuersa tuentibus hirquis.
Et, quo, sed faciles Nymphæ riscre, sacello.
Hanc quidam aposiopesim putant, frustra. Nam illa quid
taceat incertum est, aut certe longiore sermone explicã
dum. Hic unum uerbum, & manifestum quidem desidera
ratur, quæ si aposiopesis est, nihil in quo deest aliquid,
non idem appellabitur. Ne ego illud quidem aposiope-
sim semper uoco, in quo res quæcunq; relinquitur intelli
genda, ut ea quæ in epistolis Cicero: Data lupercalibus
quo die Antonius Cæsari, nihil obticuit, lusitq; quia nihil
hic aliud intelligi poterat, quàm hoc, diadema impositum.
Altera est per detractionem figura, de qua modò dictũ
est, cui coniunctiones eximuntur. Tertia quæ dicitur
συνεζευγμένον, in qua unum ad uerbum plures senten
tiæ referuntur, quarũ unaquæq; desideraret illud, si sola
poneretur. Id accidit aut præpositio uerbo ad quod relio
qua respiciant: Vicit pudorem libido, timorem audacia,
rationem amentia. Aut illato, quo plura clauduntur: Ne
que enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpi-
tudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocaue
rit. Medium quoq; potest esse, quod & prioribus & se
quentibus sufficiat. Iungit autem & diuersos sexus, ut
cum marẽ fœminamq; filios dicimus. Et singularia plu
ralibus miscet. Sed hæc adeò sunt uulgaria, ut sibi artem
figurarum asserere non possint. Illud planè figura est,
qua diuersa sermonis forma coniungitur:
Socijs tunc arma capessant

Edico, & dira bellum cum gente gerendum.
Quamuis enim pars belli posterior participio insistat, utriq; tamen conuenit illud edico, nam utriq; detractionis gratia facta coniunctio. Συνοικείωσιν uocant, quæ duas res diuersas colligat: Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Huic diuersam uolunt esse distinctionem, cui dant nomen παραλλαγὴν, qua similia discernuntur, cum te pro astuto sapientem appelles, pro cõsidente fortem, pro illiberali diligentem, quod totum pendet ex finitione, ideoq; an figura sit dubito. Cui contraria est ea quæ ex uicinia transit ad diuersa aut similia: Breuis esse laboro, Obscurus fio, & quæ sequuntur. Tertium est genus figurarum, quæ aut similitudine aliqua uocum, aut paribus, aut contrarijs uertũt in se aures et excitant. Huic nomen est προσωνομασία, quæ dicitur agnominatio. Ea non uno modo fieri solet, sed ex uicinia quadã prædicti nominis ducta casibus declinatur, ut Domitius Afer pro Cloãtilla: Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infelix. Et cum uerbo idem uerbum plus significanter subiungitur: Quando homo, hostis homo. Quibus exemplis sum in aliud usus, sed in uno facilis est geminatio. παρωνομασία ei contrarium est, quod eodem uerbo quasi falsum augetur. Quæ lex priuatis hominibus esse lex non uidebatur. Cui confinis est ἀνταγάκλασις, eiusdem uerbi contraria significatio, cum Proculeius quæreretur de filio, quod is mortem suam expectaret, & ille dixisset se uero non expectare: Imò inquit, rogo expectes. Non eodem

ſed ex diuerſo uicinum accipitur, cum ſupplicio afficiendum dicas, quem ſupplicatione dignũ iudicaris. Aliter quoq; uoces aut eædem diuerſa in ſignificatione ponuntur, aut productione tanẽ uel correptione mutatæ, quod etiam in iocis frigidum, equidẽ tradi inter præcepta mirror, eorum'que exempla uitandi potius quàm imitandi gratia pono: Amari iucundum eſt, ſi curetur ne quid inſit amari. Auium dulce ad auium ducit. Et apud Ouidium: Ludentem cur + ergo non dicam furiare Furiam. Cornificius hanc traductionem uocat, uidelicet alterius intellectus ad alterum. Sed elegantius, quod eſt poſitum in diſtinguendam rei proprietatem: Hanc reipub. peſtem pauliſper reprimi, non in perpetuum comprimi poſſe. Et quæ præpoſitionibus in contrarium mutantur. Non emiſſus ex urbe, ſed immiſſus in urbem eſſe uideatur. Melius atque acrius, quod cum figura iucundum eſt, etiam ſenſu ualet. Emit morte immortalitatem. Illa leuior eſt: Non Piſonum, ſed piſtorum, & ex aratore orator. Peßimum uero: Ne patres cõſcripti uideantur circumſcripti. Raro euenit ſed uehementer uenit. Sic contingit, ut aliquis ſenſus uehemens & acer uenuſtatem aliquam + non eandẽ eo uerbo Pater Quintiliani declamator. + non eodem ex uerbo non diſſonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domeſtico exemplo? Pater meus cõtra eum qui ſe legationi immoraturum dixerat, deinde uix paucis diebus inſumptis re infecta redierat, non exigo uti immoreris legationi, immoriare. Nam & uelet ſenſus ipſe, & in uerbis tantum diſtantibus iucunde conſonat uox, præſertim non captata, ſed uelut oblata,

cum altero suo sit usus, alterum ab aduersario acceperit. Magnæ ueteribus curæ fuit, gratiam dicendi è paribus contrarijs acquirere, Gorgias in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, uerum & modum adhibuit non ingratæ (nisi copia redundet) uoluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nam per se frigida & inanis affectatio cum in acreis incidit sensus, innata uidetur +esse non accersita. Similium ferè quadruplex ratio est. Nam est primum, quoties uerbum uerbo, aut non dissimile ualde quæritur, ut: Paria. +habere Similia.

Puppesq; tuæ pubesq; tuorum.

Et si in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pernitiosissima flamma. Et: Non enim tam spes laudanda q̃ res est. Aut certe +par est extremis syllabis consonãs: Non uerbis sed armis: Et hoc quoq; quoties in sententias acres incidit pulchrũ est: Quanũ posis in eo semper experire ut prosis, hoc est ϖάρισον, ut plerisq; placuit. +Cleosteleus ϖάρισον existimat, quod fit è membris non dissimilibus. Secundum ut clausula similiter cadat, uel ijsdẽ in ultimam partem collatis, ὁμοιοτέλευτον similem duarũ sententiarum uel plurium finem. Non modò ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. Ex quibus ferè sunt, non tamen ut semper ultimis consonent, quæ τρίκωλα dicunt: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque, ac plures hæc ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis uerbis: +Hæc cubat, dolet, piget, Paris. +Cleoftoichus Hemœoteleuton. +Hecuba hoc dolet

+quod non in eosdem

pudet. Et: Abijt, excesſit, erupit, euasit. Tertium est +quod in eodẽ casus cadit, ὁμοιόπτωτον dicitur: Sed neq; quod finem habet simile, est ὁμοιόπτωτον, utiq; in eũdem finem uenit ὁμοιοτέλευτον. Quia ὁμοιόπτωτον, est tantum casus similis, etiamsi dissimilia sint quæ declinentur, nec tantum in fine deprehenditur, sed respõdent uel primis inter se, uel medijs, uel extremis, uel etiam permutatis his, ut media primis, & summa medijs accommodentur, & quocunque modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat, ut est apud Afrum: Amisso nuper infelicis aulæ si non præsidio im-

Homœoptôton.

+Eius ferè

mi ter pericula, tamen solatio uitæ inter aduersa. +Ea uero uidentur optima in quibus initia sententiarum & finales consentiunt, ut hic præsidio, solatio, & ut penè similia sine uerbis, & paribus cadant, & eodem desinant modo. Etiam ut sint, quod est quartum, membris æqua-

Isocôlon.

libus, quod ἰσόκωλον dicitur: Si quantum in agro locis squ deſertis audacia potest, tantum in foro atque iudicijs impudentia ualeret, ἰσόκωλον est, & ὁμοιόπτωτον habet. Non minus nunc in causa cederet. A. Cecinna Sextii Ebuti impudentiæ, quantum in ui faciẽdæ cessit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπτωτον, ὁμοιοτέλευτον. Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti. Non minus cederet quàm cessit. Adhuc ὁμοιοτέλευτον & παρονομασία est: Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium.

Contentio.

Contrapositum autem, uel ut quidam uocant, contentio (ἀντίθετον dicitur) nõ uno fit modo. Nã et fit si singula

singulis opponũtur, ut in eo quod modò dixi: Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis: Non nostri ingenij, uestri auxilij est. Et sententiæ sententijs: Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Cui cõmodißime subiungitur & ea species, quam distinctionem diximus: Odit populus Romanus priuatã luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Et quæ sunt simili casu, dißimili sententia in ultimo locata, ut: Quod in tempore mali fuit, nihil obsit, quin quod in causa boni fuit, prosit. Nec semper contraposito subiungitur, ut in hoc: Est igitur iudices nõ scripta, sed nata lex. Verum, sicut Cicero dicit, de singulis rebus propositis refertur ad singula, ut in eo quod sequitur. Quam nõ didicimus, accepimus, legimus, uerũ ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expreßimus. Nec semper quod aduersum est contraponitur, quale est apud Rutilium: Nobis primis dij immortales fruges dederunt, nos quæ soli accepimus in omnes terras distribuimus. Fit etiam assumpta illa figura, qua uerba declinata repetuntur, quod ἀνταμοιβὴ dicitur: Non ut edam ui uo, sed ut uiuam edo. Et quod apud Ciceronem conuersum ita est, ut cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat, ut & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia puniatur, quod & eodem excluditur uerbo, ut quod dicit de Sexto Roscio: Etenim cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse qui scenam introeat, tum uir eiusmodi sit, ut solus uideatur dignus, qui eò non accedat. Est & in nominibus ex diuerso collocatis sua gratia: Si Consul Antonius, Brutus hostis, si con- Antimetabole.

seruator Reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Olim plura de figuris q̃ necesse erat, & adhuc erit, qui putet esse figuram: Incredibile est quod dico, sed uerum, & ἀντίφορα uocant: Et aliquis hoc, Semel tulit, ego bis, ego ter, Δὶς ἐξαπατῶν οὐκ ἀπατᾷ. Longius euectus sum, sed redeo ad propositum. Quædam uerborum figuræ paulum figuris sententiarum declinantur, ut dubitatio. Nam cum est in re, priori parti assignãda est, cum in uerbo sequẽti, siue me malitiã, siue stultitiam dicere oportet. Item correctiõis eadem ratio est. Nam quod illic dubitat, hic emendat. Etiam in personæ fictione accidere quidam idẽ putauerunt, ut in uerbis etiam esset hæc figura: Crudelitatis est mater auaritia. Et apud Sallust. in Ciceronẽ: O Romule Arpinas: quale est et apud Menandrũ, Oedipus Othryasius. Hæc omnia copiosius sunt executi, qui nõ ut partẽ operis transcurrerũt, sed proprie libros huic operi dedicauerunt, sicut Cæcilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, alijq̃ nõ pauci, sed non minor erit eorum qui † iuuant uiuunt gloria. Vt fatcor autem uerborum figuras posse plures reperiri à quibusdam, ita his quæ ab autoribus claris traduntur, meliores nõ assentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de Oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo uidetur ipse damnasse, quarum pars est, quæ sententiarũ potius q̃ uerborum sit, ut imminutio, improuisa imago, subijcijsi responsio, promissio, digressio, cõtrarium. Hoc enim puto quod dicitur ὑποφορά, sumpta ex aduersopugnatio. Quædã omnino nõ sunt figuræ, sicut ordo, diuu-

Antipophora.

meratio, circunscriptio, siue hoc nomine significatur cõprehensa breuiter sententia, siue finitio. Nam Cornificius, atq; Rutilius schema λέξεως putant. Verborum aũt + concinna transgreßio, id est, hyperbaton, quod Cæcilius quoq; putat schema, à nobis est interposita, & mutatio, & si ea est, quam Rutilius ἀνομοίωσιν uocat, dißimilitudinem ostendit hominũ, rerum, factorumq;, si latius fiat, figura nõ est: si angustius, in ἀντίθεσιν cadet. Si uero hæc appellatio significat ὕπαλλαγὴν, satis de ea dictũ č. Quod uero schema est ad ppositũ subiecta ratio? Quod Rutilius ἀπολογίαν uocat, utrũ (nam de illo dubitari poßit an schema sit) distributis subiecta ratio? qd' apud eundem primo loco positũ est, προσαπόδοσιν dicit, quæ ut maxime seruetur, sanè est pluribus propositis, qa aut singulis statim ratio subijcitur, ut est apud C. Antonium, Sed neq; accusatorem eum metuo, qui sum innocens, neq; cõpetitorem uereor, qui sum Antonius, neque COS. ßpero, qui est Cicero. Aut positis duobus uel tribus, eodẽ ordine singulis continua redditur, quale apud Brutum de dictatura Cn. Pompeij: Præstat enim nemini imperare, q̃ alicui seruire: Sine illo enim uiuere honeste licet, cum hoc uiuendi nulla conditio est. Sed uni rei multiplex ratio subijcitur, ut apud Vergilium:

Siue inde occultas uires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium. Et totus locus.
Seu plures calor ille uias, Seu durat magis. (γὰρ,

Relationẽ qd accipi uelit, nõ liquet mihi. Nã si ἀπαλλα

+ continua

aut ἐπάνοδον, aut ἀνθυπαλλαγὴν dicit, de omnibus locuti sumus. Sed quicquid, id est, neq; hoc, neq; superiora in Oratore repetit. Sola est in eo libro posita pariter in

Exclamatio ter figuras uerborum, exclamatio, quam sententiæ potius puto. Affectus enim est, & cæteris omnibus consentio Adijcit his Cæcilius πρόφρασιν, de qua dixi. Cornificius interrogationem, ratiocinationem, subiectionem, translationem, occultationem. Præterea sententiam, membrũ, articulum, interpretationẽ, conclusionem, quorum priora alterius generis sunt schemata, sequentia schemata omnino nõ sunt. Item Rutilius præter ea quæ apud alios quoque sunt schemata, ὁμολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιΐαν, Δικαιολογίαν, πρόληψιν, χαρακτηρισμόν, βραχυλογίαν, παρασιώπησιν, παῤῥησίαν, de quibus idem dico. Nam eos quidem autores, qui nullum propè finem fecerunt exquirendis nominibus, præteribo, qui etiam quæ sunt argumentorum, figuris adscripserunt. Ego illud de his etiam quæ uere sunt, adijciam breuiter, sicut ornãt orationes opportune positæ, ita ineptissimas esse, cum immodice petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & uiribus sententiarum, si uel inania uerba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideoq;

+ substantia non desinunt eas nectere, quas sine + sententia sectari tã est ridiculum, q̃ quærere habitum, gestumq; sine corpore. Sed ne hæ quidẽ quæ recte fiũt, densandæ sunt nimis. Nam & uultus mutatio, oculorumq; coniectus multũ in actu ualet, sed si quis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare non desinat, ridea

tur. Et oratio habeat rectam quandam uelut faciem, quæ ut stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea quam natura dedit, specie continenda est. Sciẽdum uero in primis quid quisq; in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Maior enim pars harum figurarũ posita est in delectatione. Vbi uero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandũ est, quis ferat contrapositis, & pariter cadentibus, & consimilibus irascentem, flentẽ, rogantemẽ cum his rebus cura uerborum deroget affectibus fidem, & ubicũq; ars ostentatur, ueritas abesse uideatur. Nimiã diligentia corrũpit artem.

De Compositione. CAP. IIII.

DE compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderẽ, cui nescio an ulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi et eiusdem ætatis homines scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere id colloc andi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriæ tradidissent. Itaq; accedam in pleriſq; Ciceroni, atq; in his ero, quæ indubitata sunt breuior, in quibusdam paulum fortasse dissentiã. Nam etiam cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. Neq; ignoro quosdam esse, qui cũram omnem compositionis excludant, atq; illum horridũ sermonem ut fortè effluxerit, modò magis naturalem, modò etiam magis uirilem esse contendant. Qui si id decorum naturale esse dicunt, quod à natura primum ortum est, & quale ante cultum fuit, tota hæc ars orãdi subuertetur. Neq; enim locuti sunt ad hanc regulam et diligentiã primi homines, nec proœmijs præparare, docere ex-

positione, argumentis probare, affectibus cõmouere scie
runt. Ergo his omnibus, non sola compositione caruerũt:
quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem
casas, aut uestibus pellium tegmina, aut urbibus montes
ac syluas mutari oportuit. Quæ porrò ars statim fuit?
quid non cultu miteſcit? cur uites coërcemus manu? cur
eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc gene
rat. Manſuefacimus animalia? indomita naſcuntur. Ve
rum id est maxime naturale, quod fieri natura optime
+ quid patitur. Fortius uero + quî incompoſitum poteſt eſſe, q̃
iunctum & bene collocatum? Neque si parui pedes uim
+ Callima- chiorum. detrahant rebus, ut Sotadeorum, & + Callimachorum,
& quorundam in oratione ſimili penè licentia laſciuien
tium, compoſitionis est iudicandum. Cæterum quanto ue
hementior fluminum curſus est prono alueo, ac nullas mo
ras obijciente, quàm inter obſtantia ſaxa fractis ac aquis
reluctantibus, tanto quæ cõnexa est, & totis uiribus, +
+ furit fluit, fragoſa atque interrupta melior oratio. Cur ergo
nec arte ſatis ualeat, & comitetur ſemper artem decor?
+ excuſſa An non eam quæ + emiſſa optime est, haſtam ſpectoſiſſi-
me contortam ferri uidemus? & arcu dirigentium te-
la quo certior manus, hoc est habitus ipſe formoſior? Iã
in certamine armorum, atq; in omni palæſtra quid ſatis
Compoſitio non delectat tãtũ uerum etiã affectus mouet. recte cauetur ac petitur, cui non artifex motus, & certi
quidam pedes adſint? Quare mihi compoſitione uelut
amentis quibuſdam neruiſue intendi & concitari ſen-
tentiæ uidẽtur. Ideo eruditiſſimo cuiq; perſuaſum est, ut

lere eam quamplurimum, non ad delectationem modõ, sed ad motum quoq; animorum. Primũ quia nihil intrare potest in affectum, quod in aure uelut quodam uestibulo statim offendit: deinde quod natura ducimur ad modos. Neq; enim aliter eueniret, ut illi quoq; organorũ soni, quanquam uerba nõ exprimunt, in alios tamen atque alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris non eadem ratione cõcitant animos ac remittunt, nec + eosdem modos adhibent cum bellicum est canendum, & cum posito genu supplicandum. Nec idem signorum cõcentus est procedente ad prælium exercitu, idem receptui carmen. Pythagoræis certe moris fuit, & eum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores, et cum somnum peterent, ad eandẽ prius lenire mentes, ut si quid fuisset turbidiorum cogitationum, componerent. Quod si numeris et modis inest quædam tacita uis, in oratione eo uehementißima, quantũq; inter est sensus idem quibus uerbis efferatur, tantũ uerba eadẽ qua compositione uel in exitu iungantur, uel fine claudãtur. Nam quædã & sententijs parua, & elocutione modica, uirtus hæc sola commendat. Deniq; quod cuiq; uisum erit uehemẽter, dulciter speciose dictũ, soluat, et turbet, abierit oĩs uis, iucũditas, decor. Soluit quædã sua in Oratore Cicero: Nã neq; me diuitiæ mouent, quibus oẽs Africanos & Lælios, multi uenalitij mercatoresq; superarunt, & sequentes deinceps periodos: quas si ad illũ modũ ꝓturbes, ueluti fracta aut trãsuersa tela proiceris. Idẽ corrigit quæ à Graccho cõposita durius putat:

+ Eodẽ modo adhibent

Pythagoræ rum mos.

Ad Brutum.

Illum decet, nos hac simus probatione contenti, quod in scribēdo quæ se nobis solutiora obtulerint, componemus. Quid enim attinet eorū exempla quærere, quæ sibi quisque experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu, & elocutione dissolueris, hoc orationē magis deformē fore, quia negligentia collocationis ipsa uerborum luce deprehenditur. Itaq; ut confiteor penè ultimam oratoribus artem compositiōis, qua de perfecta sit, contigisse, ita illis priscis habitam inter curas, inquantum adhuc profecerant, puto. Neq; mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit Lysiam, Herodotum, Thucididem, parum studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti non idem quod Demosthenes, aut Plato, quanq; & ij ipsi inter se dissimiles fuerint. Nam neq; illud in Lysiæ dicendi textū tenue, atq; rarum lætioribus numeris corrumpendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atq; imaffectati coloris, perdidisset fidem quoq;. Nam scribebat alijs, non ipse dicebat, ut oportuerit esse illa rudibus & incōpositis similia, quod ipsum compositio est. Et historiæ (quæ currere debet ac ferri) minus conueniissent intersistentes clausulæ, & debita actionibus respiratio, & eludendi inchoandiq; sententias ratio. In concionibus quidem etiā similiter cadentia quædam & contrapositа deprehendas, in Herodoto uero cum omnia (ut ego quidem sentio) leniter fluant, tum ipsa διάλεκτος habet eam iucunditatem, + ut latentes etiam numeros complexa uideatur. Sed de proposito rum diuersitate post paulum. Nunc quæ prius his qui

+ ut latenter in numeros complexa uideatur.

recte componere uolent, discenda sint. Est igitur ante omnia oratio, alia iuncta atq; contexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis, nisi cum aliquid supra naturã suã tractant, ut de philosophia, de republica similibusq;. Quod nõ eo dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsitan difficiliores etiam pedes: neq; enim aut hiare semper uocalibus, aut destitui temporibus uolunt sermo & epistola, sed non fluunt, nec cohærent, nec uerba de uerbis trahunt, ut potius laxiora in his uincula q̃ nulla sint. Nonnunquã in causis quoq; minoribus decet eadem simplicitas, quæ non illis sed alijs utitur numeris, dissimulatq; eos, & tantum communit occultius. At illa cõnexa series tres habet formas, incisa, quæ κόμματα dicuntur, membra, quæ κῶλα, περίοδον, quæ est uel ambitus, uel circunductum, uel cõtinuatio, uel conclusio. In omni porrò compositione tria sunt, † necessaria, ordo, iunctura, & numerus. Primũ igitur de ordine. Eius obseruatio in uerbis est singulis, & contextis. Singula sunt quæ diximus ἀτόμους εἶναι. In his cauendũ ne decrescat oratio, & fortiori iũgatur aliquid infirmius, ut sacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent sententiæ & insurgere, ut optime Cicero: Tu, inq̃t, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio superuenit. At si cœpisset à toto corpore, non bene ad latera fauces q; descenderet. Est & alius naturalis ordo, ut uiros ac fœminas, diem ac noctem, ortum et occasum dicas potius, q̃ retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua,

† genera

Philipp. II.

Ordo naturalis.

ut fratres gemini. Nam si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse. Illa nimia quorundã fuit obseruatio, ut uocabula uerbis, uerba rursus aduerbijs, nomina appositis, et pronominibus rursus essent priora. Nam sit contrà quoq; frequenter non indecore. Nec non & illud nimiæ est superstitionis, ut quæq; sint tempore, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter non sit hoc melius, sed quia interdum plus ualent ante gesta, ideoq; lenioribus superponẽda sunt. Verbo sensum cludere mul-

Verbo claudẽda oratio.

tò, si compositio patiatur, optimũ est. In uerbis enim sermonis uis inest. At si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris, ut fit apud summos Græcos, Latinosq; oratores frequentißime. Sine dubio enim omne quod non cludet, hyperbaton est. Ipsum hoc inter tropos uel figuras, quæ sunt uirtutis, receptum est. Nõ enim ad pedes uerba dimẽsa sunt. Ideoq; ex loco transferuntur in locũ, ut iungã rudium, etiam ipsa enormitas inuenit cui applicari, et in quo posit insistere. Felicißimus tamen sermo est, cui & rectus ordo, & apta iunctura, & cũ his numerus opportune cadens cõtingit. Quædã uero trãsgreßiones et longæ sunt nimis, ut in superioribus diximus libris, & interrim etiam cõpositione uitioſæ, quæ in hoc ipsum petuntur, ut exultent atq; lasciuiãt, quales illæ Mecœnatis: Sole & aurora rubent plurima, inter sacra mouit aqua fraxinos ne exequias quidem unus inter miserrimos uideremeas. Quod inter hæc peßimũ est, quia in re tristi ludit compositio. Sæpe tamen est uehemens aliquis sensus in

uerbo, quod si in media parte sententiæ latet, transiri intentione, & obscurari circumiacentibus solet, in clausula positum assignatur auditori & infigitur, quale est illud Ciceronis: Vt tibi necesse esset in conspectu populi Romani uomere. Transfer hoc ultimum, minus ualebit. Nam totius ductus hic est quasi mucro, ut per se + fœdæ uomendi necessitati, iam nihil ultra expectantibus, hanc quoq; adiiceret deformitatem, ut cibus teneri nõ posset postridie. Solebat Afer Domitius traijcere in clausulas uerba tantum asperandæ compositionis gratia, & maxime in proœmijs, ut pro Cloantilla: Gratias agam continuò, & pro Lælia: Eis utrisq; apud te iudicem periclitatur Lælia. Adeò refugit teneram delicatamq; modulãdi uoluptatem, ut occurrentibus per se numeris, quo eos inhiberet obijceret. Amphibologiam quoq; fieri uitiosa locatione uerborum, nemo est qui nesciat. Hæc arbitror, ut in breui, de ordine fuisse dicenda: qui si uitiosus est, licet & iuncta sit, & apte cadens oratio, tamen meritò incõposita dicatur. Iunctura sequitur. Ea est in uerbis, incisis, membris, periodis. Omnia nanq; ista & uirtutes, & uitia in complexu habent. Atq; ut ordinem sequar, primum quæ imperitis quoq; ad reprehensionem notabilia uidentur, id est, quæ commissis inter se uerbis duobus ex ultima prioris, ac prima sequentis syllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum uocalium concursus, qui cum accidit, hiat & intersistit, & quasi laborat oratio: Pessime longe, quæ eadem inter se literas committunt, sonabũt. Præcipuus tamẽ erit hiatus earum, quæ cauo aut patulo

+ fœda uomẽdi necessitas

maxime ore efferuntur. E plenior litera est, i angustior, ideoq; obscurius in his uitium. Minus peccabit qui longis breues subijciet, et adhuc qui præponet longæ breuẽ. Minima est in duabus breuibus offensio. Atq; cum aliæ subiunguntur alijs perinde asperiores erunt, prout oris + habitu + hiatu simili, aut diuerso pronunciabuntur. Non tamẽ id ut crimen ingens expauescendum est, ac nescio negligentia in hoc, an solicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetũ dicendi, et à potioribus auertat. Quare ut negligentiæ est pars hoc pati, ita humilitatis ubiq; perhorrescere, nimiosq; non immeritò in hac cura putant omnes Isocratem secutos, præcipueq; Theopompum. At Demosthenes & Cicero modice respexerũt ad hanc partem. Nam & coëuntes literæ, quæ συμφωνοι dicitur, etiam leniorem faciunt orationẽ, quàm si omnia uerba suo fine cludantur, & nonnunq; hiulca etiam decent, faciuntq; ampliora quædã, ut pulchra oratione apta omnino iactare, tum longæ per se, & uelut optimæ syllabæ aliquid etiam medij temporis inter uocales quasi intersistatur assumunt. Qua de re utar Ciceronis potissimum uerbis: Habet, inquit ille, tanq; hiatus & cõcursus uocalium molle quiddam, & quod indicet, nõ ingratam negligentiam de re hominis magis quàm de uerbis laborantis. Cæterũ consonantes quoq;, + eæq; præcipue quæ + earumq; sunt asperiores, in cõmissura uerborum rixantur, & s ultima cum x proxima, quarũ tristior, etiamsi binæ colli dantur, stridor est, ut ars studiorum, quæ fuit causa & Seruio, ut dixi, subtrahẽdæ s literæ, quoties ultima esset,

aliáq; consonante susciperetur, quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neq; Lucilium putant uti eadem ultima, cum dicit: Serenu' fuit, & dignu' loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradidit sic locutos:

Inde Belligerare po' meridiem, & illa Censorij Catonis, Die' hanc, æquem litera in e mollita, quæ in ueteribus libris reperta mutare imperiti solent, et dum librario rum inscitiam insectari uolunt, suam confitentur. Atqui eadem illa litera quoties ultima est, & uocalem uerbi sequentis ita cõtingit, ut in eam transire possit, etiã si scribitur, tamen parum exprimitur, ut: Multum ille. & Quantum erat. adeò ut penè cuiusdam nouæ literæ sonũ reddat. Neq; enim eximitur, sed obscuratur, & tantũ aliqua inter duas uocales uelut nota est, ne ipsæ coëant. Videndum etiã ne syllabæ uerbi prioris ultimæ, sint primæ sequẽtis. Id ne quis præcipi miretur, Ciceroni in epistolis excidit: Res mihi inuisæ uisæ sunt Brute. Et in carmine: O fortunatam natam me consule Romam.

Etiam monosyllaba plura male cõtinuabuntur, quia necesse est compositio multis clausulis cõcisa subsultet. Ideoq; etiam breuium uerborũ ac nominũ uitanda continuatio, & ex diuerso quoq; longorum. Afferunt enim quandam dicẽdi tarditatem. Illa quoq; uitia sunt eiusdem loci si cadentia similiter, & similiter desinentia, & eodem modo declinata iungantur. Nec uerba quidem uerbis, aut nõa nominibus, similiáq; his cõtinuari decet, cũ uirtutes etiã ipsæ tædium pariant, nisi gratia uarietatis adiutæ. Mẽ

brorũ inciſorumq; iunctura non eo modo eſt obſeruãda, quo uerborũ, quanq; & in his extrema & prima coëunt. Sed plurimum refert compoſitionis, quæ quibus antepo nas: Nam & uomens fruſtis eſculentis uinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal impleuit. Et contrà (nam frequentius utar iiſdem diuerſarum quoq; rerum exemplis, quo ſint magis familiaria) Saxa atq; ſolitudines uoci reſpondent, beſtiæ ſæpe immanes cantu flectuntur atq; conſiſtunt. Magis id inſurgebat ſi uerteretur. Nam plus eſt ſaxa q̃ beſtias cõmoueri, ineſt tamen cõ

Numeri in oratione. poſitioni decor. Sed tranſeamus ad numeros. Omnis ſtructura, ac dimenſio, et copulatio uocũ, conſtat aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi uolo) aut μέτρῳ, id eſt, dimenſione quadam. Quod etiam ſi cõſtat utrunq; pedibus, ha

†In numeris bet tamẽ nõ ſimplicẽ differentiã. Nam rhythmi, † id eſt, numeri ſpatio temporum conſtant, metra etiam ordine, ideoq; alterum eſſe quãtitatis uidetur, alterum qualita-

Rhythmus. tis. Ῥυθμὸς aut par eſt, ut dactylus. Vnam enim ſyllabam parem breuibus habet. Eſt equidẽ uis eadem & alijs pedibus, ſed nomen illud tenet. Longam eſſe duorũ temporum, breuem unius, etiam pueri ſciunt: aut ſeſcuplex, ut pæon, cuius uis eſt ex lõga et tribus breuibus, quiq; ei cõtrarius ex tribus breuibus & longa, uel alio quoquo modo, tempora tria ad duo relata ſeſcuplũ faciunt: Aut duplex, ut iambus. Nam eſt er breui & longa, quiq; eſt ei

† enim cõtrarius. Sunt † hi et metrici pedes, ſed hoc intereſt, quod rhythmo indifferens eſt, dactylus'ne ille priores habeat

† ſonũ metiẽ breues, an ſequentes. Tempus enim † ſolum metitur, ut

à ſublatiõe ad poſitionẽ ijſdem ſit ſpatijs pedũ. In uerſu pro dactylo poni non poterit anapæſtus, aut ſpondeus, nec pæon eadem ratione à breuibus incipiet ac deſinet. Neq; ſolum alium pro alio pedem metrorum ratio nõ recipit, ſed ne dactylum quidem, aut fortè ſpondeum, alterum pro altero. Itaq; ſi quimq; cõtinuos dactylos (ut fit in illo: Panditur interea domus omnipotẽtis olympi.) Confundas, ſolueris uerſum. + Sunt & illa diſcrimina, quod rhythmis libera ſpatia, metris finita ſunt, & his certæ clauſulæ, + illi quo modo cœperant currunt uſque ad μεταβολὴν, id eſt, tranſitum in aliud genus rhythmi. Et quod metrum in uerbis modo, rhythmos etiã in corporis motu eſt. Inania quoq; tẽpora rhythmi facilius accipient, quanquam hæc & in metris accidunt, maior tamen illic licentia eſt, ubi tempora etiam animo metiuntur, & pedum, & digitorum ictu interualla ſignant quibuſdam notis, atque æſtimant quot breues illud ſpatium habeat, inde τετράσημον, πεντάσημον. Deinceps longiores fiunt percußiones. Nam σημεῖον tempus eſt unũ. In compoſitione orationis certior, & magis omnibus aperta ſeruari debet dimenſio. Eſt igitur in pedibus. Et metrici quidem pedes adeò reperiũtur in oratione, ut in ea frequenter non ſentientibus nobis, omnium generum excidant uerſus. Et contrà, nihil eſt proſa ſcriptum quod non redigi poßit in quædã uerſiculorum + genera. Sed in adeò moleſtos incidimus Grammaticos, + quorum fuerunt, qui lyricorum quædam carmina in uarias menſuras coẽgerunt. At Cicero frequentißime dicit totũ hoc

ut à ſublatione ad poſitionem ijſdem ſpatijs. Proinde aliâs ad dimenſionẽ in uerſu pro dactylo poni non poterit anapæſtus, aut ſpondeus: Nec penes eandem rationem à breuibus incipiat ac deſ.

+ Sic + aliæ

+ membra + quàm

constare numeris, ideoq; reprehenditur à quibusdam, tanquam orationẽ ad rhythmos alliget. Nam sunt numeri rhythmi, ut & ipse cõstituit, & secuti eum Vergilius, cum dicit: Numeros memini si uerba tenerem. & Horatius Numerisq; fertur Lege solutis. Inuadunt ergo hanc inter cæteras uocem. Neq; enim Demosthenes fulmina tantopere uibrasse diceretur, nisi numeris cõtorta ferrẽtur. In quo si hoc sentimus, rhythmis contorta, dissentio. Nam rhythmi, ut dixi, neq; finem habent certum, nec ullam in contextu uarietatem, sed qua cœperunt sublatione ac +positione, ad finem usq; decurrunt. Oratio non descendit ad strepitum digitorum: Id quod Cicero optime uidet, ac testatur frequenter se quod numerosum sit quærere, ut magis non ἐυρυθμὸν, quod esset insitum atque agreste, quàm εὐρυθμὸν, quod poëticum est, esse compositionem uelit, sicut etiam quos palæstritas esse nolumus, eos qui dicuntur ἀπάλαιστοι. Verum ea quæ efficitur ex pedibus æqua conclusio, nomen aliquod desiderat. Quid sit igitur potius quàm numerus, & oratorius numerus, ut Enthymema rhetoricus syllogismus? Ego certe ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius caruit, posco hoc mihi, ut cum pro composito dixero numerum, & ubicunque iam dixi, oratorium dicere intelligar. Collocatio autem uerba iam probata, & electa, & uelut assignata sibi debet connectere: nam uel dura inter se commissa potiora sunt inutilibus, tamen & eligere quædam, dum ex his quæ idem significent atq; idem ualeant,

+ Per ἀφαίρεσιν & θέσιν, id est sublatiõe ac positione.

permiserim, & adijcere, dum non otiosa, & detrahere dum non necessaria. Sed figuris mutare & casus & numeros, quorum uarietas frequenter gratia compositionis adscita etiam sine †numero solet esse iucunda, etiam ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscit, utrum uolet sumat compositio. Vitauisse uel uitasse, deprehendere uel deprendere. Coitus etiam syllabarũ non negabo, & quic quid sententijs aut eloquentiæ non nocebit. Præcipuum tamen in hoc opus est, scire quid quoque loco uerborum maxime quadret. Atque is optime componet, qui hoc solum componẽdi gratia faciet. Ratio uero pedum, in oratione est multo q̃ in uersu difficilior. Primum quod uersus paucis continetur, oratio longiores habet sæpe circuitus. Deinde quod uersus semper similis sibi est, et una ratione decurrit, orationis compositio nisi uaria est, & offendit similitudine, & affectatione deprehenditur. Et in omni quidem corpore, totoq;, ut ita dixerim, tractu numeris inserta est. Neque enim loqui possumus è syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamen & desideratur in clausulis, et apparet, primũ quia sensus omnis habet suum finem, posidetq; naturale interuallum quo à sequentis initio diuidatur. Deinde quod aures continuam uocem secutæ, ductæq; uelut prono de currentis orationis flumine, tum magis iudicãt, cum ille impetus stetit, & intuendi tempus dedit. Non igitur dum rum †sit, neque abruptum, quo animi uelut respirant ac reficiuntur, hæc est sedes orationis, hoc auditor expectat, hic laus omnis declamat. Proximã clausulis diligen-

†nomine

Quantæ maioris difficultatis numerus in soluta quam pedibus ligata.

†sed

tiam postulant initia: nam & ad hæc intentus auditor est. Sed eorũ facilior ratio est. Non enim cohærent aliis, nec præcedentibus seruiunt, sed nouum exordium sumunt, cum illa quamlibet sit cõposita, ipsam gratiam perdet, si ad eam rupta uia ueniamus. Nanq; cum sit, ut uidetur, seuera Demosthenis compositio, πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσιν ὑμῖν πᾶσαις, et illa quæ ab uno, quod sciã Bruto minus probatur, cæteris placet, κἄμ μήπω βαλλοίμην αὐτὸ ζῆν. Non desunt qui Ciceronẽ carpant in his: Familiaris cœperat esse balneatori, & non minus dura archipiratæ, nam balneatori et archipiratæ idẽ finis est, qui πᾶσιν ὑμῖν πᾶσαις, et quiὰ αὐτὸ ζῆν, sed priora sunt, ideo seueriora. Est in eo quoq; nõnihil, quod + hic singulis uerbis bini pedes cõtinentur, qd'etiã in carminibus est permolle, nec solũ ubi quinæ sylabæ nectuntur, ut in his: Fortissima Tyndaridarum, sed etiam ubi quaternæ, cum uersus cluditur, Apennino, & armamentis, et Oriona. Quare hoc quoq; uitandum est, ne plurium syllabarũ uerbis utamur in fine. Medijs quoque non eã modò cura sit, ut inter se cohæreant, sed ne pigra, ne longa sint, ne quod nunc maximum uitium est, breuium contextu resultent, ac sonum reddant penè puerilium crepitaculorum. Nam ut initia clausulæq; plurimum momenti habent, quoties incipit sensus aut desinit, sic in medijs quoque sunt quidam conatus qui leuiter intersistunt. Vt currentium pes etiamsi non moratur, tamen uestigium facit. Itaque non modò membra atq; incisa bene incipere atq; includi decet, sed etiam in his quæ

+ sic

non dubiæ contexta sunt, nec respiratione utuntur + illi uel occulti gradus. (Quis enim dubitet unum sensum & unius spiritus esse?) Animaduerti Iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Tamen & duo prima uerba, & tria proxima, & deinceps duo rursus, ac tria, suos quasi numeros habent spiritum sustinentes. sicut apud rhythmicos æstimantur hæ particulæ, prout sunt graues, acres, lentæ, celeres, remissæ, exultantes. Proinde id quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum, aut quadratum, aut solutum erit. Quædam etiam clausulæ sunt claudæ atque pendentes si relinquantur, sed sequentibus suscipi ac sustineri solent, eoq; facto uitium quod erat in fine, continuatio emendat. Non uult P.R. obsoletis criminibus accusari Verrem: durum si desinas, sed cum est continuatum his quæ sequuntur, quanquã natura ipsa diuisa sint, Noua postulat, inaudita desiderat, saluus est cursus. Vt adeas tantum dabis, male cluderet: nam & trimetri uersus pars ultima est, excipit, Vt cibum uestitumq; inferre liceat tantum, præceps adhuc firmatur ac sustinetur ultima, Recusabat nemo. Versum in oratione fieri multo fœdissimum est totum, sicut etiam in parte, deforme utique si pars posterior in clausula deprehẽdatur, aut rursus prior in ingressu. Nam quod est contrà, sæpe etiam decet, quia et cludit interim optime prima pars uersus, dum intra paucas syllabas, præcipue senarij atque octonarij. In Africa fuisse, initium senarij est, primum pro Q. Ligario caput cludit. Esse uideatur. Nam nimis frequens

+illius uel occulta gradus Pro Cluentio.

Act. vii.

octonarium inchoat. Talia sunt Demosthenis, πᾶσιν ἡμῖν ἅπασι καὶ πᾶσιν ὑμῖν ὅσην ἔννοιαν, & totum penè principium. Et ultima uersuum initio conueniunt orationis. Et si uereor iudices. & : animaduerti iudices. Sed initia initijs non conueniunt. Titus Liuius hexametri exordio cœpit: Facturus ne operæpretium sim. Nam ita cdidit, estq; melius quàm quo modo emendatur. Nec clausulæ clausulis, ut Cicero: Quò me uertam nescio, qui tri-
†promiscuo metri finis est, trimetrum & †pro misero dicere licebat: Sex enim pedes tres percussiones habent. Peius claudit finis hexametri, ut Brutus in epistolis: Neque enim illi
†constiterat malunt habere tutores aut defensores, quanquam †sci-unt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles, quia hoc genus sermoni proximum est. Itaque & uersus hi fere excidunt, quos Brutus ipso componendi ductus studio fa-
†non tam pissime facit, † non raro Asinius. Sed etiam Cicero non-nunquam, ut in principio statim orationis in Lucium Pi-sonem: Prò dij immortales, quis hic illuxit dies? Non minore autem cura uitandum est, quicquid εὐρυθμόν, quale est apud Sallustium: Falso quæritur de natura sua. Quamuis enim uincta sit, tamen soluta uideri debet ora-tio. Atqui Plato diligẽtissimus compositionis in Timæo prima statim parte uitare ista non potuit. Nam & initi-um hexametri statim inuenias, & anacreontion proti-nus colon efficias, & si uelis trimetron, & quod duobus pedibus, & parte, πενθημέμερις à Græcis dicitur, &
†& hæc omnia in tribus uerbis, †ut Thucydidis, ᾧ ἐφάνησαν, ex mollissimo rhythmorum genere ex-

cidant. Sed quia orationem iam constare pedibus dixi, aliqua de his quoq; quorum nomina quoniam uariae esse traduntur, constituendum est quo quenque appellemus, & quidē Ciceronem sequar: nam is eminentissimos Grę corum est secutus, excepto quod pedes mihi trisyllabos non uidetur excedere, quanquam ille pęone dochimó que, quorum prior in quatuor, secundus in quinque ex currit, utatur. Nec tamen ipse dissimulat quibusdam nu meros uideri non pedes, neque immeritò. Quicquid e nim supra tris syllabas, id est ex pluribus pedibus. Er go cum constēt quatuor pedes bimis, octo ternis, spondeum longis duabus, pyrrhichium, quem alij piriambum uocant, breuibus, iambum breui longaq;, huic contrarium è longa & breui, hunc choreum nos, ut alij trochæum, nō minemus. Ex his uero qui ternas syllabas habent, dactylum, longa duabusq; breuibus, huic temporibus parem, sed retrò actum, appellari constat anapæston. Media inter longas breuis faciet amphimacrum, sed frequentius eius nomen est creticus. Longa inter breues, amphibrachys. Duabus longis breuem sequentibus bacchius, totidem longis breues præcedentibus, huic contrarius palimbacchius erit. Tres breues trochæum, quē tribrachyn dici uolunt, qui choreo trochæi nomen imponunt, totidem longæ molosson efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem uenit: Sed quo quicq; sunt temporibus ple niores, longisq; syllabis magis stabiles, hoc grauiorē fa ciunt orationem, breues celerem ac mobilem. Vtrunq; lo cis utile. Nam et illud ubi opus est uelocitate, tardum & Pedes longi ac breues.

segne, & hoc ubi pondus exigitur, præceps ac resul-
tans meritò damnetur. Sit in hoc quoque aliquid fortasse
momenti, quod & longis longiores, & breuibus sunt
breuiores syllabæ, ut quamuis neque plus duobus tem-
poribus, neque uno minus habere uideantur. (Ideóque in
metris omnes breues longæ que inter se obsessæ sunt pa-
res) latcat tamen nescio quid, si quicquam supersit aut
desit. Nam uersuum propria conditio est, ideóque in his
quædam etiam communes. Veritas uero quia patitur &
que breuem esse uel longam uocalem cum est sola, quàm
cum eam consonantes una plures ue præcedunt, certe in
dimensione pedum, syllaba quæ est breuis insequente
alia uel breui, quæ tamen duas primas consonantes ha-
beat, fit longa, ut:

Agrestem tenui musam meditaris auena.

Nam licet gre breuis, facit tamẽ longam a priorem. Dat
igitur illi aliquid ex suo tempore, quomodo? nisi habeat
plus q̃ quæ breuissima, qualis ipsa esset detractis conso-
nantibus, nunc unũ tempus accommodat priori, et unum
accipit à sequente, ita duæ naturà breues, positione sunt
tamen temporum quatuor. Miror† autẽ in hac opinione doctis-
simos homines fuisse, ut alios pedes ita eligerent, alios
damnarent, quasi ullus esset quem non sit necesse in ora-
tione deprehendi. Licet enim pæonem sequatur Epho-
rus inuentum à Thrasymacho, probatum ab Aristotele,
dactylumq;, ut temperatiores breuibus, ac longis, fugi-
at spondeum & throchæum, alterius tarditate, alterius
celeritate damnata, et herous qui est idem dactylus, Ari

ſtoteli amplior, iambus humanior uideatur, trochæum ut nimis currentem damnet, eiq; chordacis nomẽ imponat, eademq; dicãt Theodectes ac Theophraſtus, ſimilia poſt eos Halicarnaſſeus Dionyſius, irrumpent etiam ad inuiſus raro facit, maxime laudant, uti licebit. Vt ſint tamen alijs alij crebriores, non uerba facient, quæ neque augeri, nec minui, nec ſicut modulatione produci aut corripi poſſint, ſed tranſmutatio & collocatio. Plerique enim ex commiſſuris eorum, uel diuiſione fiunt pedes, quo fit ut iiſdem uerbis alij atq; alij uerſus fiant, ut memini quendam non ignobilem poëtam ita + luſiſſe:

Aſtra tenet cœlum, mare claſſes, area meſſem. + declaraſſe

Hic retrorſum fit ſotadeus. Itemq; ſotadeo adiungat retrotrimetros:

Caput exeruit mobile pinus repetita.

Miſcendi ergo ſunt, curandumq; ut ſint plures qui placeant, & circumfuſi bonis deteriores lateant. Nec uero in literis ſyllabisq; natura mutatur, ſed refert quæ cum quaq; optime coëat. Plurimũ igitur autoritatis (ut dixi) & ponderis habent longæ, celeritatis breues: quæ ſi miſcentur quibuſdam longis, currunt: ſi continuaneur, exultant. Acres quæ ex breuibus ad longas inſurgunt: leniores quæ à longis in breues deſcendunt. Optime incipitur à longis, recte aliquando à breuibus, ut: Nouum crimẽ C. Cæſar. leuius, ut: Animaduerti iudices. Sed pro Cluentio recte, quod initium eius partitioni ſimile eſt, quæ celeritate gaudet. Clauſula quoque è longis quæ

firmißima eſt, ſe cludet & in breues, quamuis habeatur indifferens ultima. Neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem, quod uidetur aliquid uacami tempori, ex eo quod inſequitur, accedere, aures tamen conſulens meas intelligo multum referre, utrum ne lõga ſit quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum eſt dicere: Incipientem timere, quàm illud: Auſus eſt cõfiteri. Atqui ſi nihil refert breuis an longa ſit ultima, idem pes erit, uerum neſcio quomodo ſedebit hoc, illud ſubſiſtet, quo moti quidam, longæ ultimæ tria tempora dederunt, ut illud tempus, quod breuis ex longa accipit, huic quoq; accederet. Nec ſolum refert, quis claudat, ſed quis antecedat. Retrorſum autem neq; plus tribus, ijſq; ſi non ternas ſyllabas habebunt repetendi ſunt (abſit tamen pœdantia obſeruatio) neque minus duobus, alioqui pes erit, non numerus. Poteſt tamẽ uel unus eſſe dichoreus, ſi unus eſt qui conſtat ex duobus choreis. Itemq; pæon, qui eſt ex choreo & pyrrhichio, quem aptum initijs putant: uel cõtrà qui eſt è tribus breuibus & longa, cui clauſulã aſſignant, de quibus ferè duobus ſcriptores huius artis loquuntur. † Alios omnes quotcunq; ſint temporum, quæ ad orationem pertineant, pæonas appellant. Eſt & dochimus, qui fit ex bacchio, & iambo, uel iambo & creticõ, ſtabilis in clauſulis & ſeuerus. Spondeus quoque, quo plurimum eſt Demoſthenes uſus, moram ſemper per ſe habet, optime præcedet eum creticus, ut in hoc: De quo ego nihil dicam niſi depellendi criminis cauſa. Illud eſt quod ſupra dixi multũ referre, unó ne uerbo pedes ſint

† Alij.

Dochimus.

Spondeus.

duo comprehensi, an uterq; liber. Sic enim fit forte, criminis causa, molle, archipiratæ, mollius si tribrachys præcedat, facilitates, temeritates. Est enim quoddam in ipsa diuisione uerborum latens tempus, ut in pentametri medio, spondeo, qui nisi alterius uerbi fine, alterius initio constet, uersum non efficit. Potest, etiamsi minus bene, præponi anapæstus: Muliere non solum nobili, uerumetiam nota. Tum anapæstus et creticus. Iambus quoque, qui est utroque syllaba minor, præcedet enim tres longas breuis, sed et spondeus iambo recte præponitur: Iisdem in armis fui. Tum spondeus & bacchius, sic enim fiet ultimus dochimus: Iisdem in armis fui. Ex his quæ supra probaui, apparet molosson quoque clausulæ conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante se breuem. Illud scimus, ubicunque sunt, esse pro nobis. Minus grauis erit spondeus præcedente pyrrhichio, ut: Iudicij Ianiani, & adhuc peius priore pæone, ut: Brute dubitaui, nisi potius hoc esse uelimus dactylum & bacchium. Duo spondei non ferè coniungi patiuntur, quæ in uersu quoque notabilis clausula est, +nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: Cur de profugis nostris copias comparat is contra nos? una syllaba, duabus, una. Ne dactylus quidem spondeo bene præponitur, quia finem uersus damnamus in fine orationis. Bacchius, & cludit, & sibi iungitur: Venenum timeres. +Vitat choreum, spondeum autem amat, ut, non uenena timeres, sed uirus timeres. Contrario quoq; quis cludet, nisi si ultimam longam esse uolumus, optimeq; habebit ante se molosson, ut: Et

+ne

+Vel choreũ & spodeum añ amat, ut uenenum timeres

spimis respersum, aut bacchiũ: Quod hic potest, nos possemus. Sed uerius erit claudere choreum præcedẽti spondeo. Nam hic potius est numerus: Nos possemus. &, Romanus sum. Claudet et dichoreus, si pes idem sibijpsi iungetur, quo Asiani sunt usi plurimum. Cuius exemplum Cicero ponit: Patris dictum sapiens temeritas filij comprobauit. Accipiet ante se choreus et pyrrhichium: Oēs propè ciues, uirtute, gloria, dignitate, superabat. Cludet & dactylus, nisi eum obseruatio ultimæ creticum facit, ut: Muliercula nixus in littore. Habebit ante bene cretieum & iambum, spondeum male, peius choreum. Cludit amphibrachus: Q. Ligarium in Africa fuisse, si non eum malumus esse bacchium. Non optimus est trochæus, si ultima est breuis, quod certe sit necesse est, alioqui quomodo cludet qui placet plerisque dichoreus? Illa obseruatione ex trochæo fit anapæstus. Idem trochæus præcedente longa fit pæon, quale est, Si potero. &, dixit hoc Cicero. Obstat inuidia. Sed hoc initijs dederunt. Cludit & pyrrhichius choreo præcedente. Nam sic pæon est. Omnes hi qui in breues excidunt, minus erunt stabiles, nec alibi ferè satis apti, quàm ubi cursus orationis exigitur, & clausulis non interstitur. Creticus est initijs optimus: Quod precatus à dijs immortalibus sum. & clausulis: In conspectu populi Romani uomere postridie: Apparet uero quàm bene eum præcedant, uel anapæstus, uel ille qui uidetur fini aptior, pæon. Sed & se ipse sequitur: Seruare quamplurimos. Sic melius, quàm choreo præcedente, Quis non turpe duceret? si ultima

breuis + pro longa sit. Sed fingamus sic, non turpe duceret, Sed hic est illud mane quod dixi. Paululum enim more damus inter ultimum atq; proximum uerbum, & tur pe illud interuallo quodam producimus, alioqui sit exultantissimum, & trimetri finis. Quis non turpe duceret? sicut illud, ore spiritum excipere liceret, si iungas, lasciui carminis est, sed interpunctis quibusdam, & tribus quasi initijs fit plenum autoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes posui, legem dedi, ne alij essent, sed quid fieri accideret, quod in præsentia uideretur optimũ, ostendi. Et quidem optime est sibi iunctus anapæstus, ut qui fit pentametri finis, uel rhythmos, qui nomen ab eo traxit. Nam ubi libido dominatur, innocentiæ leue præsidium est. Nam synalœphe facit, ut ultimæ syllabæ pro una sonent. Mollior fiet præcedente spondeo uel bacchio, ut si mutes idem, leue innocentiæ præsidium est. Non me capit (ut à magnis uiris dissentiam) pæon, qui est ex tribus breuibus & longa. Nam est ipse una plus breui anapæsto, facilitas & agilitas, quod quid ita placuerit his non uideo, nisi quod illum ferè probauerint, quibus loquendi magis quàm orandi studium fuit. Nam & ante se breuibus gaudet pyrrhichio et choreo, mea uel nostra facilitas. At præcedente spondeo tum plane finis est trimetri, cum sit per se quoque ei contrarius. Principijs meritò laudatur. Nam & primam stabilem & tres celeres habet, tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus uero hic locus non ideo tractatur à nobis, ut oratio quæ ferri debet ac fluere, demetiendis pedibus, ac per-

+ præcedens longa fit

Pæon.

Occupatio in loco, & necessaria.

pendendis syllabis consenescat. Nam id tum miseri, tum in minimis occupati est. Neq; enim q̃ se totũ in hac cura cõsumpserit, potioribus uacabit, siquidem relicto rerum pondere, ac nitore cõtempto, tesserulas (ut ait Lucilius) struet, et uermiculate inter se lexis committet. Nónne ergo refrigeretur + sic calor, & impetus pereat, + ut equorum cursum qui dirigit minuit, & passus qui æquat, cursum frangit, quasi uero numeri non fuerint in compositione deprehensi? Sicut poëma nemo dubitauerit perito quodam initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos compo nit multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam si milia fundamus. Neque uero tam sint intuendi pedes, q̃ uniuersa comprehẽsio: ut uersum facientes, totum illum decursum non sex uel quinq; + partes, ex quibus constat uersus, aspiciunt. Antè enim carmen ortum est, quàm observatio carmi nis. Indeq; illud:

+ fi

+ ut equorũ cursum delicati minutis passibus frãgunt.

+ pedes

Fauni uatesq; canebant.

Ergo quem in poëmate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio. Optime aũt de illa iudicant aures, quæ & plena sentiunt, & parum expleta desiderant, et fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contor tis excitantur, et stabilia probant, clauda deprehendũt, redundantia et nimia fastidiunt. Ideoq; docti rationem componendi + intelligunt, & indocti uoluptatem. Quæ dam uero arte tradi non possunt. Mutandus est casus, si durius is quo cœperamus feratur, num in quem transeã

Compositio quid in oratione.

+ intelligũt etiam indocti uolup.

mus ex quo præcipi potest? Figuræ laboranti etiam compositione uariata sæpe succurrūt. Quæ? cum orationis, tum etiam sententiæ, num præscriptum eius rei ullum est? Occasionibus utendum, & cum re præsenti deliberandum. Enimuero spatia ipsa quæ in hac quidem parte plurimum ualent, quod possunt nisi aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus uerbis satis plena, uel nimium, alia pluribus breuia, & abscissa sunt? Cur in circunductionibus etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci uacare uideatur? Neminem uestrûm ignorare arbitror iudices, hunc per hosce dies sermonem uulgi atque hanc opinionem populi Romani fuisse. Cur hosce potius quàm hos? Neque enim erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius. Cur non satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compositio enim patiebatur, ignorabam, sed ita ut audio, hoc animus accipit plenum sine hac geminatione non esse. Ad sensum igitur referenda sunt. Nequeas satis fortè quid seuerum, quid iucundum sit, intelligere, facias quidem natura duce melius quàm arte, sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scire, ubi quoque genere compositionis sit utendum. Ea duplex obseruatio, altera quæ ad pedes refertur, altera quæ ad cōprehensiones, quæ efficiuntur ex pedibus. & de his prius. Diximus igitur esse incisa, membra, circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus, plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur: Domus tibi deerat, at habebas. Pecunia superabat, at

Incisum. κῶλον Græci dicunt.

egebas. Fiunt autem etiam singulis uerbis incisa, ut: Di-

Membrum κῶλον. ximus, testes dare uolumus. Incisum est, diximus. Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Id enim, O calliidos homines, perfectum est, at remotum à cæteris uim non habet, ut per se manus, & pes, & caput: & O rem excogitatam. Quando ergo incipit corpus esse? cum nec nit extrema conclusio: Quem quæso nostrum fefellit? uos ita esse facturos? quam Cicero breuissimam putat. Itaque ferè incisa & membra mixta sunt, & conclusio-

Periodus. nem utique desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera eius duo sunt, alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circumducitur: alterum quod constat membris, & incisis, quæ plures sensus habent. Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodos membra minimum duo. Medius numerus uidetur quatuor, sed recipit frequenter & plura. Modus eius à Cicerone, aut quatuor senarijs uersibus, aut ipsius spiritus modo terminatur. Præstare debet, ut sensum concludat, sit apertus, ut intelligi possit, non immodica, ut memoria comineri.

ŧstabile est Membrum longius iusto tardum, breuius + instabile est. Vbicunque acriter erit & instanter pugnaciter que dicendum, membratim cæsimq; dicemus. Nam hoc in ora-

+alioqui tione plurimum ualet, + adeóque rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oportet, & cum dicemus æque audientem inhorrescere.

Membratim plerunque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus interuallis, & uelut laxioribus nodis resolue-mus, exceptis quæ non docendi gratia, sed ornandi nar-rantur, ut in Verrem Proserpinæ raptus. Hæc enim le-nis & fluens contextus decet. Periodos apta proœmijs maiorum causarum, ubi solicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locis, & in omni amplificatione, sed poscitur tum austera, si accuses, tum fusa, si laudes. Multum & in epilogis pollet. Totum au-tem adhibendum est, quo sit amplius compositionis ge-nus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, & se credit actori, & uoluptate iam ducitur. Historia non tam finitos numeros, quàm orbem quen-dam contextúmque desiderat. Nanque omnia eius mem bra connexa sunt, quoniam lubrica est, ac fluit, ut homi-nes, qui manibus inuicem apprehensis gradum firmant, continent, & continentur. Demonstratiuum genus o-mne fusiores habet liberiorésque numeros. Iudiciale & concionale ut materia uarium est, sic etiam ipsa collo-catione uerborum: ubi iam nobis pars ex duabus (quas modo fecimus) secunda tractanda est. Nam quis dubi-tat alia lenius, alia concitatius, alia sublimius, alia+ pu-gnacius, alia grauius esse dicēda? Grauibus, sublimibus, ornatis, longas magis syllabas cōuenire? Ita ut lenia spa-tium, sublimia & ornata claritatē quoq; uocum poscāt, potius quàm his contraria. Magis laudarem, breuibus argumenta, partitiones, iocos, & quicquid est sermo-ni magis simile. Itaque componemus proœmium uarie,

+ pugnātius

atque ut ſenſus eius poſtulabit. Neque enim acceſſerim Celſo, qui unam quandam huic parti formam dedit, & optimam compoſitionem eſſe proœmij, ut apud Aſinium, dixit: Si Cæſar ex omnibus mortalibus, qui ſint, ac fuerint, poſſet huic cauſæ diſceptator legi, non quiſquã te potius optandus nobis fuit. Non quia negem hoc bene eſſe compoſitum, ſed quia legem hanc eſſe componendi in omnibus principijs recuſem. Nam iudicis animus uarie præparatur, tum miſerabiles eſſe uolumus, tum moueſti, tum acres, tum graues, tum blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc ut ſunt diuerſa natura, diſſimilem componendi quoq; rationem deſiderant. An ſimilibus Cicero uſus eſt numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Q. Ligario? Narratio ferè tardiores, atque (ut ſic dixerim) modeſtiores deſiderat pedes, & nominibus maxime mixtos. Nam et uerbis, ut ſæpius preſſa eſt, ita interim inſurgit, ſed docere & inſtigere animis res ſemper cupit, quod minime feſtinantiũ opus eſt. Ac mihi uidetur tota narratio conſtare longioribus membris, breuioribus periodis. Argumenta acria, & excitata, pedibus quoq; ad hanc naturam accommodatis utentur. Non tamẽ ita ut trochæis quæ celeria quidem, ſed ſine uiribus ſunt. Verum quamuis ſint breuibus longisq; mixta, non tamẽ plures longas quàm breues habentia. Illa ſublimia, ſpatioſas clarasq; uoces habent, amant amplitudinem. Dactyli quoque ac pæones, etiamſi maiori ex parte ſyllabis breuibus, temporibus tamen ſatis pleni. Aſpera contrà, iambis maxime concitantur,

non ſolum quod ſint è duabus modò ſyllabis, eoq; frequẽ
tiorem quaſi pulſum habent, quæ res lenitati contraria
eſt, ſed etiã quod omnibus partibus inſurgunt, & à bre
uibus in longas nituntur, & creſcunt: ideóque meliores
choreis, qui à longis in breues cadunt. Summiſſa, qualia
in epilogis, lentas & ipſa & minus exclamantes exigũt.
Vult eſſe Celſus aliquam & ſuperiorem cõpoſitionem,
quam ſi quidẽ ſciremus, doceremus, ſed ſit neceſſe eſt tar
da & ſupina. Verum niſi ex uerbis atque ſententijs per
ſeſe id quæritur, ſatis odioſa eſſe non poterit. Deniq;, ut
ſemel finiam, ſic ferè componendũ, quo modo pronũcian
dum erit. An nõ in proœmijs plerunq; ſubmiſſi, niſi cum
in accuſatione concitandus eſt iudex, aut aliqua indigna
tione cõplendus? In narratione pleni atque expreſſi? In
argumentis citati, atque ipſo etiam motu celeres ſumus?
ut in locis ac deſcriptionibus fuſi ac fluentes, in epilogis
plerunq; deiecti & infracti? Atqui coporis quoq; + mo
tibus ſua quædam tempora, & ad ſigna pedum, nõ minus
ſaltationi, q̃ modulationibus adhibet muſica ratio + nu
meros. Quid non uox + ad actus accommodatur naturæ
ipſarum de quibus dicimus rerum? Quo minus id mirum
in pedibus orationis, cũ debeant ſublimia ingredi, lenia
duci, acria currere, delicata fluere. Itaq; ubi eſt neceſſe,
affectamus etiam. Tumor rerum + etiam ſpondeis atque
iambis maxime continetur:

Pronũtiatio ſingularum partium ora tionis.

+ motus

+ numerorũ + & artus

+ ex

Hydroargus ſceptra mihi liquit Pelops.

At ille comicus æque ſenarius, quem trochaicum uocant,
pluribus choreis, q̃ trochæi ab alijs dicũtur. Pyrrhichius

quidem decurrit, sed quantum celeritatis habet, tantum grauitatis amittit:

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem? Aspere uero, & male + dictum etiam in carmine iambis crassatur: Quis hoc potest uidere? quis potest pati?

+ dixit etiã in carmine iambis crassantur.

Nisi impudicus & uorax, & aleo?

In uniuersum autem, si sit necesse, durã potius atq; asperam compositionẽ malim esse, quàm effœminatã & enervem, qualis apud multos, & quotidie magis lasciuimus. Scilicet in tonorũ modis saltitantes. Ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat esse continua, & idco eosdẽ semper pedes ire. Nam & uersificandi + genus est unam legem omnibus sermonibus dare, & id cum manifesta affectatione, cuius rei maxie cauẽda suspicio est, tum etiã tedium ex similitudine ac facietatẽ creat. Quod & est dulcis magis perdit, amittitq; & fidẽ, et affectus, motusq; omnis, qui est in hac cura deprehensus, nec potest ei credere, nec propter eum dolere, & irasci iudex cui putat hoc uacare. Ideoq; initia quædam quasi soluenda de industria sunt, quædã ita maximi laboris, ne laborata uideantur. Sed neq; longioribus q̃ oportet hyperbatis cõpositioni seruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam feciſſe uideamur. Et certe nullũ aptum atq; idoneũ uerbum + prætermittemus gratia lenitatis. Neq; enim erit ullũ tam difficile, quod non cõmode inseri possit, nisi qd' in euitãdis eiusmodi uerbis nõ docorẽ compositionis quærimus, sed facilitatẽ. Nõ tamẽ mirãbor Latinos magis indulsisse cõpositioi, q̃ atticos, quãuis minus i uerbis

+ modus

+ prætermittemus

habeant uarietatis & gratiæ. Nec uitium dixerim, si Cicero à Demosthene paululum in hac parte desciuit. Sed quæ sit differentia nostri græciq; sermonis, explicabit summus liber. Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum uolumini festino) debet esse honesta, iucunda, uaria. Eius tres partes, ordo, coniunctio, numerus. Ratio in adiectione, detractione, mutatione, usu, pro natura rerum, quas dicimus. Cura magna ut sentiēdi atq; loquendi, prior sit. Dissimulatio curæ præcipua, ut numeri sponte fluxisse, non arcessiti & coacti esse uideantur. Libri noni FINIS. Cōpositiōis partes.

M. FABII QVINTILIANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBER DECIMVS.

De Copia uerborum. CAP. I.

SED hæc loquendi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos λέξις nominatur, accesserit, ad quam scribēdo plus, an legendo, an dicendo conferatur, solere quæri scio. Quod esset diligentius nobis examinandum, si qualibet earum rerum possemus una esse contenti. Verum ita sunt inter

+ut si qui flexus eisdē defuerint

se connexa & indiscreta omnia,+ ut si quid ex his defu
erit, frustra sit in cæteris laboratum. Nā neq; solida atq;
robusta fuerit unq̄ eloquentia, nisi multo stylo uires acce
perit, & citra lectionis exemplum labor ille carens re-
ctore fluit. Qui autem sciet quo sint quæq; modo dicēda,
nisi tanq̄ in procinctu paratam quidē ad omnes casus ha
buerit eloquentiam, uelut clausis thesauris incubabit.
Non aūt ut quicq; præcipue necessariū est, sic ad efficiē
dum oratorē maximi protinus erit momenti. Nam certe
cum sit in eloquēdo positum oratoris officiū, dicere ante
omnia est, atq; hic initium eius artis fuisse manifestū est:
proximam deinde imitationem, nouissimā scribendi dili
gentiam. Sed ut peruenīri ad summa nisi ex principijs
non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt
esse quæ prima sunt. Verum nos nō quo modo sit institue
dus Orator, hoc loco dicimus: nam id quidē aut satis, aut

+omnia

certe uti potuimus, dictū est, sed ut athleta qui + omneis
iam perdidicerit à præceptore numeros, quo genere ex

+Ita

ercitationis ad certamina præparādus sit. +Igitur cum
qui res inuenire & disponere sciet, uerba quoq; & eli-
gendi, & collocandi ratione perceperit, instruamus quæ
in oratione dicere facereq; optime quam facilime posit.

+Num

Non + ergo dubium est, quin ei uelut opes sint quædam
parandæ, quibus uti ubicunq; desideratum erit, possit, ea
cōstant copia rerum ac uerborum. Sed res propriæ sunt
cuiusq; causæ, aut paucis cōmunes, uerba in uniuersas pa
randa: quæ si rebus singulis essent singula, minorem cu
ram postularent, nam cuncta sese cum ipsis protinus re-

bus offerrent. Sed cum alijs sint alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficientia, aut melius sonãtia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu, atque ut ita dicam, conspectu, ut cum se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorũ sit electio. Equidem scio quosdã collecta, quæ idem significarent uocabula, solitos edisscere, quo facilius & occurreret unum ex pluribus, & cum essent usi aliquo, si breue intra spatiũ rursus desideraretur, effugiendæ repetitionis gratia sumerent aliud, quo idem intelligi posset: quod cum est puerile, & cuiusdam infelicis operæ, tum etiam utile parum, turbam enim modò congregat, ex qua sine discrimine occupet proximum quodq;. Nobis autem copia cum iudicio parãda est, uim orandi, non circulatoriam uolubilitatem spectantibus: id autem consequemur optima legendo atq; audiẽdo. Non solum enim nomina ipsa rerũ cognoscemus hac cura, sed quid quoq; loco sit aptißimũ, omnibus enim serè uerbis, præter pauca quæ sunt parũ uerecunda, in oratione locus est. Nam scriptores quidem iamborum uetustorumq; comœdiæ, etiam in illis sæpe laudãtur, sed nobis nõ + intueri satis est. Omnia uerba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam & humilibus interdum & uulgaribus est opus, et quæ nitidiore in parte uidentur, sordida, ubi res poscit proprie dicuntur. Hæc ut sciamus, atq; eorum non significationem modò, sed formas etiam mensurasq; norimus, ut ubicunq; erunt posita cõueniant, nisi multa lectione atq; auditione assequi nullomodo possumus, cum omnem enim sermonem auribus

Damnat eos qui in synonymis colligendis & edi scendis multum operæ ponunt.

+ interim tueri

primum accipiamus, propter quod infantes à mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiamsi uerba quædam emisisse traduntur, tamen loquendi facultate careuerunt. Sunt autem alia huius naturæ, ut idem pluribus uocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, interfit, ut ensis & gladius: alia quæ etiamsi propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῶς tamen ad eundem intellectum feruntur, ut ferrum et mucro. Nam per abusionem sicarios etiam omnes uocamus qui cædem telo quocunq; commiserint: alia circuitu uerborum plurium ostendimus, quale est: Et presti copia lactis. Plurima uero mutatione figuramus: Scio, non ignoro, et, non me fugit, non me præterit, & quis nescit nemini dubium est. Sed etiã ex proximo mutuari licet: nam et intelligo & sentio & uideo sæpe idẽ ualent quod scio, quorum nobis ubertatem ac diuitias dabit lectio, ut his nõ solum quomodo occurrerint, sed etiam quomodo oportet, utamur. Non semper enim hæc inter se idem faciunt, nec sicut de intellectu animi recte dixerim uideo, ita de uisu oculorũ intelligo nec ut mucro gladiũ, sic mucronem gladius ostendit. Sed ut copia uerborũ sic paratur, ita non uerborum tantum gratia legendum uel audiendum est. Nam omnium quæcunq; docemus, hæc sunt exempla potentiora etiam ipsis quæ traduntur artibus cũ eo, qui discit, perductus est, ut intelligere ea sine demonstrãte, & sequi iam suis uiribus possit, quia quæ doctor præcipit, orator ostendit. Alia uero audientes, alia legentes magis adiuuant. Excitat qui dicit, spiritu ipso, nec imagine &

Apud ueteres telum, quibuscunq; armis fere & quibus ledere quẽ, & quibus defẽdere hostium uim à nobis possemus accipiebatur. Nã ut ait Iurisperitus eius significatio latissime patebat.

ambitu rerum, sed rebus incendit: uiuunt enim omnia et
mouentur, excipimusq; noua illa uelut nascentia, cũ fauo
re ac solicitudine: nec fortuna modò iudicij, sed etiã ipso
rum qui orant periculo afficimur. Præter hæc uox, &
actio decora, commodabit quid quisq; locus postulabit,
Pronunciandi uel potentissima in dicendo ratio, & ut se
mel dicam, omnia docet. In lectione certius iudiciũ, quod
audienti frequenter, aut suus cuiq; fauor, aut ille laudan
tium clamor extorquet: pudet enim dissentire, & uelut
tacita quadam uerecundia inhibemur plus nobis crede-
re, cum & interim uitiosa pluribus placeant, & à corro
gatis laudentur etiam quæ non placent: sed è contrario
quoq; accidit, ut optime dictis gratiã praua iudicia non
referant. Lectio libera est, nec actionis impetu transcur
rit, sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue memoriæ
penitus affigere uelis. Repetamus autem & tractemus,
et ut cibos mansos ac propè liquefactos dimittimus, quo
facilius digerantur: ita lectio non cruda, sed multa ite-
ratione mollita, & uelut confecta memoriæ imitationiq;
tradatur, ac diu non nisi optimus quisq;, & qui creden-
tem sibi minime fallat, legendus est, sed diligẽter, & pe-
nè ad scribendi solicitudinem: nec per partes modò scru
tanda omnia, sed perlectus liber utiq; ex integro resumẽ
dus, præcipueq; oratio, cuius uirtutes frequẽter ex indu
stria quoq; occultãtur. Sæpe enim præparat, dissimulat,
insidiatur orator, & eaq; à prima pte actionis dicit, quæ & atq; in
sunt forte in summa, pfutura, itaq; suo loco minus placẽt, prima
adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus, ideoq; erunt

cognitis omnibus, repetenda. Illud uero utilißimũ, nosse eas causas quarum orationes in manus sumpserimus, & quoties continget utrinq; habitas legere actiones, ut Demosthenis atq; Aeschinis inter se cõtrarias. Et Ser. Sulpitij atq; Messalæ, quorum alter pro Aufidia, contrà dixit alter. Et Pollionis & Caßij reo Aspernate aliasq; pluribus. Quinetiam si minus pares uidebuntur, aliquæ tamẽ ad cognoscendam litium quæstionem recte requirẽtur, ut contra Ciceronis orationes: Tuberonis in Q. Ligariũ, & Hortensij pro Verre. Quinetiam eadem causas ut quisq; egerit, utile erit scire: nam pro domo Ciceronis dixit Calidius, & pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiamsi egisse cum Cor. Celsus falso existimat: & Pollio ac Messala defenderunt eosdẽ: Et nobis pueris insignes pro Voluseno Catulo, Domitij Afri, Crispi Pasieni, Decimi, Lælij orationes ferebãtur. Neq; id statim legenti persuasum sit, omnia quæ † magni autores dixerint, utiq; esse perfecta: nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorũ suorum uoluptati: nec semper intendunt animos, & non nunq̃ fatigantur, cum Ciceroni dormitare interim Demosthenes, Horatio uero etiam Homerus ipse uideatur. Summi enim sunt, homines tamen, accidit q; his, qui quid apud illos † repererunt, dicendi legem putant, ut deteriora imitentur: id enim est facilius, ac se abunde similes putent, si uitia magnorum consequantur. Modeste tamen & circunspecto iudicio de tantis uiris pronũciandum est, ne quod plerisq; accidit, damnent quæ nõ intelo

† omnes

† reperitur

ligunt: ac si necesse est in alteram errare partem, omnia eorum legẽtibus placere, q̃ multa † dissplicere maluerim.

† despicere

Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poëtarum, multiq; eius iudicium sequuntur, neq; id immeritò: nanq; ab his & in rebus spiritus, & in uerbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petitur, præcipueq; uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia, optime rerum talium blanditia reparantur, ideoq; in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamẽ nõ per oĩa poëtas esse oratori sequẽdos, nec libertate uerborũ, nec licentia figurarũ, totũq; illud studiorum genus ostentationi cõparatum, & præter id quod solam petit uoluptatem, eamq; etiam fingendo nõ falsa modò, sed etiam quædam incredibilia sectatur, patrocinia quoq; aliquo iuuari, quod alligatũ ad certam pedum necessitatem nõ semper proprijs uti possit, sed depulsum à recta uia necessariò ad eloquendi quædã diuerticula confugiat. Nec mutare quædam modò uerba, sed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogatur: nos uero armatos stare in acie, & summis de rebus decernere, & ad uictoriam niti. Neq; ego arma squalore situ ac rubigine uelim, sed fulgorem inesse qui terreat qualis est ferri, quo mens simul uisusq; perstringitur, nõ qualis auri argentiq; imbellis, & potius habenti periculosus. Historia quoq; alere orationẽ quodam molli iucundoq; succo potest: uerum & ipsa sic est legenda, ut sciamus plerasq; eius uirtutes oratori esse uitãdas: est enim proxima poëtis, & quodammodo carmen solutum est,

& scribitur ad narrandum, non ad probandum, totumq; opus non ad + actum rei pugnamq; præsentem, sed ad memoriam posteritatis, et ingenij famã componitur, ideoq; & uerbis remotioribus, & liberioribus figuris narrãdi tædium euitat. Itaq; ut dixi, neque Sallustiana breuitas, qua nihil apud aures uacuas atq; eruditas potest esse perfectius, apud occupatum uarijs cogitationibus iudicem, & sæpius imeruditum captanda nobis est: neque illa T. Liuij lactea ubertas satis docebit eum qui nõ speciem expositionis, sed fidem quærit. + Quod dicere fortius audeo, quia M. Tullius ne Thucididẽ quidẽ aut Xenophontem utiles oratori putat quanquã illum bellicum canere, huius ore Musas esse locutas existimet. Licet tamen nonnunq; nitore, dũ bis in digressionibus uti uel historico nõnunq; in his, de quibus erit quæstio, memimerimus non athletarum thoros, sed militũ lacertos nec uersicolorẽ illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, uestem bene ad forensem puluerem facere. Est & alius ex historijs usus, & is quidem maximus, sed non ad præsentem pertinens locum, ex cognitione rerũ exemplorumq;, quibus in primis instructus esse debet orator: nec omnia testimonia expectet à litigatore, sed pleraq; ex uetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potẽtiora, quod ea sola crimimibus, odij, & gratiæ uacant. A philosophorum uero lectione ut essent nobis multa petẽda, uitio factum est oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cesserunt. Nam & de iustis, honestis, utilibus, quæq; sunt istis contraria, & de rebus diuinis maxime dicunt, & argumentantur

+ intuitum

+ Addo q̃d M. Tulli⁹ Vide Laertium in uita Xenophõtis

acriter, & altercationibus atque interrogationibus ora
torem futurũ optime Socratici præparant. Sed his quoq;
adhibendum est simile iudicium, ut etiam cum in rebus
uersemur iisdem, non tamen eandem esse conditionẽ scia
mus litiũ ac disputationũ, fori & auditorij, præceptorũ
ac periculorum. Credo exacturos plerosq;, cum tantum
esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiun-
gamus operi, qui sint legendi, quæ in autore quoque præ
cipua uirtus, sed persequi singulos infiniti fuerit operis,
quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus uersuum
de Romanis tantum oratoribus loquatur, & tamen de
omnibus ætatis suæ, + quibus cum uiuebat, exceptis Cæ-
sare atq; Marcello, silentium egerit: quis erit modus si
& illos, & qui postea fuerunt, & Græcos omnes, et phi + ista clausu
losophos, + & poëtas persequi uelim? Fuerit igitur bre la nõ erat in
uitas illa tutissima, quæ est apud Liuium in epistola ad fi exemplari.
lium scripta, legendos Demosthenem, atq; Ciceronẽ, tum
ita ut quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus.
Non est tamẽ dissimulanda nostri quoq; iudicij summa.
Paucos enim, uel potius uix ullum ex his qui uetustatem
pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhi-
bentibus non allaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cice
ro ab illis quoq; uetustissimis autoribus, ingeniosis qui-
dem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum.
Nec multò aliter de nobis sentio: quotus enim quisq; in-
ueniri tam demens potest, qui ne minima quidẽ alicuius
certæ fiducia partis memoriã + posteritatis sperauerit? + artis
Qui si qs est, intra primos statim uersus deprehẽdetur,

& citius nos dimittet, quàm ut eius nobis magno temporis detrimento constet experimentum. Sed non quicquid ad aliquam partem scientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam phrasin, de qua loquimur, accommodatum est. Verum antequã de singulis loquar, pauca in uniuersum de uarietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam solos ueteres legendos putant, neq; in ullis alijs esse naturalem eloquentiam, & robur uiris dignum, arbitrantur: Alios recens hæc lasciuia delitiæq;, & omnia ad uoluptatem multitudinis imperitæ composita delectant. Ipsos etiam qui rectum dicendi genus sequi uolunt: Alij pressa demum & tenuia, et quæ minimum ab usu quotidiano recedant, sana & uere Attica putant. Quosdam † spurcitijs elatior ingenij uis, & magis concita, & plena † spiritus capit. Sunt & lenis, & nitidi, & compositi generis nõ pauci amatores: de qua differentia disseram diligentius, cum de genere dicendi quærendum erit. Interim summatim quid à qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi uolũt, attingam. Paucos enim qui sunt eminentissimi excerpere in animo est, facile est aũt studiosis, qui sint his similimi iudicare: nec quisquã queratur omissos fortè aliquos eorũ, quos ipse ualde probet. Fateor enim plures legẽdos esse, q̃ q à me noũabuntur. Sed nunc genera ipsa lectionũ quæ præcipue conuenire intẽdentibus, ut oratores fiãt existimẽ, persequar. Igitur ut Aratus à Ioue incipiẽdum putat, ita nos rite cœpturi ab Homero uidemur. Hic enim, quemadmodum ex oceano dicit ipse animũ uim fontiũq; cursus initiũ capere, omnis

ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα.

Homerus.

bus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis ſublimitate, in paruis proprietate ſuperauerit. Idem lætus ac præſſus, iucundus ac grauis, tum copia tum breuitate mirabilis, nec poëtica modò, ſed oratoria uirtute eminentiſſimus. Nã ut de laudibus, exhortationibus, conſolationibus taceam, nónne uel unus liber, quo miſſa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio, uel dictæ in ſecundo ſententiæ, omnis litis ac conſiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites, uel hos concitatos, nemo erit tam indoctus, qui non in ſua poteſtate hunc autorem habuiſſe fateatur. Age uero, non utriuſq; operis ingreſſus in pauciſſimis uerſibus legem procœmiorum non dico ſeruauit, ſed conſtituit? Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præſidere uatibus creditum eſt, & intentum propoſita rerum magnitudine, & docilem ſumma celeriter comprehenſa facit. Narrare uero quis breuius, quàm qui mortem nunciat Patroclis? quis ſignificãtius poteſt, quàm qui Curetũ Aetolorumq; prælium exponit? Iam ſimilitudines, amplificationes, exempla, digreſſus, ſigna rerum, & argumenta, cæteraq; probandi ac refutandi, ſunt ita multa, ut etiam qui de artibus ſcripſerunt, plurima earum rerum teſtimonia ab hoc poëta petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achillẽ precibus æquari? Quidũm uerbis, ſentẽtijs, figuris, diſpoſiti totius operis nõne humani ingenij modum excedit, ut magni ſit uiri, uirtutes eius non emulatione, quod fieri non poteſt, ſed

intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, & in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit: † Epicos tamen præcipue, uidelicet quia clarissima in materia similis cõparatio est. Raro assurgit Hesiodus, magnáque pars eius in nominibus est occupata, tamen utiles circa præcepta sententiæ lenitáque uerborum, & compositionis probabilis: daturq; ei palma in illo medio genere dicendi. Contrà in Antimacho uis & grauitas, & minime uulgare eloquentiæ genus, habet laudem. Sed quamuis ei secundas ferè Grammaticorum consensus deferat, & affectibus, & iucunditate, & dispositione, & omnino arte deficitur, ut planè manifesto appareat quanto sit aliud proximum esse, aliud secũdum. Panyasim ex utroq; mixtum putant, in eloquendo neutrius æquare uirtutes, alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari. Apollonius in ordinem à Grammaticis datum non uenit, quia Aristarchus atque Aristophanes poëtarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt, non tamen contemnẽdum edidit opus, æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus affectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio, sufficit tamen operi cui se parem credidit. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica & pastoralis, non forum modò, uerũ ipsam etiam urbem reformidat. Audire uideor undiq; congerentes nomina plurimorum poëtarum. Quid? Herculis acta non bene Pisandros? Quid? Nicandrũ frustra secuti Macer atq; Vergilius? Quid? Euphorionẽ frustra trã-

† Heroicos Hesiodus.

Antimachꝰ.

Panyasis.

Apollonius.

Aratus.

Theocritus.

sibimus? quem nisi probasset Vergilius, idem nunq̃ certe conditorum Chalcidico uersu carminũ feciſſet in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius fruſtra Tyrtæum Homero ſubiungit? Nec ſanè quiſquã eſt tam procul à cognitione eorum remotus, ut non indicem certe ex bibliotheca ſumptũ tranſferre in libros ſuos poſſit. Nec ignoro igitur quos tranſeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim in omnibus utilitatis aliquid, ſed ad illos iam perfectis cõſtitutiſq; uiribus reuertemur, quod in cœnis grandibus ſæpe facimus, ut cũ optimis ſatiati ſimus, uarietas tamen nobis ex uilioribus grata ſit. Tũc & elegiam uacabit in manus ſumere, cuius princeps habetur Callimachus: ſecũdas confeßione plurimorũ Philætas occupauit. Sed dum aſſequimur illam firmã, ut dixi, facilitatẽ, optimis aſſuescendum eſt, & multa magis q̃ multorum lectione formãdus & ducendus eſt color. Itaq; ex tribus receptis, Ariſtarchi iudicio, ſcriptoribus iamborũ, ad hexim maximè pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc uis elocutionis, cũ ualidæ, tum breues uibrantesq; ſentẽtiæ, plurimũ ſanguinis atq; neruorũ adeò ut uideatur quibuſdã quod quoquam minor eſt, materiæ eſſe, non ingenij uitiũ. Nouem uero Lyricorum longe Pindarus princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententijs, figuris, beatißimus rerum uerborumq; copia, & uelut quodã eloquentiæ flumine, propter quæ Horatius nemini credit eũ imitabilẽ. Steſichorus q̃q; ſit ingenio ualidus, materiæ quoq; oſtendũt, maxima bella, & clariſſimos canentẽ duces, et Epici carminis onera lyra ſuſtinentem: reddit enim perſonis in agendo

Callimachus, Philætas.

Pindarus.

Steſichorus.

simul loquendo q; debitam dignitatem, ac si tenuisset modum, uidetur emulari proximus Homerum potuisse, sed redundat atq; effunditur, quod ut est reprehendendum,

Alcæus. ita copiæ uitiũ est. Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, qui tyrannos insectatus, multum etiam moribus confert, in eloquendo quoq; breuis & magnificus & diligens, plurimumq; Homero similis, sed in lue

+ altior Simonides. sus et amores descendit, maioribus tamen + aptior Simonides tenuis, alioqui sermoni proprio, & iucũditate quadam commendari potest, præcipua tamen eius in commouenda miseratione uirtus, ut quidam in hac cum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferãt. Antiqua

Antiqua Comœdia. comœdia cum synceram illam sermonis Attici gratiam propè sola retinet, tum facundißimæ libertatis, etsi est in insectandis uitijs præcipua plurimum tamen uirium etiam in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & uenusta, & nescio an illa, post Homerum tamẽ, quem ut Achillem semper excipi par est, aut simillior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius autores, Aristophanes tamen et Eupolis Cratinusq;

Aeschylus. præcipui. Tragœdias primum in lucem Aeschylus protulit, sublimis & grauis & grandiloquus sæpe usq; ad uitium: sed rudis in plerisq; & incõpositus, propter quod correctas eius fabulas in certamẽ deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisere, suntq; eo modo multi coronati. Sed longe clarius illustrauerunt hoc opus Sopho

Sophocles Euripides. cles atq; Euripides, quorum in dispari dicẽdi uia uter sit Poëta melior, inter plurimos quæritur, idq; ego sanè,

quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Illud quidem nemo nō fateatur necesse est, his qui se ad agendum comparent, utiliorem longe fore Euripidem, nanque is & in sermone, quod reprehēdunt, quibus grauitas, & cothurnus, & sonus Sophoclis uidetur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, et sententeijs densus, & in his quæ à sapiētibus tradita sunt penè ipsis par, & in dicendo ac respondendo, †cui libet eorum qui fuerunt in foro diserti, comparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus, tum in his qui miserationē constant facile præcipuus. Hunc et admiratus maxime est, ut sæpe testatur, & secutus quanquam in opere diuerso Menander, qui uel unus, meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus, effingenda sufficiat. Ita omnem uitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto uiderunt, qui orationes, quæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo uidetur, nisi forte aut illa mala iudicia, quæ ἐπιτρέποντας, ἐπικλήρους, †Locros, habēt: aut meditationes in Psophode, & Nomothete, Hypobolimæo, non omnibus oratorijs numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum conditionem controuersiarum plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascentium, precantium, mitium, asperorum, in

† ciuiliter

Menander.

Charisij orationes.

†lectos

†ad hęc poë tæ decor

quibus omnibus mire cuſtoditur †ab hoc poëta decor. At
que ille quidem omnibus eiuſdem operis autoribus abſtu
lit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras ob
duxit. Habent tamen alij quoq; comici, ſi cum uenia legã

Philemon.

tur, quædã quæ poſſis decerpere, & præcipue Philemõ,

†eſſe

qui ut praui fui temporis iudicijs Menandro ſæpe præla
tus eſt, ita conſenſu tamẽ omniũ meruit †credi ſecundus.
Hiſtoriam multi ſcripſere præclare, ſed nemo dubitat lõ
ge duos cæteris præferendos, quorũ diuerſa uirtus lau
dem penè eſt parẽ conſecuta. Dẽſus & breuis et ſemper

Thucydi des.

inſtans ſibi Thucydides. Dulcis & candidus & effuſus

Herodotus.

Herodotus. Ille concitatis, hic remiſſis affectibus melior:

Theopõpus.

Ille cõcionibus, hic ſermonibus: Ille ui, hic uoluptate. The
opompus his proximus, ut in hiſtoria prædictis minor,
ita oratori magis ſimilis, ut qui ante quàm eſt ad hoc o

Philiſtus.

pus ſolicitatus, diu fuerit orator. Philiſtus quoq; meretur
qui turbæ, quamuis bonorũ poſt eos autorũ, eximatur,
imitator Thucydidis, & ut multo infirmior, ita aliquate

Ephorus.

nus lucidior. Ephorus, uti Iſocrati uiſum, calcaribus e

Cltarchus.

get. Clitarchi probatur ingeniũ, fides infamatur. Longo

Timagenes.

poſt interuallo temporis natus Timagenes, uel hoc ipſo
probabilis, quod intermiſſam hiſtoriæ ſcribẽdi induſtri
am, noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi,
ſed inter philoſophos reddendus eſt. Sequitur oratorum
ingens manus, ut cum decem ſimul Athenis ætas una tu

Demoſthe nes.

lerit, quorum longe princeps Demoſthenes, ac penè lex
orandi fuit, tanta uis in eo, tam denſa omnia, ita quibuſ
dam neruis intenta ſunt, tam nihil otioſum, is dicendi

modus, ut nec quod desit in eo, nec quod redundet, inue-
niat. Plenior Aeschines & magis fusus, & grandiori si- Aeschines.
milis, quo minus strictus est, carnis tamen plus habet, la
certorum minus. Dulcis in primis & acutus Hyperides, Hyperides.
sed minoribus causis, ut non dixerim utilior, magis par.
His ætate Lysias maior subtilis atque elegans, & quo Lysias.
nihil, si oratori satis sit dicere, quæras perfectius, nihil
enim est inane, nihil arcessitum, puro tamen fonti quàm
magno flumini propior. Isocrates in diuerso genere di- Isocrates.
cendi nitidus & †compositus, & palæstræ quàm pugnæ †comptus
magis accommodatus, omnes dicendi ueneres sectatus
est, nec immeritò, auditorijs enim se, non iudicijs com-
pararat. In inuentione facilis, honesti studiosus, in com-
positione adeò diligens, ut cura eius reprehendatur.
Neque ego in his de quibus sum locutus, has solas uir-
tutes, sed has præcipuas puto, nec cæteros parum fuisse
magnos. Quinetiam Phalerea illum Demetrium, quan- Demetrius.
quam is primus inclinasse eloquentiam dicitur, multum Phalereus.
ingenij habuisse & facundiæ fateor: uel ob hoc memo-
ria dignum, quod ultimus est ferè ex Atticis, qui dici
posset orator, quem tamen in illo medio genere dicen-
di præfert omnibus Cicero. Philosophorum, ex qui-
bus plurimum se traxisse eloquentiæ Marcus Tullius
confitetur, quis dubitet Platonem esse præcipuum? siue Plato.
acumine differendi, siue eloquendi facultate diuina qua
dam & Homerica: multum enim supra prosam oratio-
nem, & quam pedestrem Græci uocant, surgit, ut mi-
hi non hominis ingenio, sed quodam Delphico uideatur

Xenophon

oraculo instinctus. Quid ego commemorem Xenophontis illam iucũditatem inadfectatam, sed quam nulla posfit adfectatio consequi? ut ipse finxisse sermonem Gratiæ uideantur. Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimonium est, in hunc transferri iustissime possit, in libris eius sedisse quandam persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Aristotelem?

Aristoteles.

quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, ac uarietate

Theophrasti.

operum clariorem putem. Nam in Theophrasto tam est eloquendi nitor ille diuinus, ut ex eo nomen quoque traxisse dicatur. Mimus indulsere eloquẽtiæ Stoici ueteres, sed cum honesta suaserunt, tum in colligendo, probandoq́, quæ instituerant plurimum ualuerunt, rebus tamẽ acuti magis quàm id quod sanè non adfectarunt, oratione magnifici. Idem nobis per Romanos quoque autores ordo ducendus est. Itaq; ut apud illos Homerus, sic apud

Vergilius.

nos Vergilius auspicatissimum dederit exordium, omnium eius generis poëtarum, Græcorũ nostrorumq́; haud dubie proximus. Vtar enim uerbis ijsdem, quæ ex Afro Domitio iuuenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crederet maxime accedere, secũdus, inquit, est Vergilius, propior tamẽ primo quàm tertio. Et hercle ut illi

† diuinæ

naturæ cœlesti atque † immortali cesserimus, ita curæ & diligentiæ, uel ideo in hoc plus est, quod fuit ei magis elaborandum. Et quanto plus eminentioribus uincimur, tanto æqualitate pẽsamus, cæteri omnes longe sequeuntur.

Macer. Lucretius.

Nam Macer & Lucretius legendi quidem, sed non ut

φράσιν, id est corpus eloquentiæ, faciant. Elegantes in
sua quisque materia, sed alter humilis, alter difficilis. A-
tracinus Varro in his per quæ nomen est adsecutus, in-
terpres operis alieni, non spernendus quidem, uerum ad
augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium
sicut sacros uetustate lucos adoremus, in quibus grãdia
& antiqua robora, iam non tantam habent speciem quan
tam religionem. Propiores alij, atq; ad hoc de quo loqui
mur magis utiles. Lasciuus quidem in herois quoq; Oui
dius, & nimiũ amator ingenij sui, laudandus tamẽ +par
tibus. Cornelius autẽ Seuerus etiamsi uersificator quàm
poëta melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi
libri bellum Siculum perscripsisset, uendicaret sibi iure
secundum locum. Varenum consummari mors immatu-
ra non passa est, puerilia tamen eius modo opera & ma
xima indolem ostendunt et mirabilem, præcipue in æta
te illa recti generis uolũtatem. Multum in Valerio Flac-
co nuper amisimus. Vehemens et poëticum ingenium Sa
lei Basi fuit, nec ipsum senectute maturum. Rabirius et
Pedo non indigni cognitione si uacet. Lucanus ardens
& concitatus, & sententijs clarissimus, et ut dicam quod
sentio, magis oratoribus quàm poëtis imitãdus. Hos nõ
minauimus, quia Germanicum Augustum ab institutis
studijs deflexit cura terrarum, parumque dijs uisum est
esse eum maximum poëtarum: Quid tamẽ ipsis eius ope
ribus, in quæ +donato imperio iuuenis successerat, sub-
limius, doctius, omnibus denique numeris præstantius?
Quis enim caneret bella melius quàm qui sic gerit? quẽ

Atracinus.
Ennius.
Ouidius.
+parcius Cor. Seuer.
Varenus.
Val. Flacc.
Salei. Bass.
Rabirius.
Pedo.
Lucanus.
Germanic.
+eleuatus

præsidentes studijs deæ proprius audiret? cui magis de periat suas artes familiare numen Minerua? Dicent hæc plenius futura secula, nunc enim cæterarum fulgore uir tutum laus ista præstringitur. Nos tamen sacra literarū colentes feres Cæsar, si non tacitum hoc præterimus, & Vergiliano certe uersu testamur:

Inter uictrices hederam tibi serpere lauros.

Elegeia Græcos quoq; prouocamus cuius mihi tersus atque elegans maxime uidetur autor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius utroque lasciuior, sicut durior Gallus. Satyra quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus Lucilius. Quosdam ita deditos sibi † adhuc habet, ut eum non eiusdem modo operis autoribus, sed omnibus poëtis præferre non dubitēt. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & esse aliquid quod tollere possis, putat: nam & eruditio in eo mira, & libertas, atque inde acerbitas, & abunde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius: & nisi labor eius amore, præcipuus meruit. Sunt clari hodie quoq;, & qui olim nominabuntur. Alterum illud etiam prius satyræ genus, sed nō sola carminum uarietate mistum, cōdidit Terentius Varro, uir Romanorum eruditissimus, plurimos hic libros & doctissimos composuit, peritissimus linguæ latinæ, & omnis antiquitatis: & rerum græcarum nostrarumque, plus tamen scientiæ collaturus quàm eloquentiæ. Iambus non sanè à Romanis celebratus est ut proprium

Tibullus. Propertius. Gallus.

Lucilius. † adhuc habet amatores

Horatius. Persius.

Ter. Varro.

opus à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catul lo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi Epodos interueni re non reperiatur: At Lyricorum idem Horatius ferè solus legi dignus: nam insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & uarijs figuris, & uerbis feli cissime audax. Si quem adijcere uelis, is erit Cæsius Bas sus, quem nuper uidimus, sed eum longe præcedunt in genia uiuentium. Tragœdiæ scriptores ueterum Acci us atq; Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarum, uer borum pondere, autoritate personarum. Cæterum ni tor & summa in excolendis operibus manus, magis ui deri potest tẽporibus quàm ipsis defuisse: uirium tamẽ Accio plus tribuitur. Pacuuium †uideri doctiorem, qui esse docti affectant, uolunt. Iam Varus cuilibet Græco rum comparari potest. Ouidij Medea uidetur mihi osten dere, quantum uir ille præstare potuerit, si ingenio suo imperare, quàm indulgere maluisset. Eorum quos uide rim longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore præ stare confitebantur. In comœdia maxime claudicamus, licet Varro dicat Musas, Aelij Stolonis sententia, Plau tino sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent: li cet Cæcilium ueteres laudibus ferant: licet Terentij scri pta ad Scipionem Aphricanum referantur, quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus adhuc habitu ra gratiæ, si intra uersus trimetros stetissent. Vix leuem cõsequimur umbram, adeò ut mihi sermo ipse Romanus non recipere uideatur illam solis concessam Atticis Vẽ

Catullus. Bibaculus.
Cæsius Bass.
Accius.
Pacuuius.
†uindicare
Varus.
Pomp. Secundus.
Plautus.
Terentius.

nerem, quando eam ne Græci quidem in alio genere lin-
Afranius. guæ obtinuerint. Togatis excellit Afranius, utinámque
non inquinasset argumenta puerorum fœdis amoribus,
mores suos fassus. At historia non cesserit Græcis, nec
opponere Thucididi Sallustium uerear, nec indignetur
T. Liuius. sibi Herodotus æquari T. Liuium, cum in narrando mi-
ræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionē
bus supra quàm enarrari potest eloquentem. Itaque di-
cuntur omnia cum rebus, tum personis accōmodata. Sed
affectus quidem, præcipuéque eos qui sunt dulciores, ut
parcissime dicam, nemo historicorum commendauit me-
gis. Ideoq; immortalem illam Sallustij uelocitatem, diuer
sis uirtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse
Seruil. No uidetur Seruilius Nouianus, pares eos magis quàm simi
uianus. les: qui & ipse à nobis auditus est clari uir ingenij, &
sententijs creber, sed minus pressus, quàm historiæ auto-
ritas postulat, quam paulum ætate præcedēs eum Bassus
Bassus Au fidius. Aufidius, egregie utique in libris belli Germanici præsti
tit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam
suis ipse uiribus minor. Superest adhuc & exornat æta
tis nostræ gloriam uir seculorum memoria dignus, qui
olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores,
† imitatores nec † immeritò, ut libertas, quanquam circumcisis quæ di
xisset ei nocuerit, sed elatum abunde spiritum, & auda
ces sententias deprehēdes etiam in his quæ manent. Sunt
& alij scriptores boni, sed nos genera degustamus, non
bibliothecas excutimus. Oratores uero uel præcipue La
tinam eloquentiam parem facere Græcæ possunt: nam

cuicunque eorum Ciceronem fortiter oppoſuerim. Nec Cicero.
ignoro quantam mihi concitem pugnam, cum præſertim
id non ſit propoſiti, ut eum Demoſtheni comparem hoc
tempore: neque enim attinet, cum Demoſthenem in pri-
mis legendum, uel ediſcendum potius putem. Quorum
ego uirtutes pleraſque arbitror ſimiles, conſilium, ordi-
nem diuidendi, præparandi, probandi rationem, omnia
deniq; quæ ſunt inuentionis. In eloquendo eſt aliqua di
uerſitas: denſior ille, hic copioſior: ille concludit adſtri-
ctius, hic latius: pugnat ille acumine ſemper, hic frequen
ter & pondere: illi nihil detrahi poteſt, huic nihil adji-
ci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certe, & com
miſeratione, qui duo plurimũ affectus ualent, uincimus.
Et fortaſſe epilogos illi mos ciuitatis abſtulerit, ſed &
nobis illa, quæ Attici mirantur, diuerſa Latini nomi-
nis ratio minus permiſerit. In epiſtolis quidem, quan-
quam ſunt utriuſq;, nulla contentio eſt. Cedendum uero
in hoc quidem, quod & ille prior fuit, & ex magna par
te Ciceronem, quantus eſt fecit. Nam mihi uidetur Mar-
cus Tullius cum ſe totum ad imitationem Græcorum
contuliſſet, effinxiſſe uim Demoſthenis, copiam Plato-
nis, iucunditatem Iſocratis. Nec uero quod in quoque o-
ptimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed pluri-
mas uel potius omnes ex ſeipſo uirtutes extulit immor-
talis ingenij beatiſſima ubertas. Nõ enim pluuias, ut ait
Pindarus, aquas colligit, ſed uiuo gurgite exundat, do-
no quodam prouidentiæ genitus, in quo totas uires ſuas
eloquentia experiretur. Nam quis docere diligentius,

mouere uehementius potest? cui tanta unquam iucunditas affuit, ut ipsa illa quæ extorquet, impetrare eum credas, & cum transuersum in sua iudicem ferat, tamen ille non rapi uideatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta autoritas inest, ut dissentire pudeat, nec aduocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidem. Cum interim hæc omnia, quæ uix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata: & illa, qua nihil pulchrius auditu est oratio, præ se fert tamen felicissime facilitatem. Quare non immeritò ab hominibus suæ ætatis regnare in iudicijs dictus est, apud posteros uero id consecutus, ut Cicero iam non hominis, sed eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur spectemus. Hoc propositum nobis sit exemplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. Multa in Asinio Pollione inuenio, summa diligentia, adeò ut quibusdam etiam nimia uideatur, & consilij & animi satis, à nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut uideri possit seculo prior. At Messala nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam, uiribus minor. C. uero Cæsar si foro tantum uacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur, tanta in eo uis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia. Multum ingenij in Cælio, & præcipue in accusando, multa urbanitas, dignusq; uir cui & mens melior, & uita longior contigisset. Inueni qui + Cælium præferrent omnibus

Asinius Pollio.

Messala.

C. Cæsar.

Cælius.

+ Caluum

bus, inueni qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia uerum sanguinem perdidisse. Sed est & sancta, & †grauis oratio, & castigata, & frequenter uehemens quoq;. Imitator autẽ est Atticorum, fecitq; illi prospera mors iniuriam si quid adiecturus, non si quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius insignem non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus: qui si cæteris uirtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum est in eo, & acerbitas mira, & urbanitas eius summa, sed plus stomacho quàm consilio dedit: præterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt alij multi diserti, quos persequi longum est. Eorum, quos uiderim, Domitius Afer, et Iulius Africanus longe præstantissimi. Verborum arte ille & toto genere dicendi præferendus, & quem in numero ueterum habere non timeas. Hic cõcitatior, sed in cura uerborum nimius, & compositione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & nuper ingenia: nam & Trachallus plerunque sublimis, & satis apertus fuit, & quem uelle optima crederes: auditus tamen maior: nam & uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas, & pronunciatio uel scenis suffectura, & decor: omnia deniq; ei quæ sunt extra superfuerunt. Et Vibius Crispus compositus, & iucundus, & delectationi natus, priuatis tamen causis quàm publicis melior. Iulio Secundo si longior cõtigisset ætas, clarissimum profecto

† breuis

Ser. Sulpitius.

Cass. Seuer⁹.

Domitius Afer.

Iul. Africanus.

Trachallus.

Vibi⁹ Crisp.

Iul. Secũdus.

nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim, atque adijciebat cæteris uirtutibus suis, quod desiderari potest, id est autem ut esset multo magis pugnax, & se pius id curam rerum ab elocutione respiceret, cæterum interceptus quoq; magnum sibi uendicat locum. Ea est facundia, tanta in explicando, quod uellet, gratia, tam candidum & lene & speciosum dicendi genus, tanta uerborũ, etiam quæ assumpta sunt, proprietas, tanta etiã in quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebũt qui post nos de oratoribus scribent, magnũ, eos qui nunc uigent, materiam uere laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia: Nanque & consummarii iam patroni ueteribus æmulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria. Supersunt qui de philosophia scripserunt, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius uero multoq; + quàm in orationibus Brutus suffecit ponderi rerum, scias eum sentire quæ dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus, Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Plancus in Stoicis rerum cognitione utilis. In Epicureis leuis quidem, sed non iniucundus tamen auctor est + Cautius. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiæ uersatum distuli, propter uulgatam falso de me opinionem, qua damnare eum, & inuisum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum, & omnibus uitijs fractum dicendi genus, reuocã

+ quàm in orationibus præstantior Brutus,

+ non erat in ueteri exẽplari.

Seneca.

re ad seueriora iudicia contendo: cum autem solus ferè hic in manibus adolescentiũ fuit, quem non equidẽ omni no conabar excutere, sed potioribus præferri non sine bã, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi cõscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autẽ eum magis q̃ imitaban tur, tantumq; ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat: foret enim optandum pares, ac saltem proximos illi uiro fieri, sed placebat propter sola uitia, & ad ea se quisque dirigebat effingenda, que poterat. Deinde cum se iactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat, cuius & multæ alioquin & magnæ uirtutes fuerũt, ingenium facile & copiosum, plurimum studij, multa rerum cognitio, in qua tamen aliquando ab his quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnem fermè studiorum materiam. Nam & orationes eius, & poëmata, & epistolæ, & dialogi feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen uiriorum insectator fuit: multæ in eo claræ que sententiæ, multa etiam morum gratia legẽda, sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo pernicioſissima, quod abundant dulcibus uitijs. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam+si aliqua contempsisset, si parum con- +si nil æqua cupisset, si non omnia sua amasset, si rerum ponderamiutissimis sententijs non fregisset, consensu potius eruditorum quàm puerorum amore comprobaretur. Veorum sic quoque iam robustis, & seueriore genere satisfirmatis, legẽdus, uel ideo, quod exercere potest utrinq;

iudicium. Multa enim, ut dixi, probanda in eo, multa etiam admiranda sunt, eligere modo curæ sit, quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura quæ meliora uellet, quæ quod uoluit effecit.

De Imitatione. CAP. II.

EX his, cæterisq; lectione dignis autoribus, & uerborum sumenda copia est, & uarietas figurarum, & componendi ratio, tum ad exemplum uirtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari potest quin artis pars magna contineatur imitatione: nam ut inuenire primum fuit, estq; præcipuum, sic ea quæ bene inuenta sunt, utile sequi. Atq; omnis uitæ ratio sic constat, ut quæ probamus in alijs, facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici uocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam, in exemplum initiantur. Omnis deniq; disciplinæ initia, ad propositum sibi præscriptum formari uidemus. Et herele necesse est, aut similes, aut dissimiles bonis simus. Similem raro natura præstat, frequenter imitatio. Sed hoc ipsum, quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quàm fuit his qui nihil quod sequerentur, habuerunt, nisi caute & cum iudicio adprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit: uel quia pigri est ingenij contentũ esse his, quæ sint ab alijs inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ sine exemplo fuerunt, si homines nihil, nisi quod iam cognouissent, faciendum sibi aut cogitandum putassent? nempe nihil

fuisset inuentum. Cur igitur nephas est reperiri aliquid à nobis, quod ante non fuerit? An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent, nos ad quærendum non eo ipso concitemur, quod certe sciamus inuenisse eos qui quæsierunt? Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei habuerunt magistrum, plurima in posteros tradiderint, nobis usus illarum rerum ad eruendas alias non proderit, sed nihil habebimus nisi beneficij alieni? Quemadmodum quidam pictores in id solum studeant ut describere tabulas mẽsuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi quod imiteris: nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effeciisset eo quem sequebatur? Nihil in poëtis supra Liuium Andronicum: nihil in historijs supra Pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus, non esset picturæ, nisi quæ lineas modò extremas umbræ, quàm corpora in sole fecissent, circunscriberet. Ac si omnia perscenseas, nulla sit ars qualis inuenta est, nec intra initium stetit, nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat, nihil autem crescit sola imitatione. Quod si prioribus adijcere fas non est, quomodo sperare possumus ullum oratorem perfectum? cum in his, quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus, in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur. Sed etiam qui summa non appetent, contendere potius quàm sequi debent: nã qui agit ut prior sit, forsitan, etiam si non trãsierit, æquabit. Eum uero nemo potest æquare, cuius uestigijs sibi utiq; insistẽdum

putat: necesse est enim semper sit posterior qui sequitur. Adde quod plerunq; facilius est plus facere q̃ idem, tantam enim difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidē natura in hoc ita eualuerit, ut non res simplicissimæ, quæq; pares maxime uideātur, discrimine aliquo discernantur. Adde quod quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo quod imitamur, ut umbra corpore, & imago facie, & actus histrionum ueris affectibus. Quod in orationibus quoq; euenit: nanque his quæ in exemplum assumimus, subest natura & ueritas. Contrà omnis imitatio ficta est, & ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac uirium declamationes habeant, quàm orationes, quod in illis uera, in his assimulata materia est. Adde quod ea quæ in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, inuentio, uis, facilitas, & quicquid arte non traditur. Ideoq; plerique cum uerba quædam ex orationibus excerpserint, aut aliquos compositionis certos pedes, mire à se quæ elegerunt effingi arbitrantur, cum & uerba intercidant inualescantq; temporibus, ut quorum certissima sit regula in consuetudine, eaq; non sua natura sint bona aut mala: nam per se soni tantum sunt, sed prout opportune proprieq;, aut secus collocata sunt, et compositio cum rebus accōmodata sit, tum ipsa uarietate gratissima. Quapropter exactissimo iudicio circa hanc partem studiorū examinanda sunt omnia. Primum quos imitemur: nam sunt plurimi, qui similitudinem pessimi cuiusq; & corruptissimi cōcupierint: tum in ipsis quos elegerimus, quid

† ut non res quæ similimæ uideantur,

† inuentionis facilitas.

sit ad quod nos efficiendum comparemus. Nam magnis quoq; autoribus incidunt aliqua uitiosa, & à doctis, inter ipsos etiam mutuò reprehensa, atq; utinam tam bona imitantes dicerent melius q̃ mala peius dicant. Nec uero saltem his quibus ad euitanda uitia iudicij satis fuit, sufficiat imaginẽ uirtutis effingere, & solam, ut sic dixerim, cutem, uel potius illas Epicuri figuras, quæ è summis corporibus dicit effluere. Hoc autem his accidit, qui non introspectis penitus uirtutibus ad primũ se uelut aspectum orationis aptarunt, et cum his felicissime cesſit imitatio, uerbis atq; numeris sunt non multum differentes, uim dicendi atq; inuentionis non assequuntur, sed plerunq; declinant in peius, & proxima uirtutibus uitia cõprehendunt, fiuntq; pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. + Ideoq; qui horride atq; incompo- + Adeoq;
site quidlibet illud frigidum & inane extulerunt, antiquis se pares credunt. Qui carent cultu atq; sententijs, Atticis scilicet, qui præscißis conclusionibus obscuri, Sallustium atq; Thucididem superant, tristes ac ieiuni Pollionem æmulantur: otiosi ac supini, si quid modò longius circunduxerunt, iurant ita M. Ciceronem locuturũ fuisse. Noueram quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud cœlestis huius in dicendo uiri sibi uiderentur, si in clausula posuissent, esse uideatur. Ergo primum est, ut quod imitaturus est quisq; intelligat, & quare bonũ sit sciat, tum in suscipiendo onere consulat suas uires. Nam quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ

non sufficiat, aut diuersitas repugnet. Nec cui tenue ingenium erit sola uelit fortia & abrupta, cui forte quidē sed indomitū, amore + sublimitatis & uim suam perdat, & elegantiam quā cupit, non assequatur: nihil est enim tam indecens, q̄ cum mollia dure fiunt. Atq; ego illi præceptori, quem instituerā in libro secundo, credidi non esse docenda esse, ad quæ quēq; discipulorū natura compositum uideret: nam is & adiuuare debet quæ in quoq; eorum inuenit bona, & quantū fieri potest, adijcere quæ desunt, & emendare quædā & mutare. Rector enim est alienorum ingeniorū atq; formator. Difficilius est enim naturam suam fingere, sed ne ille quidē doctor, quanquā omnia quæ recta sunt uelit esse in suis auditoribus quam plenissima, in eo tamen cui naturam obstare uiderit, laborabit. Id quoq; uitādum, in quo magna pars errat, ne in oratione poëtas nobis & historicos, in illis operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus decor est. Nec comœdia in cothurnos assurgit, nec contrà tragœdia socco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliquid cōmune, id imitemur q̄d commune est. Etiam hoc solet incōmodi accidere his qui se uni alicui generi dediderunt, ut si asperitas his placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarū genere nō exuant: si tenuitas aut nuditas in asperis grauibusq; causis ponderi rerū parum respondeant, cum sit diuersa nō causarum modò inter ipsas conditio, sed in singulis etiā causis partium, sintq; alia leniter, alia asperè, alia concitate, alia remissè, alia docēdi, alia mouēdi gratia dicenda.

+ subtilitatis

Quorum omnium dißimilis atq; diuerſa inter ſe ratio eſt. Itaque ne hoc quidem ſuaſerim, uni ſe alicui proprie, quem per omnia ſequatur addicere. Lõge perfectißimus Græcorum Demoſthenes, aliquid tamẽ aliquo in loco me lius alij. Plurima ille, ſed non qui maxime imitandus, & ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere quemadmodum M. Tullius dixit? Mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen noceret, uim Cæſaris, aſperitatem Cælij, diligẽtiam Pollionis, iudicium Calui quibuſdam in locis aſſumere? Nam præter id quod prudentis eſt, quod in quoq; optimum eſt, ſi poſſit, ſuum facere, + tũ in tanta rei difficultate, unũ intuentes, uix aliqua pars ſequitur. Ideoq; cum totum exprimere quẽ elegeris, penè ſit homini inconceſſum, plurium bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & quo quicq; loco conueniet, aptemus. Imitatio aũt, nam ſæpius idẽ dicã, nõ ſit tantũ in uerbis, illuc intendẽda mẽs, quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atq; ſonis, qđ conſiliũ, quæ diſpoſitio, q̃ omnia, etiã quæ delectationi uideãtur data, ad uictoriã ſpectent. Quid agatur proœmio, quæ ratio, & q̃ uaria narrãdi, quæ uis probãdi ac refellẽdi, quãta in affectibus omnis generis mouẽdis ſcientia, + quamq; quantaq; laus ipſa popularis, utilitatis gratia aſſumpta, quæ tũ eſt pulcherrima cũ ſequitur, nõ cũ arceſſitur. Hæc ſi peruiderimus, tũ uere imitabimur. Qui uero etiã propria his bona adiecerit ut ſuppleat quæ deerãt, circumcidat ſi qd redũdabit, is erit, quem quærimus perfectus orator, quẽ nunc cõſummari potißimum oportebat, cũ

tanto plura bene dicẽdi exempla supersunt, q̃ illis qui ad huc summi sunt contigerunt. Nam erit hæc quoq; laus eorum, ut priores superasse, posteros docuisse dicantur.

Qui modus scribendi sit. CAP. III.

ET hæc quidem auxilia extrinsecus adhibentur, in his autem quæ nobis ipsis paranda sunt, ut laboris sic utilitatis etiam longe plurimum affert stylus. Nec immeritò M. Tullius hunc optimum effectorem ac magistrum dicendi uocat, cui sententiæ personam. L. Crassi in disputationibus quæ sunt de oratore assignando, iudicium suum cum illius autoritate coniunxit. Scribendum ergo quamdiligentissime & quamplurimũ. Nam ut terra altius effossa generandis alendisq; seminibus fœcundior fit, sic profectus non à summo petitus, studiorũ fructus & fundit uberius, & fidelius continet. Nã sine hac quidem conscientia, illa ipsa ex tempore dicendi facultas inanem modò loquacitatem dabit, & uerba in labris nascentia. Illic radices, illic fundamenta sunt. Illic opes uelut sanctiore quodam ærario conditæ, unde ad subitos quoq; casus, cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia quæ sufficiant labori certaminum, et usu non exhauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura uoluit magnum effici citò, proposuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem, quæ nascendi quoq; hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius uisceribus parentum continerẽtur. Sed cũ sit duplex quæstio, quomõ, et quæ maxime scribi oporteat, iam hinc ordinem sequar. Sit primo uel tardus, dum diligẽs stylus. Quæramus optima, nec protinus

offerentibus se gaudeamus. Adhibeatur iudicium inuentis, dispositio probatis. Delectus enim rerũ uerborumq; agendus est, & ponderа singulorũ + examinanda, post subeat ratio collocandi, uersenturq; omni modo numeri. Non ut quodq; se proferet uerbũ, occupet locum, quæ quidẽ ut diligentius exequamur, repetenda sæpius erũt scriptorum proxima. Nã præter id quod sic melius iuncta guntur prioribus sequentia, calor quoq; ille cogitatiõis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro uires, & uelut ripetito spatio sumit impetũ, quod in certamine saliendi fieri uidemus, ut conatum longius petant, & ad illud quò contenditur spatium cursu ferantur: ut q; inia culando brachia reducimus, & expulsuri tela, neruos retro tendimus. Interim tamẽ si feret flatus, danda sunt uela, dum nos indulgentia illa non fallat: omnia enim nostra dum nascuntur placent, alioqui nec scriberentur. Sed reamus ad iudiciũ, et retractemus suspectam facilitatẽ. Sic scripsisse Sallustium accepimus, et sanè manifestus est etiam ex ipso opere labor. Vergilium quoq; pauciſsimos die composuisse uersus, autor est Varus. Oratoris quidẽ alia conditio est, itaq; hãc morã et solicitudinẽ imitijs impero. Nam primũ hoc cõstituendũ hoc obtinendũ est, ut q optime scribamus, celeritatẽ dabit cõsuetudo, paulatim res se facilius ostendẽt, uerba respondebunt, compositio sequetur, cuncta deniq; ut in familia bene instituta in officio erunt. Summa hæc est rei, citò scribendo non fit ut bene scribatur: bene scribendo fit ut citò. Sed tum maximè, cum facultas illa contigerit, resistamus, + ut prohi

+ adhibenda & examinanda. Post sub ea ratio collocanda.

+ & quidẽ

mus, efferentes equos fre nis, quibus coer.

beamus efferentis equos, quos frenis quibuſdam coërce-
mus. Quod non tam moram faciet, quàm nouos impetus
dabit. Neq; enim rurſus eos qui robur aliquod in ſtylo ſe
cerint, ad infelicem calumniandi ſe pœnam alligãdos pu-
to. Nam quomodo ſufficere officijs poßit ciuilibus, q ſin-
gulis actionum partibus inſeneſcat? Sunt autẽ quibus ni-
hil ſit ſatis, omnia mutare, omnia aliter dicere q occur-
rit, uelint: increduli quidem, & de ingenio ſuo peßime
meriti, qui diligentiam putant facere ſibi ſcribendi diffi-
cultatem. Nec promptum eſt dicere utros peccare uali-
dius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil.
Accidit enim ingenioſis adoleſcentibus frequenter, ut la-
bore conſumantur, et in ſilentium uſq; deſcendant nimia
bene dicendi cupiditate. Qua de re memini narraſſe mi-
hi Iulium Secundum illũ æqualem meum, atq; à me, ut no
tum eſt, familiariter amatum miræ facundiæ uirum, in-
ſtitæ tamen curæ, quid eſſet ſibi à patruo ſuo dictum.
Is fuit Iulius Florus in eloquentia Galliarum, quoniam
ibi demum exercuit eam, princeps, alioquin inter pau-
cos diſertus, & dignus illa propinquitate. Is cum Secun
dum ſcholæ adhuc operatum triſtem fortè uidiſſet, in-
mulauit adoleſcens, tertium iam diem eſſe ex quo omni
labore materiæ ad ſcribendum deſtinatæ non inueniret
exordium, quo ſibi non præſens tantum dolor, ſed etiam
deſperatio in poſterum fieret. Tum Florus arridens, num
quid tu, inquit, melius dicere uis quàm potes? Ita ſe res
habet, curandum eſt, ut quamoptime dicamus, dicendum

† obductæ

† obductæ terrogauit quæ cauſa frontis tam + adductæ: nec diſſi-

tamen pro facultate: ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Vt posſimus autem scribere etiam plura & celerius, non exercitatio modò præstabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio, si non resupini spectantesq; tectum, & cogitationem murmure agitantes, expectauerimus quid obueniat, quid res poscat, quid persona deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis & initia, & quæ sequũtur natura ipsa præscribit. Certa sunt enim pleraq;, & nisi conniueamus, in oculos incurrunt. Ideoq; nec indocti, nec rustici diu quærũt unde incipiant, quò pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui, si nihil dicendũ uidetur, nisi quod non inuenimus. Diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiã stylo quã uelociſſimo uolunt, & sequentes calorem ac impetum ex tempore scribunt, hanc syluam uocant. Repetunt deinde, & componunt quæ effuderant, sed uerba emendantur & numeri, manet in rebus temere congestis quæ fuit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atq; ab initio sic opus ducere, ut cælandum, non ex integro fabricandum sit. Aliquando tamen affectus sequemur, in quibus ferè plus calor quàm diligentia ualet. Satis appareret ex eo, quod hãc scribendi negligentiam damno, quid de illis dictandi delicijs, sentiam. Nam in stylo quidem, quamlibet properato, dat aliquam cogitationi moram, non consequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus Syluã.

urget, atq; interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut mutare, quasi conscium nostræ infirmitatis timentes. Quo fit, ut non rudia tantum et fortuita, sed impropria interim, dum sola est connectendi sermonis cupiditas effluant, quæ nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut + inertior in legendo uelut offensator fuerit, inhibetur cursus, atq; omnis quæ erat conceptæ mentis intentio, mora & interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ + aptiorem animi motum sequuntur, quæq; ipsa animum quodammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere uultū, simul uertere latus, & interim obiurgare: quæq; Persius notat, cum leuiter dicendi genus significat, Nec pluteum, inquit, cædit, nec demorsos sapit ungues. Etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. Denique ut semel, quod est potētissimum, dicam, + secretum in dictando perit. Atq; liberum arbitris locum, & quamaltissima in hoc nemora syluasq; , quod illa cœli libertas, loco rumq; amœnitas sublimem animum et beatiorem spiritū parent: mihi certe iucundus hic magis, q̄ studiorum hortator uidetur esse secessus. Nam illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neq; enim se bona fide in multa simul intendere animus totū potest, & quocunq; respexit, desinit intueri quod propositum erat. Quare syluarum amœnitas, & præterlabentia flumina & inspirantes ramis arborū aurę uolucrūq;

+ incertior

+ altiorem

+ secretū q̄d dictando cō petit, atq; li.

eantus, & ipsa late circũspiciendi libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius uoluptas ista uideatur cogitationem quàm intendere. Demosthenes melius, qui se in lo cum ex quo nulla exaudiri uox, & ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Ideoq; lucubrantes, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unum uelut rectos maxime teneat. Sed cũ in omni studiorum genere, tum in hoc præcipue bona ualetudo, quæq; eam maxime præstat frugalitas necessaria est, cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietẽ refectionemq; nobis data, in acerrimum laborem conuertimus, cui tamen non plus irrogandum est, quàm quod somno supererit, aut deerit. Obstat enim diligentiæ scribendi etiam fatigatio, & abunde, si uacet, lucis spatia sufficiunt, occupatos, in noctem necessitas agit. Est tamẽ lucubratio, quoties ad eã integri ac refecti uenimus, optimũ secreti genus. Sed silentium et secessus, et undiq; liber animus, ut sunt maxime optanda, ita nõ possunt semper cõtingere. Ideoq; non statim si quid obstrepet abijciẽdi codices erunt, & deplorandus dies, uerum incõmodis repugnandum, & hic faciendus usus, ut omnia quæ impedient, uincat intentio, quã si tota mente in opus + suũ + ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis uel auribus incurrant, ad animum perueniet. + An non frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, ut obuios non uideamus, & itimere deerremus? Non consequemur idem si & uoluerimus? Non est indulgendũ causis desidiæ, nam si nõ nisi refecti, non nisi hilares, non nisi alijs curis uacantes stu-

Vide Plutarchum in uita

+ An uero

dendum existimauerimus, semper erit propter quod no-
bis ignoscamus. Quare in turba, itimere, conuiuijs, uel
concione etiam, faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid
alioqui fiet, cum in medio foro tot circunstantibus iudi-
cijs, iurgijs, fortuitis etiam clamoribus, erit subitò con-
tinua oratione dicendum, si particulas quas ceris manda
mus, nisi in solitudine reperire non possumus? propter quæ
idem ille tantus amator secreti Demosthenes, in littore,
in quo se maximo cum sono fluctus illideret, meditans,
consuescebat concionum fremitus non expauescere. Illa
quoq; mimora, sed nihil in studijs paruum est, nõ sunt trã
scunda, scribi optime ceris, in quibus facilima est ratio
delendi, nisi fortè uisus infirmior membranarum potius
usum exiget, quæ ut iuuant aciẽ, ita crebrò relatione quo
ad intinguntur calami, morantur manum, & cogitatiõis
impetum frangunt. Relinquendæ autem in utrolibet ge-
nere contrà uacuæ tabellæ, in quibus libera adijciendi sit
excursio. Nam interim pigritiam emendandi angustiæ
faciunt, aut certe nouorum interpositione priora con-
fundunt. Ne latas quidẽ ultra modũ esse ceras uelim, ex-
pertus iuuenẽ studiosum alioqui, prælõgos habuisse ser-
mones, quia illos numero uersuum metiebatur, idq; uitiũ
quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mu-
tatis codicibus esse sublatum. Debet uacare etiam locus
in quo notẽtur, quæ scribentibus solent extra ordinem,
id est, ex alijs quàm qui sunt in manibus loci, occurrere.
Irrumpunt enim optimi nonnunq; sensus, quos neq; inse
rere oportet, neq; differre tutum est, quia [illegible] elabun

tur, interim memoriæ suæ intentos ab alia inuentione declinant, ideoq; optime sunt in deposito.

De Emendatione. CAP. IIII.

SEquitur emendatio, pars studiorũ longè utilissima: neq; enim sine causa creditum est stylum non minus agere, cum delet. Huius autem operis est adijcere, detrahere, mutare: sed facilius in his simpliciusq; iudiciũ quæ replenda uel deijcienda sunt, premere uero tumentia, humilia extollere, luxuriantia astringere, inordinata digerere, soluta cõponere, exultantia coërcere, duplicis operæ: nam & damnanda sunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec dubium est optimum esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus reponãtur, ut ad ea post interuallum, uelut noua atq; aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tanquam recentes fœtus blandiãtur. Sed neque hoc contingere semper potest, præsertim oratori, cui sæpius scribere ad præsentes usus necesse est. Et ipsa emendatio finem habet, sunt enim qui ad omnia scripta tanquam uitiosa redeant, & quasi nihil fas sit rectum esse quod primum est, melius existiment quicquid est aliud, idque faciant quoties librum in manus resumpserunt: similes medicis etiam integra secanti bus. Accidit itaque ũt cicatricosa sint & exanguia, & cura peiora. Sit igitur aliquando quod placeat aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, non exterat.

Temporis quoque esse debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnam nouem annis accepimus scriptam, & Panegyricum ISOCRATIS, qui parcissime, decem annis

dicunt elaboratum, ad oratorem nihil pertinet, cuius nullum erit, si tam tardum fuerit auxilium.

CAP. V.

Quæ scribenda præcipue sint.

PRoximum est ut dicamus quæ præcipue scribenda sint. Hoc exuberantis quidem est operis, ut expliceremus quæ sint materiæ, quæ prima aut secunda, aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorum, & secundo, quo iam robustorum studijs ordinem dedimus, sed de quo nunc agitur, unde copia & facilitas maxime ueniat. Vertere græca in latinè ueteres nostri oratores optimũ iudicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Oratore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime præcipit: Quinetiam libros Platonis atq; Xenophontis edidit hoc genere tralatos. Id Messalæ placuit, multæq; sunt ab eo scriptæ ad hunc modum orationes, adeò ut etiam cũ Hyperidis pro Phryne difficilima Romanis subtilitate contenderet. Et manifesta est exercitationis huiusce ratio: nam & rerum copia Græci abundant, & plurimum artis in eloquentiam intulerunt, & hos transferentibus, uerbis uti optimis licet, omnibus enim utimur nostris. Figuras uero quibus maxime ornatur oratio, multas ac uarias excogitandi etiam necessitas quædam est, quia plerunq; à Græcis Romana dissentiunt. Sed & illa ex Latinis conuersio, multum & ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercitationis dicitur usus esse Sulpitius. Nam & sublimis spiritus attollere orationẽ potest, & uerba pœtica libertatẽ

audaciora, + non præsumunt eandem proprie dicendi + & facultatem, sed & ipsis sententijs adijcere licet oratorij robur, & omissa supplere, & effusa substringere. Neq; ego παράφρασιν esse interpretationē tantū uolo, sed circa eos dē sensus certamen atq; æmulationē. Ideoq; ab illis dissentio, qui uertere orationes latinas uetant, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nam neq; semper est desperandum, aliquid illis quæ dicta sunt melius posse reperiri. Neq; adeò ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel, non possit, nisi fortè histrionū + multa circa uoces easdem uariare gestus potest, orandi minoribus, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendū sit. Sed esto, neq; melius, quod inuenimus, esse, neq; par, est certe proximis locus. An uero ipsi non bisac sæpius de eadē re dicimus, & quidem cōtinuas nōnunq; sententias, nisi forte cōtendere nobiscum possumus, cū alijs nō possumus. Nā si uno tantū genere bene diceretur, fas erat existimari præclusam nobis à prioribus uiam, nunc uero innumerabiles sunt modi, plurimæq; eôdē uiæ ducūt. Sua breuitati gratia, sua copiæ, alia trāslatis uirtus, alia proprijs. Hoc oratio recta, illud figura declinata cōmēdat: Ipsa deniq; utilissima est exercitationi difficultas. Quidē quod autores maximi sic diligentius cognoscuntur. Non enim scripta lectione secura transcurrimus, sed tractamus singula & necessariò introspicimus, & quantum habeant uirtutis, uel hoc ipso cognoscimus, quod imitari non possumus. Nec aliena tantum transfer-

+ mutus

re, sed etiam nostra pluribus modis tractare proderit, ut ex industria sumamus sententias quasdam, easq; uerse-mus quam numerosissime, ueluti eadem cera aliæ atque aliæ formæ duci solent: Plurimum autem parari facultatis existimo ex simplicissima quaq; materia. Nam in illa multiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum, diuersitate, facile delitesceet infirmitas, tot se undiq; rebus, ex quibus aliquam apprehendas offerentibus. Illud uirtutis indicium est, fundere
† similibus quæ natura contracta sunt, augere parua, uarietatem † simplicibus, uoluptatem expositis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc optime faciēt infinitæ quæstiōes, quas uocari θέσεις diximus, quibus Cicero iam princeps in Republica exerceri solebat. His consinis est destructio & confirmatio sententiarum: nam cum sit sententia decretum quoddam atq; præceptum, quod de re, idem de iudicio rei quæri potest. Tū loci cōmunes, quos etiam scriptos ab oratoribus scimus: nam qui hæc rectà
† cōpositiōe tantū, & in nullos flexus recedentia † copiose tractaue rit, utiq; in illis plures recursus recipientibus magis abūdabit, eritq; in oēs causas gratus, oēs enim generalibus quæstionibus cōstāt. Nā qd interest, Cornelius Trib. pl. qd' codicē legerit, reus sit: an quæramus uioletur'ne maiestas, si magistratus rogationē suā populo ipse recitaue rit? Milo Clodiū recténe occiderit, ueniat in iudiciū, an oporteátne insidiatorem interfici, uel pniciosum reipub. ciuē etiamsi nō insidietur? Cato Martiā honesténe tradiderit Hortensio, an conueniat'ne res talis bono uiro? De

personis iudicatur, sed de rebus contenditur. Declamationes uero quales in scholis rhetorum dicũtur, si modò sunt ad ueritatem accommodatæ, et orationibus similes, non tantum dum adolescit profectus, sunt utilissimæ, quæ inuentionem & dispositionem pariter exercent, sed etiam cum est consummatus, ac iam in foro clarus. Aliter enim atq; enitescit uelut pabulo lætiore facũdia, & assidua cõtentionum asperitate fatigata, renouatur. Quapropter historiæ nonnunquã ubertas in aliqua exercendi styli parte ponenda, & dialogorum libertate gerendum. Nec carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletæ remissa quibusdam temporibus ciborũ atque exercitationum certa necessitate, otio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoq; mihi uidetur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoque studiorum secessus exeurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor, & durescat articulus, & ipse ille mucro ingenij quotidiana pugna retundatur. Sed quemadmodum forensibus certaminibus exercitatos, & quasi militantes reficit ac reparat hæc uelut sagina dicendi: sic adolescentes non debẽt nimium in falsa rerum imagine detineri, & inanibus simulacris usqueadeò, ut difficilis ab his digressus sit, assuefacere, ne ab illa, in qua propè consenuerint umbra, uera discrimina, uelut quendam solem, reformident. Quod accidisse etiam Portio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur, ut cum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda,

impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. Ita illi cœlum nouum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur. Quare iuuenis qui rationem inueniendi eloquendique à præceptoribus diligenter acceperit, quod non est + infiniti operis, si docere sciant, & exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, oratorem sibi aliquem, quod apud maiores fieri solebat, deligat, quem sequatur, quem imitetur, iudicijs interfit quamplurimis, & sit certaminis cui destinatur, frequens spectator, tum causas uel cassidem quas agi audierit, stylo & ipse componat, uel etiam alias, ueras modò, & utrunque tractet. Et quod in gladiatoribus fieri uidemus retiarijs exerceatur, ut feciſſe Brutum diximus pro Milone, melius hoc quàm referre ueteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione. Citius aũt idoneus erit iuuenis, quẽ præceptor coëgerit in declamando quamsimilimum esse ueritati, & per totas ire materias, quarum nunc facilima & maxime fauorabili decerpunt. Obstat huic, quod secundo + libro posui, frequens turba discipulorum, & consuetudo classium certis diebus audiendarum, nonnihil etiam persuasio patrum, numerantiũ potius declamationes quàm esse mantium. Sed quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus præceptor maiore numero, quàm sustinere posit, onerabit: & nimiam loquacitatem recidet, ut omnia quæ sunt in controuersia, non ut quidam uolunt,

+ finiti

+ loco

quæ in rerum natura dicantur. Et uel longiore potius dierum spatio laxabit dicendi necessitatem, uel materias dividere permittet: una enim diligenter effecta plus proderit, quàm plures inchoatæ, & quasi degustatæ, propter quod accidit, ut nec suo loco quicquam ponatur, nec illa quæ prima sunt seruent suam legem, iuuenibus floculos omnium partium in ea quæ sunt dicturi congerentibus, quo fit, ut timentes ne sequentia perdant, priora confundant.

De Cogitatione. CAP. VI.

PRoxima stylo cogitatio est, quæ & ipsa uires ab hoc accipit, & est inter scribendi laborem, extemporalemq; fortunam media quædam, & nescio an usus frequentissimi. Nam scribere nec ubiq;, nec semper possumus, cogitationi tempora ac loci plurimum est. Hæc paucis admodum horis magnas etiam causas complectitur. Hæc quoties intermissus est somnus ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerũ actus aliquid inuenit uacui, nec otium patitur. Neque uero rerum ordinem modò, quod ipsum satis erat, intra seipsa disponit, sed uerba etiam copulat, totamq; ita contexit orationem, ut ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoq; plerunq; inhæret fidelius, quod nulla scribendi securitate laxatur. Sed ne ad hanc quidem uim cogitandi peruenire potest, aut subitò, aut citò. Nam primum faciendã multo stylo forma est, quæ nos etiam cogitantes sequatur, tum assumẽdus usus paulatim, ut pauca primum cõplectamur animo, quæ reddi fideliter possint, mox per

incrementa tam modica, ut onerari se labor ille non sen-
tiat, augenda usu et exercitatione multa contemnenda est,
quæ quidem maxima ex parte memoria constat, ideoq;
mihi aliqua in illum locum differenda sunt. Eò tamẽ per
uenit, ut is cui non refragetur ingenium, acri studio ad-
iutus, tantum consequatur, ut etiam quæ cogitarit, quæ-
que scripserit, atq; edidicerit, in dicendo fidem seruent.
Cicero certe Græcorum Metrodorum Scepsium, & Eri-
phylum Rhodium, nostrorum´que Hortensium tradidit
quæ cogitauerant, ad uerbum in agendo retulisse. Sed
si fortè aliquis inter dicendum effulserit extemporalis
color, non superstitiose excogitatis denum est inhæren-
dum. Neque enim tantum habent curæ, ut non sit dan-
dus & fortunæ locus, cum sæpe etiam scriptis ea quæ fu-
bitò nata sunt, inerantur. Ideoq; totum hoc exercitatio
nis genus ita instituendum, ut & digredi ex eo, & redi
re in id facile possimus. Nam ut primum est domo affere
re paratam dicendi copiam & certam, ita refutare tem
poris munera longe stultissimum est. Quare cogitatio
in hoc præparetur, ut nos fortuna decipere non possit,
adiuuare possit. Id autem fiet memoriæ uiribus, ut illa
quæ cõplexi animo sumus, fluant secura, non solicitos &
respiciẽtes, & una spe suspẽsos recordationis, nõ sinant
prouidere, alioqui uel extemporalem temeritatem malo,
quàm male cohærentem cogitationem. Petius enim quæ-
ritur retrorsus, quia cum illa desideramus ab alijs auer-
timur, & ex memoria potius repetimus, quàm ex ma-
teria. Plura sunt autem si utrunque quærendum est, quæ

inueniri possunt, quàm quæ inuenta sunt.

Quemadmodum extemporalis facultas paretur & contineatur. CAP. VII.

MAximus uero studiorum fructus est, & uelut præmiũ quoddam amplius lõgi laboris, extempore dicendi facultas: quam qui non erit consecutus, mea quidem sententia ciuilibus officijs renunciabit, & solam scribendi facultatem potius ad alia opera cõuertet. Vix enim bonæ fidei uiro conuenit auxilium in publicum polliceri, quod in præsentißimis quibusq; periculis desit, intrare portum ad quem nauis accedere nisi lenibus uentis uecta non possit. Siquidem innumerabiles accidunt subitæ necessitates, uel apud magistratus, uel repræsentatis iudicijs, continuò agendi. Quarum si qua, non dico cuicunque innocentium ciuium, sed amicorum ac propinquorum alicui euenerit, stabit' ne mutus & salutarem petentibus uocem, statimq;, si non succurratur, peritus, moras & secessum et silentium quæret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ insidant, & uox ac latus præparetur? Quæ uero patitur hoc ratio, ut quisquã sit orator imparatus ad casus? Quid cum aduersario respõdendum erit, fiet? Nam sæpe ea quæ opinati sumus, & cõtra quæ scripsimus, fallunt, ac tota subitò causa mutatur, atque ut gubernatori ad incursus tempestatum, sic agenti ad uarietatem causarum ratio mutãda est. Quid porrò multus stylus & assidua lectio, & longa studiorum ætas facit, si manet eadẽ quæ fuit incipientibus difficultas? perisse profecto confitendum est præteritum

laborem, cui semper idem laborandum est. Neq; ego hoc
ago ut ex tempore dicere malit, sed ut posſit, id autẽ ma
xime hoc modo consequemur: Nota sit primum dicendi
uia, neq; enim prius contingere cursus potest, quàm scie
rimus quò sit, & quà perueniendum. Nec satis est non
ignorare quæ sint causarum iudicialium partes, aut quæ
stionum ordinẽ recte disponere, quanquam ista sunt præ
atque cipua, sed quid quoq; loco primum sit, + quid secundum,
ac deinceps, quæ ita sunt natura copulata ut mutari, aut
interuelli sine cõfusione non posſint. Quisquis autem ui
am discet, ducetur ante omnia rerum ipsa serie uelut du
ce, propter quod homines etiam modice exercitati, faci
lime tenorem in narrationibus seruant. Deinde quid quo
que loco quærant, scient, nec circumspectabunt, nec offẽ
rentibus se aliunde sensibus turbabuntur, nec confundẽt
ex diuersis orationem uelut salientes huc illuc, nec usq;
insistentes. Postremo habebunt modũ et finem, qui esse ci
tra diuisionẽ nullus potest. Expletis pro facultate omni
bus quæ proposuerint, peruenisse se ad ultimum sentio
ent. Et hæc quidem ex arte: illa uero ex studio, ut copi
am sermonis optimi, quemadmodum præceptum est, com
paremus. Multo ac fideli stylo sic formetur oratio, ut
scriptorum colorem etiam quæ subitò effusa sunt red
dant, ut cum multa scripserimus, etiam multa dicamus.
Nam consuetudo & exercitatio facilitatem maxime pa
rit: quæ si paulum intermissa fuerit, nõ uelocitas illa mo
dò tardatur, sed ipsum coit atque concurrit. Quanquam
enim opus est naturali quadam mobilitate animi, ut dum

proxima dicimus, struere ulteriora possimus, semperq; nostram uocem prouisa & formata cogitatio excipiat, uix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inuentioni, dispositioni, elocutioni, ordini uerborum rerumq;, tum his quæ dicit, quæ subiuncturus est, quæ ultra spectanda sunt, adhibita uocis, pronunciationis, gestus obseruatione, una sufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio, ac præ se res agat, quantumq; dicendo consumitur, tantum ex ultimo prorogetur, ut donec perueniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quàm gradu, si non intersistentes offensantesq; breuia illa atq; concisa singultantium modo iecturi sumus. Est igitur usus quidam irrationabilis, quàm Græci ἄλογον ὄρεξιν uocant, qua manus in scribendo decurrit, qua oculi totos simul in lectione uersus flexusq; eorum & transitus intuentur, & ante se quentia uident quàm priora dixerunt, quo constant miracula illa in scenis pilariorũ ac uentilatorum, ut ea quæ emiserint ultrò uenire in manus credas, & qua iubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea de qua locuti sumus, ars antecesserit, ut ipsum illud quod in se rationem non habet, in ratione uersetur. Nam mihi ne dicere quidem uidetur, nisi qui disposite, ornate, copioseq; dicit. Sed nec tumultuarij, nec fortuiti sermonis contextũ mirabor unquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere uideo. Quem si calor ac spiritus tulit, sæpe quẽter accidit ut successum extemporalem cõsequi cura non posit, deum tunc adfuisse, cum id euenisset, uetere

Pilarij. Vẽtilatores.

oratores, ut Cicero dicit, aiebāt. Sed ratio manifesta est, nam bene concepti ad fectus, & recentes rerum imagines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquam mora stili refrigescunt, et dilatæ non reuertuntur. Vtiq; uero cum infelix illa uerborum cauillatio accessit, & cursus ad singula uestigia restitit, non potest ferri cōtorta uis, sed ut optime uocum singularum cedat electio, non continua sed composita est. Quare capiendæ sunt illæ, de quibus dixi, rerum imagines, quas uocari φαντασίας in dicauimus, omniaq; de quibus dicturi erimus, personæ, quæstiones, spes, metus, habenda in oculis, in affectus recipienda. Pectus est enim quod disertos facit, & uis mentis. Ideoq; imperitis quoque, si modo sunt aliquo affectu cōcitati, uerba non desunt. Tum intendēdus animus non in aliquam rem unam, sed in plures simul continuas, ut si per aliquam rectam uiam mittamus oculos, simul omnia quæ sunt in ea, circaq; intuemur, non ultimum tantum uidemus, sed usq; ad ultimum. Addit ad dicendum etiam pudor stimulos: Habet & dicendorum expectata laus, mirumq; uideri potest, quod cum stylus secreto gaudeat, atq; omnes arbitros reformidet, extēporalis actio auditorum frequentia, ut miles concenu signorum excitatur. Nanq; & difficiliorem cogitationem exprimit & expellit dicendi necessitas, & secundos impetus auget placēdi cupido: adeò pretium omnia spectant, ut eloquentia quoque, quanquam plurimum habeat in se uoluptatis, maxime tamē præsenti fructu laudis opinionisq; ducatur. Nec quisquam tantum fidat ingenio, ut iā sibi

ſperet incipienti ſtatim poſſe contingere, ſed ſicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoq; extemporalem à paruis initijs, paulatim perducemus ad ſummam, quæ nec perfici, nec contineri niſi uſu poteſt. Cæterum peruenire eo debet, ut cogitatio non utiq; melior ſit ea, ſed + utilior, cum hanc + facilitatem non in proſa modò multi ſunt conſecuti, ſed etiam in carmine, ut Antipater, Sidonius & Licinius Archias: credendum enim Cicero ni eſt, non quia noſtris quoq; temporibus non & fecerunt quidam hoc & faciant, quod tamen ipſum non tam probabile puto, neque enim habet aut uſum res, aut neceſſitatem, quàm exhortãdis in hanc ſpem, qui foro præparantur, utile exemplum. Neque uero tantam eſſe unq̃ fiduciam facilitatis uelim, ut non breue ſaltem tempus, quod nuſquam fere deerit, ad ea quæ dicturi ſumus deſpicienda ſumamus, quod quidem in iudicijs ac foro datur ſemper. Neq; enim quiſquam eſt qui cauſam quam nõ didicerit agat. Declamatores + quoſdam peruerſa ducit ambitio, ut expoſita controuerſia, protinus dicere uelint, quin etiam, quod eſt in primis friuolum ac ſcenicũ, uerbum petant quo incipiant. Sed tam conſumelioſos in ſe ridet inuicem eloquentia, & qui ſtultis eruditi uideri uolunt, ſtulti eruditis + iudicantur. Si qua tamen fortuna tam ſubitam fecerit agendi neceſſitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, & uis omnis intendenda rebus, & in præſentia remittendum aliquid ex cura uerborum, ſi ſequi utrunq; non dabitur. + Tamen & tardi + Tum or pronuntiatio moras habet, et ſuſpenſa ac ueluti dubia

+ tutior
+ felicitatẽ
+ quoq;
+ uidentur

tans oratio, aut tamen deliberare, non hæsitare uide-
mur. Hoc dum egredimur è portu, si nos nondum apta-
tis satis armamentis aget uentus. Deinde paulatim simul
euntes aptabimus uela, & disponemus rudentes, & im-
pleri sinus optabimus. Id potius, quàm se inani uerbo-
rum torrenti dare, quasi tempestatibus, quò uolent, aufe-
rendum. Sed non minore studio continetur hæc facultas
q̃ paratur. Ars enim semel percepta non rapitur. Stylus quoque intermissione paulum admodum de celeritate perdit, promptum hoc & in expedito positum exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimum est, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus iudicio atq; opinione soliciti: rarum est enim ut satis se quisque uereatur: uel soli tamen dicamus potius, q̃ non omnino dicamus. Est alia exercitatio cogitandi, tomas q́ue materias uel silentio, dum tamen † dicat intra se ipsum, persequendi, quæ nullo non tempore locoq́; quando non aliud agimus, explicari potest, & est in parte utilior quàm hæc proxima. Diligentius enim componitur quàm illa, in qua contextum orationis intermittere uereamur. Rursus † illa prior plus confert, uocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui & ipse, ut dixi, excitat oratorem, et iactationem manus, pedis suppletionem, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendum uero semper & ubiq;. † Neq; uero tam ullus est dies occupatus, ut nihil lucratiuæ, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum, aut ad legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Siqui-

† quasi dicat contra se ipsum

† in alia plus prior

† Neq; enim ferè

dem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, nullum nostrum usquam negligentem esse sermonem, quicquid loquemur, ubicunq; sit pro sua scilicet portione perfectum. Scribendum certe nunquam est magis quàm cum multa dicemus ex tempore. Ita enim seruabitur pondus, & intrans illa uerborum facilitas in altum reducetur, sicut rustici proximas uitis radices amputant, quæ illam in summum solum ducunt, ut inferiores penitus descendendo firmentur. Ac nescio an utrunq; cum cura & studio fecerimus, inuicem prosit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum: ab utroq; excluſi, debẽt tamen anniti, ut ne q; deprehensus orator, neq; litigator destitutus esse uideatur. Plerunq; autem multa agentibus accidit, ut maxime necessaria & utiq; initia scribant cætera quæ domo afferunt, cogitatione complectantur, subitis ex tempore occurrant. Quod feciſſe M. Tullium commentarijs ipsius apparet, sed feruntur aliorum quoq;, & inuenimi forte ut eos dicturus quisq; composuerat, & in libros digesti, ut causarum quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi de quibus loquor commentarij ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis uideantur compositi: Nam Ciceronis ad præsens modo tẽpus aptatos libertus Tyro contraxit. Quos non ideo excuſo, quia non probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hanc breuem annota-

tionem, libellos'que qui uel manu teneantur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Lænas præcipit dissolicet mihi, +quæ scripserimus, in summas siue cõmentarios et capita cõferre. Facit enim et discendi negligentiã hæc ipsa fidutia, & lacerat ac deformat orationem. Ego autem ne scribẽdum quidem puto quod simus memoria, +hic prosecuturi. Nam+hoc quoq; accidit, ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentem fortunam experiri. Sic anceps inter utrunque animus æstuat, cum & scripta perdit, & non quærit noua. Sed de memoria destimatus est proximo libro locus, nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

+ne i ..is q̃ scripserim⁹, uel in summas, siue in commentarios

Libri decimi finis.

M. FABII QVINTILIANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBER VNDECIMVS.

(*)

Præfatio, & de apte dicendo. CAP. I.

PARATA, sicut superiore libro continetur, facultate scribendi cogitandiq;, et extempore etiam cum res poscet orandi, proxima est cura ut dicamus apte, quam uirtutem elocutionis quartam Cicero demon

strat, quæq; est meo quidem iudicio maxime necessaria. Nam cum sit ornatus orationis uarius & multiplex, conueniatq; alius alij, nisi fuerit accommodatus rebus atque personis, non modò non illustrabit eam, sed etiam destruet, & uim rerum in contrarium uertet. Quid enim prodest esse uerba & latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisq; elaborata, nisi cum his in quæ iudicem duci formariq; uolumus, consentiant? Si genus sublime dicendi paruis in causis, + limitatumq; grandibus, + limatumq;
lætum tristibus, lene asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atque uiolentum iucundis adhibeamus? ut monilibus, & margaritis, ac ueste lõga, quæ sunt ornamenta fœminarum, deformentur uiri? nec habitus triumphalis, quo nihil cogitari potest augustius, fœminas deceat. Hunc locum Cicero breuiter in tertio de Oratore libro perstringit, neque tamen uideri potest quicquam omisisse, dicẽdo non omni causæ, nec auditori, nec personæ, nec tempori congruere orationis unum genus, nec ferè pluribus in oratore eadem. Sed illic L. Crassus, cum apud summos oratores, hominesq; eruditissimos dicat, satis habet partem hanc uelut notare inter agnoscentes. Et hic Cicero alloquens Brutum testatur esse hæc ei nota, ideoq; breuius à se dici, quanquam sit fusus locus, tractaturq; à philosophis latius. Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discentibus tradimus, ideoque paulò pluribus uerbis debet haberi uenia. Quare notum sit nobis ante omnia quid conciliando, docendo, mouendo iudici conueniat, quid quaque

parte orationis petamus. Ita nec uetera, nec transłata, aut ficta uerba incipiendo, narrando, argumentãdo, tra ctabimus, neque decurrentis contexto nitore circuitus ubi diuidenda erit causa, et in partes suas digerenda, ne que humile, atque quotidianum sermonis genus, & com positione ipsa dissolutum epilogis dabimus, nec iocis la chrymas, ubi opus erit miseratione siccabimus. Nam or natus omnis non tam sua, quàm rei cui adhibetur, condi tione constat, nec plus refert quid dicas, quàm quo loco. Sed totum hoc apte dicere, non elocutionis tantum gene re constat, sed est cum inuentione commune: Nam si tan tum habent etiam uerba momentum, quanto res ipse ma ius? Quarum quæ esset obseruatio, suis locis subinde sub iecimus. Illud est diligentius docendum, eum demum di cere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat inspexerit. Nec me fugit plerunque hæc esse con iuncta. Nam quod decet, ferè prodest, neque alio ma gis animi iudicum conciliari, aut si res in contrarium tulit, alienari solent. Aliquando tamen & hæc dissenti unt. Quoties autem pugnabunt, ipsam utilitatem uin cet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuis rum ad absolutionem Socrati fuisse, quàm si esset usus illo iudiciali genere defensionis, & oratione summissa conciliasset iudicum animos sibi, crimenq; ipsum solici te redarguisset? Verum id minime eum decebat, ideo que sic egit, ut qui pœnam suam honoribus summis esset æstimaturus. Maluit enim uir sapientissimus quod su pere sset ex uita sibi perire, quàm quod præterisset. Et

quando ab hominibus sui temporis parum intelligebatur, posterorum se iudicijs reseruauit, breui detrimento iam ultimæ senectutis æuum seculorum omnium consecutus. Itaque quamuis Lysias, qui † tum in dicendo præstantissimus habebatur, defensionem illi scriptam obtulisset, uti ea noluit, cum bonam quidem, sed parum sibi conuenientem iudicasset. Quo uel solo patet, non persuadendi, sed bene dicendi finem in oratore seruandum, cum interim persuadere deforme sit. Non fuit hoc utile absolutioni, sed (quod est maius) homini fuit. Et nos secundum communem potius loquendi consuetudinem, quàm ipsam ueritatis regulam diuisione hac utimur, ut ab eo quod deceat utilitatem separemus: nisi forte prior ille Africanus, qui patria cedere, quàm cum Tribunople. humilimo contendere de innocentia sua maluit, inutiliter sibi uidetur consuluisse. Aut P. Rutilius, uel cum illo penè Socratico genere defensionis est usus, uel cum reuocante eũ P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maxime conduceret nesciebat. Hi uero parua illa, quæ abiectissimus quisq; animus utilia credidit, si cum uirtute cõferantur, despicienda iudicauerũt, ideoq; perpetua seculorũ admiratione celebrantur. Neq; nos simus tam humiles, ut quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunq; discrimen raro admodũ euenit. Cæterũ idem ferè, ut dixi, in omni genere causarum & proderit & decebit. Est autem quod omnes, et semper, & ubiq; persuadere ac dicere honeste, honesteq; facere deceat, contraq; neminem unquam ullo in loco turpiter.

† unus

†plura talia

Minora uero, quæq; sunt ex medijs, †plerunque sunt talia, ut alijs sint concedenda, alijs non sint. Aut pro personæ, tempore, loco, causa, magis ac minus, uel excusata debeant uideri, uel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut nostris, diuidenda est ratio eorum, dum sciamus pleraq; neutro loco conuenire. In primis enim omnis sui uitiosa iactatio est, eloquentiæ tamen in oratore præcipue, affertq; audientibus non fastidium modò, sed plerunq; etiam odium. Habet enim mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Ideoq; abiectos aut submittentes se libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores uidemur, et quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despicere creditur, nec tam se maiorem, quàm minores cæteros facere. Inde inuident humiliores: nam hoc uitium est eorum, qui nec cedere uolunt, nec possunt contendere, rident superiores, improbant bonos. Plerunque uero deprehendas arrogantium fallacem de se opinionem, sed in ueris quoq; sufficit conscientia. Reprehensus est in hac parte non mediocriter Cicero, quanq̃ is quidem rerum à se gestarum maior, q̃ eloquẽtiæ fuit in orationibus utiq; iactator. Ac plerunq; illud quoque non sine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos, quibus erat usus adiutoribus in opprimenda coniuratione, aut respondebat inuidiæ, cui tamen non fuit par, seruatæ patriæ pœnã passus exilium, ut illorum quæ egerat in consulatu frequẽs cõmemoratio posset uideri non gloriæ magis, quàm defensioni data. Ela-

quentiam quidem cum plenissimam diuersæ partis aduocatis concederet, sibi nunquam in agendo immodice arrogauit. Illius sunt enim: Siquid est in me ingenij iudices, quod sentio quàm sit exiguum, &c: Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparaui. Quimetiam contra Q. Cæcilium de accusatore in Verrem constituendo, quamuis multũ esset in hoc quoq; momenti, uter ad agendum magis idoneus ueniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quàm arrogauit sibi, seq; non consecutum, sed omnia feciisse ut posset eam consequi, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquam in dialogis, aliena tamen persona, uerum de eloquentia sua dicit. Et aperte tamen gloriari, nescio an sit magis tolerabile, uel ipsa uitij huius simplicitate, quàm illa iactatione peruersa, si abundans opibus, pauperem se neget, nobilis obscurum, & potens infirmum, quàm si se disertus imperitum planè & infantẽ uocet. Ambitiosissimum gloriandi genus est etiam deridere. Ab alijs ergo laudemur. Nam ipsos (ut Demosthenes ait) erubescere etiam cum ab alijs laudamur, decet. Neq; hoc non aliquando de rebus a se gestis oratori esse dicendum, sicut eidem Demostheni pro Ctesiphonte, quod tamen ita emendauit, ut necessitatem id faciendi ostenderet, inuidiamq; omnem in eum regereret, qui hoc se coëgisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa coniuratione Catilinæ, sed modò id uirtuti senatus, modò prouidentiæ deorum immortalium assignat, plerunque contra inimicos atq; obtrectatores plus uendicat sibi. Eraus

enim tuenda cum obijcerentur. In carminibus utinam pe-
perciſſet, quæ non deſierunt carpere maligni:

Tulij carmina. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ. &:
O fortunatam natam me Conſule Romam, &: Iouem
illum à quo in concilium deorum aduocatur, & Mine-
uam quæ eum artes edocuit, quæ ſibi ille ſecutus quædam
Græcorum exempla permiſerat. Verum eloquentiæ ut
indecora iactatio, ſic nonnunquam concedenda fiducia
eſt. Nam quis reprehendat hæc? Quid putem? contem-
ptum ne mei? non uideo nec in uita, nec in gratia, nec in
rebus geſtis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid
deſpicere poßit Antonius. Et paulopoſt apertius: An
decertare mecum uoluit contentione dicendi? Hoc qui-
dem beneficium eſt. Quid enim plenius? quid uberius,
quàm mihi pro me & contra Antonium dicere? Arro-
gantes & illi, qui ſe iudicaſſe de cauſa, nec aliter affu-
turos fuiſſe proponunt. Nam & inuiti iudices audiunt
præſumentem partes ſuas, nec hoc oratori contingere
inter aduerſarios, quod Pythagoræ inter diſcipulos con-
tigit, poteſt: Ipſe dixit. Sed iſtud magis minus'ue uitio-
ſum eſt pro perſonis dicentium. Defenditur enim aliqua
tenus, ætate, dignate, autoritate, quæ tamen uix in ullo
tanta fuerint, ut non hoc affirmationis genus tẽperandũ
ſit aliqua moderatione, ſicut omnia in quibus patronus
argumẽtum ex ſeipſo petet, quod fuiſſet tumidius, ſi cri-
minis loco eſſe negaſſet Cicero, equitis Romani eſſe fili-
um ſe defendente. At ille fecit hoc etiam fauorabile, con
iungẽdo cum iudicibus dignitatem ſuam. Equitis autem

Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicantibus oportuit, nec defendentibus nobis. Impudens, tumultuosa, iracunda actio omnibus indecora, sed ut quisq; ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem rixatores quosdam, neq; iudicum reuerentia, neq; agendi more ac modo contineri. Ex quo ipso mentis habitu manifestum sit, tam in suscipiēdis, quàm in agendis causis nihil pensi habere.+ Profert enim mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Nec sine causa Græci prodiderunt, ut uiuat, quenq; etiam dicere, humiliora illa uitia, summissa adulatio, affectata scurrilitas in rebus ac uerbis parum modestis ac pudicis uilis pudor, in omni negotio neglecta auctoritas, quæ ferè accidunt his, qui nimium + aut blandi esse aut ridiculi uolunt. Ipsum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neq; tam plenum, & erectum, & audax, et præcultum, senibus conuenerit, quàm pressum, & mite, & limatum, & quale intelligi uult Cicero etiã cum dicit orationem suam cœpisse canescere, sicut uestibus quoq; non purpura coccoq; fulgentibus illa ætas sapta sit. In iuuenibus & uberiora paulò, & penè periclitantia feruntur. At in ijsdem siccum & solicitum, et contractum dicendi propositum, plerũq; affectione ipsa seueritatis inuisum est, quando etiam morum senilis autoritas immaturà in adolescentibus creditur. Simpliciora militares decent. Philosophiam ex professo (ut quidã faciunt) ostentantibus, parum decori sunt pleriq; oratiõis ornatus, maximeq; ex affectibus, quos illi uitia dicunt.

+ Præ se fert

+ ut blãdi rĩ diculi esse uo lunt.

Verba quoque exquisitiora, & compositio numerosa ta
li proposito diuersa. Non enim solum illa lætiora, qualia
à Cicerone dicuntur: Saxa atque solitudines uoci respon
dent, sed etiam illa quanquã plena sanguinis. Vos enim
iam Albani tumuli, atq; luci, uos inquã imploro atque te
stor, uosq; Albanorum obrutæ aræ, sacrarũ Populi Ro.
sociæ & æquales, non conueniant barbæ illi atque trifli
tiæ. At uir ciuilis uereq; sapiens, qui se non otiosis dispu
tationibus, sed administrationi Reipublicæ dedideri t, à
qua longissime isti qui philosophi uocantur, recesserunt,
omnia quæ ad efficiendum oratione quod proposuerit
ualent, libenter adhibebit, cum prius quod honestum sit,
efficere in animo suo constituerit. Est quod principes
deceat, alijs non concesseris. Imperatorum ac triumpha
lium separata est aliqua ex parte ratio eloquentiæ, sicut
Pompeius abunde disertus rerum suarum narrator, &
hic qui bello ciuili se interfecit Cato, eloquens senator
fuit. Idem dictum sæpe in alio liberum, in alio furiosum,
in alio superbum est. Verba aduersus Agamemnonem à
Thersite habita regentur: da illa Diomedi, alij ue cui pa
ri, magnum animum ferre præ se uidebuntur: Ego te, in
quit, consulem putem L. Crassus Philippo, cum tu me nõ
putes senatorem? Vox honestissimæ libertatis, non ta
men ferres quencunque dicentem. Negat se magni face
re aliquis poëtarum, utrum Cæsar ater an albus homo
sit, insania. Verte, ut idem Cæsar de illo dixerit, arro
gantia est. Maior in personis obseruatio est apud comi
cos tragicosq;. Multis enim utuntur, & uarijs. Eadem

& eorum qui orationes aliis scribebant, fuit ratio, & de clamantium est. Non enim semper ut aduocati, sed plerunq; ut litigatores dicimus. Verumetiam in his causis, quibus aduocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. Vtimur enim fictione personarum, & uelut ore alieno loquimur, dandiq; sunt his quibus uocem accommodamus, sui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingitur. Quid asperius lictore Verris? Vt adeas, tantum dabis. Quid fortius illo? Cuius inter ipsa uerberum supplicia una uox audiebatur, ciuis Romanus sum. Quàm dignæ Milonis in peroratione ipsa uoces eo uiro, qui pro Republica seditiosum ciuem toties compescuisset? quiq; insidias uirtute superasset? Denique non modò quot in causa, totidem in prosopopœia sunt uarietates, sed hoc etiam plures, quod in his puerorum, fœminarum, pupillorum, mutarum etiam rerum assimulamus affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem in his pro quibus agemus, obseruanda sunt. Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, ut quisq; honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorum quoque, & anteactæ uitæ differentia. Iucundissima uero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Sed illa quoq; diuersa bonum uirum decent, malos odisse, publica uice commoueri, ultum ire scelera & iniurias, & oia ut in initio dixi, honesta. Nec tãtum quis, & pro quo, sed etiã apud quẽ dicas, interest. Facit enim et fortuna discrimẽ, et potestas, nec cadẽ apud principẽ,

magistratum, senatorem, priuatũ + tamen liberum ratio
est, nec eodem sono publica iudicia, & arbitrorum disce
ptationes aguntur. Nã ut orantẽ pro capite solicitudo de
ceat, & cura, & omnes ad amplificãdam orationẽ quasi
machinæ, ita in paruis rebus iudicijsq; uana sint eadem.
Rideaturq; meritò qui apud disceptatorẽ de re leuissi-
ma sedens dicturus utatur illa Ciceronis confessione, nõ
modò se animo cõmoueri, sed etiã corpore ipso perhorre
scere. Quis uero nesciat + quin aliud dicendi genus po-
scat grauitas senatoria, aliud + aura popularis? cum etiã
singulis iudicantibus, non idem apud graues uiros, quod
leuiores, non idem apud eruditum, quod militarem ac ru
sticum, deceat, sitq; nonnunq; summittenda & cõtrahen
da oratio, ne iudex eam uel intelligere, uel capere nõ pos
sit. Tempus quoq; ac locus egent obseruatione propria.
Nam & tempus tum lætum, tum triste, tum liberum, tum
angustum est. Atqui ad hæc omnia componẽdus orator,
& loco publico priuatóue ne, celebri an secreto, aliena
ciuitate an tua, in castris deniq;, an foro dicas, interest
plurimum, ac suam quicq; formam, et proprium quẽdam
modum eloquentiæ poscit. Cum etiam in cæteris actibus
uitæ non idem in foro, curia, campo, theatro, domi face
re conueniat, & pleraq; quæ natura non sunt reprehen-
denda, atq; ideo interim sunt necessaria, alibi quàm mos
permiserit, turpia habeantur. Illud iam diximus, quanto
plus nitoris & cultus demonstratiuæ materiæ, ut ad de-
lectationem audientium compositæ, q̃ quæ sunt in actu
& contentione, suasoriæ iudicialesq; permittant. Hoc

+ tantum
+ quanto
+ uita

adhuc adijciendũ, aliquas etiam quæ sunt egregiæ dicendi uirtutes, quo minus deceant, effici conditione causarũ. An quisquã tulerit reum in discrimine capitis, præcipue qui apud uictorẽ et principẽ, pro se ipse dicat, frequenti translatione, fictis & repetitis ex uetustate uerbis, compositione quæ sit maxime à uulgari usu remota, decurrẽtibus periodis, q̃ lætissimis iocis sententijsq; dicentem? Non perdant hæc omnia necessariũ periclitanti solicitudinis colorem, petendumq; etiam ab innocentibus misericordiæ auxilium. Cõmoueatur ne quisquã eius fortunã quem tumidum, ac sui iactantẽ, et ambitiosum institorem eloquẽtiæ in ancipiti sorte uideat? non, imò oderit reum uerba aucupantem, & anxiũ de fama ingenij, et cui esse diserto uacet. Quod mire M. Cælius in defensione causæ qua reus de ui fuit, cõprehendisse mihi uidetur: Ne cui uestrum, atq; etiam omnium, qui ad rem agẽdam assunt, mẽs, aut uultus molestior, aut uox immoderatior aliqua, aut deniq;, quod nimiũ est, iactantior gestus fuisse uidetur. Atqui sunt quædã actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positæ. Sententiolis ne flendum erit? epiphonemata, aut enthymemata exorabunt? non quicquid meris adijcietur affectibus omnes eorum diluet uires, & miserationẽ securitate laxabit? Age si de morte filij sui, uel iniuria (quæ morte sit grauior) dicendũ patri fuerit, aut in narrando gratiã illam expositionis, quæ cõtinget sermone puro atq; dilucido, quæret breuiter ac significanter ordinẽ rei protulisse contentus, aut argumẽta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum

Institor eloquentię quã lẽ Cicero & Lucanus Curionẽ fuisse dicũt, qui lin guam uenalem habuisse & iactasse fertur.

captabit lepôrem? & ut plerunq; in hoc genere moris est, intentione omni remissa loquatur? Quò fugerit interim dolor ille? ubi lachrymæ substiterunt? unde se in medium tam secura obseruatio artium miserit? Non ab exordio usq; ad ultimam uocem continuus quidã gemitus, & idem tristitiæ uultus seruabitur? siquidem uolet dolorem suum etiã in audientes transfundere, quẽ si usquã remiserit, in animum iudicantium non reducet. Quod præcipue declamantibus (neq; enim me pœnitet ad hoc quoq; opus meum, & curã susceptorũ semel adolescentiũ respiccre) custodiendũ est, quo plures in schola fingũtur affectus, quos non ut aduocati, sed ut pasi subimus. Cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis à senatu quidam, uel aliquam magnam infelicitatem, uel etiam pœnitentiam petunt, in quibus non solum cantare, quod uitiũ + peruasit, aut lasciuire, sed ne argumẽtari quidem nisi mixtis, & quidem ita, ut in ipsa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agendo dolorem potest, uidetur posse etiam deponere. Nescio tamen an huius, de quo loquimur, decoris custodia maxime circa eos, contra quos dicimus, exa minanda sit. Nam sine dubio in omnibus statim accusatio nibus hoc agendum est, ne ad eas libenter descendisse uideamur. Ideoq; mihi illud Cassij Scueri non mediocriter displicet: Dij boni uiuo, & quo me uiucre iuuet, Astrenatem reum uideo. Non enim iusta ex causa uel necessaria uideri potest postulasse eum, sed quadam accusandi uoluptate. Præter hoc tamen, quod est commune, propriam

+ persuasit

Accusator est qui confidenter de criminationib⁹ esse effert ait Seneca. Qui uero accusat sed ad id gratea dmodũ descendit calumniam is omnem faci le cuitabit.

moderationē quædam causæ desiderāt. Quapropter & qui curationē bonorum patris postulabit, doleat eius ua letudine, & quamlibet grauia filio pater obiecturus mi serrimā sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatē, nec hoc paucis modò uerbis, sed toto colore actionis, ut id eum non dicere modò, sed etiā uere dicere appareat. Nec cau santi pupillo sic tutor irascatur unquā, ut nō remaneant amoris uestigia, & sacra quædā patris eius memoria. Iā quo modo contra abdicantē patrem, quærentē uxorem, agi causam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. Quando etiā aduocati uoce uti deceret, quartus liber in quo prooemij præcepta sunt continet. Esse & in uerbis qd' deceat, aut turpe sit, nemini dubiū est. Vnum iam igi tur huic loco, qd' est sanè summe difficultatis, adijciendū uidetur, quibus modis ea quæ sunt natura parum specio sa, quæq; non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluisse mus, non tamen sint indecora dicentibus. Quid asperio rem habere frontem potest, aut quid aures hominum ma gis respuunt, quàm cū est filio filij'ue aduocatis in matrē perorandum? Aliquando tamen necesse est, ut in causa Cluentij Habiti. Sed non semper illa uia qua contra Sa siam Cicero usus est, non quia nō ille optime, sed quia plu rimum refert, qua in re, & quomodo lædat. Itaq; illa cū filij caput palàm impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen quæ sola supererāt, diuinè Cicero seruauit. Primū ne obliuisceretur reuerētiæ, quæ parētibus debe tur: deinde ut repetitis altius causis diligētissime, ostēde ret, q̄ id qd' erat in matrē dicturus, non oporteret modò

Consiliū Ciceronis in aduocatione filij contra matrem.

fieri, sed etiã necesse esset. Primáq; hæc expositio fuit, quanq̃ ad præsentem quæstionẽ nihil pertinebat, adeò in causa difficili atq; perplexa, nihil prius intuendum credidit, q̃ quid deceret. Fecit itaq; nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi in quã dicebatur. Potest tamen aliquando mater & in re leuiore, aut minus infesta cõtrà filiũ stare, tũ lenior atq; summißior decebit oratio. Nã & satisfaciẽdo, aut nostram minuemus inuidiã, aut etiam in diuersum eam transferemus, & si grauiter dolere filiũ palàm fuerit, credetur abesse ab eo culpã, fietq; ultrò miserabilis. Auertere quoq; in alios crimen decet, ut fraude aliquorũ concita credatur, & omnia nos passuros, nihil asserere dicturos, testandũ ut etiã si non possumus non conuiciari, nolle uideamur. Etiam si quid objiciẽdũ erit, officium est patroni, ut id filio inuito, sed fide cogente faceré + credatur. Ita poterit utercq; laudari, quod de matre dixi, de utroq; parente accipiendũ est. Nam inter patres etiam filiosq;, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio. In alijs quoq; propinquitatibus custodiendum est, ut inuiti, & necessariò, & parce iudicemur dixisse, magis aũt aut minus, ut cuiq; psonæ debetur reuerentia. Eadẽ pro libertis aduersus patronos obseruantia, & ut semel plura cõplectar, nũq̃ decebit sic aduersus tales agere personas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eiusdẽ iniquo animo tulissemus. Præstatur hoc aliquãdo etiã dignitatibus, ut libertatis nostræ ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in lædendis his, aut etiam ambitiosos putet. Itaq; Cicero quanq̃ erat in Cottã

+ ducatur

Hoc est cum solutus legibus paternis quasi alienus fieri cepit.

Raro eñ est ut filius quã diu in patris potestate est contra eum actionẽ intendat.

grauissime dicturus, neq; aliter agi P. Oppij causa potebrat, longa tamen præfatione excusauit officij sui necessitatem. Aliquando etiam inferioribus, præcipueq; adolescentulis parcere aut mederi decet. Vtitur hac moderatione Cicero pro Cælio contra Atracinũ, ut eum non inimicè corripere, sed penè patriè monere uideatur. Nam & iuuenis & nobilis, & non iniusto dolore uenerat ad accusandũ. Sed in his quidem in quibus uel iudici, uel etiã astantibus ratio nostræ moderatiõis probari debet, minor est labor, illic plus difficultatis, ubi ipsos contra quos dicimus, ueremur offendere. Duæ simul huiusmodi psonæ Ciceroni pro Muræna dicenti obstiterunt, M. Catonis Seruiiq; Sulpitij, quàm decenter tamẽ Sulpitio cũ omnes concessisset uirtutes, scientiam petendi consulatus ademit. Quid enim aliud esset quo se uictum homo nobilis, & iuris antistes magis ferret? Vt uero rationem defensionis suæ reddidit, cum se studuisse petitioni Sulpitij cõtra honorem Muræn æ, non idem debere accusationi contra caput, diceret? Quàm molli autem articulo tractauit Catonem? Cuius naturam summè admiratus, nõ ipsius uitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam in rebus factam durioꝛem uideri uolebat, ut inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationẽ crederes incidisse. Hæc est profectò ratio, & certissimũ præceptorum genus, illius uiri obseruatio, ut cum aliquid detrahere salua gratia uelis, concedas alia omnia, in hoc solo uel minus peritum, q̃ in cæteris, adiecta, si poterit fieri, etiam causa curita sit, uel paulò pertinaciorẽ, uel credulum, uel iratũ, uel

Offensionis metus quomodo corrigendus.

impulsum ab alijs. Hoc illis cõmune remediũ est, si in tota actione æqualiter appareat non honor modò, sed etiam charitas, præterea causa sit nobis iusta sic dicendi, neque id moderatè tantũ faciamus, sed etiã necessariò. Diuersum ab hoc, sed facilius, cum hominũ, aut alioqui turpium, aut nobis inuisorũ, quædam facta laudanda sunt. Decet enim rem ipsam probare in qualicũq; persona. Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatinio inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes etiã scripserat. Verum causa iusta sit fatendo, non se de ingenij fama, sed de fide + ei esse solicitũ. Difficilior + enim ratio in iudicio Cluẽtiano fuit, cũ Scamandrũ necesse haberet dicere nocentẽ, cuius egerat causam: Verũ illud elegantissime, cum eorũ à quibus ipse productus esset preces, tum etiam adolescentiam suam excusat detracturus alioqui plus autoritatis, si in causa præsertim suspecta, se eum esse qui temere nocẽtes reos susciperet, fateretur. Apud iudicẽ uero, qđ aut propter alienum cõmodũ in causa quã susceperimus, aut suũ ut persuadendi ardua ratio, ita dicẽdi expeditissima. Fiduciã enim iustitiæ eius, nõ causæ, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflandus, ut tanto clarior futura + offenderit sit fides, ac religio in pronunciando, quanto minus uel + offensæ, uel utilitati suæ indulserit. Hoc modo & apud eos à quibus appellatũ erit (si fortè ad eosdem remittetur) adijcienda ratio, uel necessitatis alicuius, si id cauſa cedit, uel erroris, uel suspicionis. Tutissimũ ergo pœnitẽtiæ confessio, & satisfactio culpæ, perducendusq; omni modo iudex ad iræ pudorem. Accidit etiam nonnunquã,

At Aristoteles difficilimũ esse putauit laudare il laudatum uirum.

candem causam de qua pronũciauit, ut cognoscat iterum tum illud quidem cõmune, apud alium nos iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse. Neq; enim emẽdari ab alio q̃ ipso fas esse. Cæterũ ex causa aut quæq; permittet, aut ignorata quædam, aut defuisse testes, aut quod timidissime, & si nihil aliud planè fuerit, dicendũ est, patronos non satisfecisse. Succurret etiã si apud alios iudices agetur, ut in secunda assertione, aut in Centumuirali bus iudicijs duplicibus parte uicta, decẽtius erit quoties cõtigerit seruare iudicũ pudorẽ, de quare latius in probationum loco dictũ est. Potest euenire, ut in alijs reprehendenda sint, quæ ipsi fecerimus, ut obijcit Tubero Q. Ligario, quod in Africa fuerit. Et ambitus quidã damnati recuperandæ dignitatis gratia, reos eiusdem criminis detulerunt, ut in scholis luxuriantem patrem luxuriosus ipse iuuenis accusat. Id q̃ decenter fieri possit, equidem nõ inuenio, nisi aliquid reperiatur quo interfit persona, ætas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenẽ se patri hæsisse, illũ à senatu missum nõ ad bellũ, sed ad frumẽtum coëmendũ ait, + ut primũ licuerit à partibus recessisse, Ligariũ et perseueraße, et nõ pro Cn. Põpeio, interquẽ & Cæsarẽ dignitatis fuerit cõtentio, cũ saluã uterq; rẽpublicã uellet, sed pro iuba atq; Afris inimicissimis populo Ro. stetisse. Cæterum uel facilimũ est ibi alienã culpã accusare, ubi fateris tuã. Verũ id iam iudicis est, nõ actoris. Quod si nulla contingit excusatio, sola colorem habet pœnitentia. Potest enim uideri satis emẽdatus, qui in odium eorum, in quibus errauerat, ipse conuersus est.

+ aut ut primum

Color p dictu & tractatione q̃ optima cẽ potest ad aliqd cõficiendum in oratione.

Sunt enim quidam, qui hoc natura ipsa rei non indecens faciunt, ut cum pater ex meretrice natum, quod amet meretricem in matrimonium, abdicat. Scholastica materia, sed non quæ non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet, uel quod omniũ sit uotum parentũ, ut hoc nestiores q̃ sint ipsi liberos habeant. Nam & filia nata, meretrix eam mater pudicã esse uoluisset. Vel quod melior ipse fuerit (licet enim hoc dicere) uel quod nõ habuerit patrem qui moneret, quin eo minus faciendũ filio fuisse, ne renouaret domus pudorẽ, & exprobraret paetri nuptias, matri prioris uitæ necessitatẽ, ne deniq; legẽ quandã suis quoq; subinde liberis daret, & credibilis erit etiam propria quædã in illa meretrice turpitudo quã nunc hic pater ferre nõ possit: Alia prætered. Neq; enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnunq̃ posse ipsis incõmodis dicentem bene uti. Illic maior æstus, ubi qs pudenda quæritur, ut stuprũ præcipue in maribus, aut os profanatũ, non dico si loquatur ipse (nam quid aliud ei q̃ gemitus ac fletus & execratio uitæ cõueniat? ut iudex intelligat potius dolorẽ illũ q̃ audiat) sed patrono quoq; p similes affectus eundũ erit, quia hoc iniuriæ genus uerecundius inest passis q̃ ausis. Mollienda est in plerisq; alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit: Quid enim crudelius q̃ homines honestis parẽtibus ac maioribus natos à republi. submouerit? Itaq; durum id esse summus ille tractandorũ animorum artifex confitetur, sed ita legibus Syllæ + cohærere statum ciuitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa nõ possit.

+ contineri

Turpis.) Nã teste Demosthene nullus, ppter fortunæ aut naturæ incõmodũ subsannari aut contemni debet & qui in hac re oſtẽdunt quã ſint ingenioſi hos ad omnia uitia quã propenſiſſimos eſſe.

Aſſecutus itaq; eſt, ut aliquid eorum quoq; cauſa uidere tur facere, contra quos diceret. Illud etiã in iocis monui, quàm turpis eſſet fortunæ inſectatio, & ne in totos or dines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrocinij cogit quædã de uniuerſo genere aliquorũ hominum dicere, uel libertinorum, uel militum, uel publicanorum, uel ſimiliter aliorũ, in quibus omnibus cõmune remedium eſt, ut ea quæ lædunt, non libenter tra ctare uideare, nec in omnia impetum facias, ſed in id qd' expugnandum eſt, & reprehendens, alia laude compenſes. Si milites cupidos dicas eſſe, nõ mirum, quod periculorũ ac ſanguinis maiora ſibi deberi præmia putent, eoſdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis q̃ paci aſſueuerint. Libertinis detrahenda eſt autoritas, licet his teſtimonium reddere induſtriæ, per quã exierint de ſeruitute. Quod ad nationes exteras pertinet, Cicero uarie detracturus Græcis teſtibus fidem, doctrinã his concedit ac literas, ſeq; eius gẽtis amatorem eſſe profitetur. Sardos contemnit, Allobrogas ut hoſteis inſectatur, quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptũ, aut remotum cura decoris fuit. Verborũ etiam moderatione detrahi ſolet, ſi qua eſt rei inuidia, ſi aſperũ dicas nimium ſeuerũ, iniuſtũ perſuaſione labi, pertinacẽ ultra modũ tenacem eſſe propoſiti, plerunq; uelut ipſos coneris ratione uincere, quod eſt molliſſimũ. Indecorum eſt ſuper hæc omne nimiũ, ideoq; etiam quod natura rei ſatis aptum eſt, niſi modo quoq; temperetur, gratiam perdit. Cuius rei obſeruatio iudicio magis quodã ſentiri, q̃ præceptis tradi po

test, quantum satis sit, & quantum recipiant aures. Non habet hæc res mensurã, & quasi pondus, quia ut in cibis, alia alijs magis cõplent. Adijciendũ etiam breuiter uidetur, quod ferè dicẽdi uirtutes diuersissimæ, non solũ suos amatores habeant, sed ab eisdem sæpe laudentur. Nã Cicero quodã loco scribit id esse optimũ quod cum te facile credideris consequi imitatione, non possis. Alio uero, nõ se id egisse, ut ita diceret, quomõ se quilibet posse cõfideret, sed quomodo nemo. Quod potest pugnare inter se uideri. Verum utrunq; ac meritò laudatur. Causa enim modò distat, quia simplicitas illa, et uclut securitas insectatæ orationis, mire tenues causas decet. Maioribus illud admirabile dicendi genus magis cõuenit. In utroq; eminet Cicero, ex quibus alterum imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intelligunt.

De Memoria. CAP. II.

MEmoriam quidã naturæ modò esse munus existimauerunt, estq; in ea non dubiè plurimũ, sed ipsa excolẽdo, sicut alia omnia, augetur, & totus de quo diximus, adhuc inanis labor, nisi cæteræ partes hoc uelut spiritu continentur. Nam & omnis disciplina memoria constat, frustraq; docemur, si quicquid audimus, præterfluat, et exemplorum, legum, responsorum, dictorum, beneq; factorum, quæ uclut quasdam copias, quibus abũdare, quasq; in promptu semper habere debet orator, eadem illa uis representat. Neque immeritò thesaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firmè tantum continere, uerum etiam citò percipere multa acturos oportet, nec quæ

Memoria eloquentiæ thesaurus.

scripseris modò iterata lectione complecti, sed in cogitatis quoq; rerum ac uerborum contextũ sequi, et quæ sint ab aduersa parte dicta meminisse, nec utiq; eo quo dicta sunt ordine refutare, sed opportunis locis ponere. Quid extemporalis oratio? non alio mihi uidetur mentis uigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus intuenda sunt. Ita cum semper cogitatio ultra id quod est longius quærit, quicquid + interim reperit, quodam modo apud memoriã deponit, quod illa quasi media quædam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid sit quod memoriam faciat, quanquã pleriq; imprimi quædam uestigia nostro animo, quæ uelut in + ceris anulorũ signa seruentur, existimant. Neque ero tam credulus, ut quasi habitu tardiorem firmioremq; memoriam fieri putem. + Eius autem quod ad animum pertinet, magis admirer naturã, subitò res uetustas tãto ex interuallo repetitas reddere se & offerre, nec tantum requirẽtibus, sed etiam sponte interim, nec uigilantibus, sed etiam quietè compositis magis, eoq; illa quoq; animalia quæ carere intellectu uidemus, meminerunt & agnoscunt, & quamlibet longo itinere diducta ad assuetas sibi sedes reuertũtur. Quid? non hæc uarietas mira est? excidere proximã, uetera inhærere? hesternorum immemores acta pueritiæ recordari? Quid? quod quædam requisita se occultant, & eadem fortè succurrũt, nec manet semper memoria, sed aliquando etiã redit. Nesciretur tamen quãta uis esset eius, quãta diuinitas illa, nisi in hoc lumẽ orandi

+ autem

+ gyris

+ Ea autem quę ad aĩm pertinẽt, magis admirere

Vires & effectus memorię.

uim extuliſſet: non enim rerũ modò, ſed etiam uerborum ordinem præſtat, nec ea pauca contexit, ſed durat propè in infinitũ, & in longiſſimis actionibus prius audientis patientia, q̃ memoriæ fides deficit. Quod & ipſum argumentum eſt, ſubeſſe artem aliquam, iuuariq; ratione naturam, cum idem docti facere, illud indocti & inexercitati non poſſumus. Quanquã inuenio apud Platonem In Euthyphrone. obſtare memoriæ uſum literarũ, uidelicet quod illa quæ ſcriptis repoſuimus, uelut cuſtodire deſinimus, & illa ſecuritate dimittimus. Nec dubiũ eſt quin plurimũ in hac parte ualeat mentis intentio, et uelut acies luminũ à proſpectu rerum quas intuetur, non auerſa. Vnde accidit, ut quæ per plures dies ſcribimus ediſcẽdi cauſa, cogitatione Eadem prodidit Cicero ipſa contineat. Artem autẽ memoriæ primus oſtendiſſe dicitur Simonides, cuius uulgata fabula eſt, cũ pugili coronato carmẽ, quale cõponi uictoribus ſolet mercede pacta ſcripſiſſet, abnegata ei pecuniæ pars eſt, quod more poëtis frequẽtiſſimo digreſſus in laudes Caſtoris et Pollucis exierat, quapropter partẽ ab his + capere, quorum facta celebraſſet, iubebatur, & perſoluerunt, ut traditũ + petere eſt. Nam cũ eſſet grande conuiuiũ in honorem eiuſdẽ uictoriæ, atq; adhibitus ei cœnæ Simonides, nũcio eſt excitatus, quod eũ duo iuuenes equis aduecti deſiderare maorem in modum dicebantur, & illos quidem non inuenit, fuiſſe tamen gratos erga ſe exitu comperit. Nam uix collimen egreſſo, triclinium illud ſupra cõuiuas corruit atq; ita + contudit, ut nõ ora modò oppreſſorũ, ſed membra + confudit etiam oĩa requirẽtes ad ſepulturã propinqui nulla nota

possent discernere. Tum Simonides dicitur memor ordinis quo quisq; discubuerat, corpora suis reddidisse. Est aũt magna inter autores dissentio, Glauco'ne Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ scriptũ sit id carmen, & Pharsali fuerit hæc domus, ut ipse quodam loco significare Simonides uidetur, atq; Apollodorus, et Eratosthenes, & Euphorion, & Larisseus Eurypylus tradiderunt, an Cranone ut Apollas Callimachus, quem secutus Cicero hanc famã latius fudit. Scopam nobilẽ Thessalum perijsse in eo conuiuio constat, adijcitur sororis filius, putant & ortos plerosq; ab illo Scopa, qui maior ætate fuerit: Quinq̃ mihi totũ de Tyndaridis fabulosum uidetur. Neque omnino huius rei meminit usq̃ poëta ipse, profectò non taciturus de tanta sua gloria. Ex hoc Simonidis facto, notatum uidetur iuuari memoriam signatis animo sedibus, idq; credere suo quisq; experimẽto. Nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa agnoscimus tantũ, sed etiam quæ in his fecerimus reminiscimur, personæq; subeunt, nonunq̃ tacitæ quoq; cogitationes in mentẽ reuertuntur. Nata est igitur, ut in plerisq;, ars ab experimento. Loca discunt quàm maxime spatiosa, multa uarietate signata, domũ fortè magnam, et in multos diductã recessus. In ea quicquid †notabile est, animo diligenter affigitur, ut sine cunctatione ac mora parteis eius omneis cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, non hærere in occursu. Plus enim quàm firma debet esse memoria, quæ aliam memoriã adiuuet. Tum quæ scripserũt, uel cogitatione complectuntur, &

Tyndaridæ
Tyndari filiæ castor & pollux.

†nobile

alio ſigno quo moneantur notant: quod eſſe uel ex re ta
ta poteſt, ut de nauigatione, militia, uel ex uerbo aliquo.
Nam etiam excidentes, unius admonitione uerbi in me
moriam reponuntur. Sit autem ſignum nauigationis, ut
ancora: militiæ, ut aliquid ex armis. Hæc itaq; digerunt,
primum ſenſum uel locum ueſtibulo quaſi aſſignant, ſecũ
dum atrio, tum in pluuia circumeũt, nec cubiculis modò
Exedræ. aut exedris, ſed ſtratis etiam ſimilibuſq; per ordinẽ com
mittunt. Hoc facto cum eſt repetenda memoria, incipi
unt ab initio loca hæc recenſere, & quod cuiq; credide
runt, repoſcunt, et eorũ imagine admonẽtur, ut quãlibet
multa ſint, quorũ meminiſſe oporteat, fiant ſingula cõne
xa quodam choro, ne errent coniungentes prioribus ſe
quentia ſolo ediſcendi labore. Quod de domo dixi et in
operibus publicis, et in itinere longo, ut urbium ambitu,
& picturis fieri poteſt. Etiam fingere ſibi has imagines
licet. Opus eſt ergo locis, quæ uel finguntur, uel ſumun
tur, imaginibus, uel ſimulacris, quæ utiq; fingenda ſunt.
Imagines notæ ſunt, quibus ea quæ ediſcenda ſunt, nota
mus, ut quo modo Cicero dicit, locis pro cera, ſimulacris
pro literis utamur. Illud quoq; ad uerbum ponere opti
mum fuerit. Locis eſt utendum multis, illuſtribus, expli
†autem catis, modicis interuallis: Imaginibus† aliquid agẽtibus,
acribus, inſignitis, quæ occurrere celeriterq; percurre
re animũ poſſint. Quo magis miror quomodo Metrodo
rus in duodecim ſignis, per quæ Sol meat, trecenos et ſe
xagenos inuenerit locos, uanitas nimirũ fuit atq; iacta
tio circa memoriã ſuam potius arte q̃ natura gloriantis.

Equidem hæc ad quædam prodesse non negauerim, ut si rerum nomina multa per ordinem audita reddēda sint. Nanq; in his quæ didicerūt, locis reponunt res illas, memsam, ut hoc utar, in uestibulo, in atrio puluinū, et sic cæteris: deinde relegentes, inueniunt ubi posuerint. Et forsi tan in hoc sunt adiuti, qui auctione dimissa, quid cuique uēdidissent, testibus argentariorū tabulis reddiderunt. Quod præstitisse Hortensiū dicunt. Minus idē proderit in ediscēdis, quæ orationis perpetuæ erunt. Nam & sensus non eandē imaginem quā res habent, cum alterū fingendum sit, & horū tamē utrunq; cōmonet. +Sed sermo +Si cum sermonis alicuius habiti uerborum contextus eadem arte quo modo comprehendetur? Mitto quod quædam nullis simulachris significari possunt, ut certe cōiunctiones. Habeamus enim sanè, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium & loca scilicet infinita, per quæ uerba quæ sunt in quinque contra Verrem secundæ actionis libris explicentur, ut meminerimus etiam omnium quasi depositorum, nónne impediri quidē eorum quæ dicit, decursum necesse est duplici memoriæ cura? Nam quo modo poterunt copulata fluere, si propter singula uerba ad singulas formas respiciendum erit? Quare & Carneades, & Scepsius, de quo modo dixi, Metrodorus, quos Cicero di- Fabij consicit usos hac exercitatione, sibi habeant suā, nos simplicio- lium de arra tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit ficiali memoria. oratio, proderit per partes ediscere (laborat enim maxime onere) & hæ partes non sint perexiguæ, alioqui ni- mis multæ erunt, & eam distinguent atq; cōcident. Nec

monis alicuius habitu

utiq; certum imperauerim modum, sed maxime ut quisq; finietur locus. Ni fortè tam sit numerosus, ut ipse quoq; diuidi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, ut contextum uerborũ, qui est difficilimus, cõtinuet crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo coniungat. Non est inutile quo facilius hæreãt aliquas apponere notas, quarum recordatio cõmoneat & quasi + excitet memoriam. Nemo enim ferè tam infelix, ut quod cuiq; loco signum destinauerit, nesciat, ut si erit + tardus ad hoc, eo quoq; adhuc remedio utatur, ut ipsæ excitent notæ. Hinc est ex illa arte non inutile + attendere signa ad eos qui exciderunt sensus, ancoram, ut supra posui, si de naue discendum esset: spiculum, si de prælio. Multum enim signa faciunt, & ex alia memoria uenit alia, ut cum translatus anulus uel alligatus cõmoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc astringunt qui memoriam ab aliquo simili transferunt ad id quod continendũ est, ut in nominibus, si Fabius fortè sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem, qui excidere non potest, aut ad aliquem amicum, qui idem uocetur, quod est facilius in apris, & in ursis & Nasone, aut Crispo, ut id memoriæ affigatur, unde sunt nomina. Origo quoq; aliquando declinatorum tenẽdi magis causa est, ut in Cicerone, Verrio, Aurelio, si debet + inseri. Illud neminem non iuuabit, iisdẽ quibus scripserit ceris edisscere. Sequitur enim uestigijs quibusdam memoriam, & uelut oculis intuetur non paginas modò, sed uersus propè ipsos, qui tum dicit similis legenti. Iam + litera uero si + litura, aut adiectio aliqua, aut mutatio interue-

+ exerceat

+ tradendus

+ attẽtus ad eos qui exciderunt sensus,

De anulis transferendis & alligãdis nõnulla Plinius.

+ misceri

niat, signa sunt quædam quæ intuentes errare non possumus. Est ratio, ut illi de qua primũ locutus sum, arti nõ dissimilis, ita (si quid me experimenta docuerunt) et expeditior & potentior, ediscere tacite. Nam id quoq; est quod tum erat optimũ, si non subirent uelut otiosum animum plerunq; aliæ cogitationes, propter quas excitandus est uoce, ut duplici motu iuuetur memoria, dicendi & audiendi. Sed hæc uox sit modica, et magis murmur. Qui autem legente alio ediscit: in parte tardatur, quod acrior est oculorum q̃ aurium sensus: in parte iuuari potest, quod cum semel aut bis audierit, continuò illi memoriã suam experiri licet, et cum legente contendere. Nam & alioqui id maxime faciendum est, ut nos subinde tentemus, quia continua lectio & quæ magis, & quæ minus hærent æqualiter transit. In experiendo, teneas´ne, et maior intentio est, & nihil superuacui temporis perit, quo etiam quæ tenemus repeti solent: ita sola quæ exciderũt tractantur, ut crebra reiteratione firmentur, quanq̃ solent hoc ipso maxime hærere, quod exciderunt. Illud ediscendo scribendoq; commune est utriq;, plurimum conferre bonam ualetudinẽ, digestum cibum, animum cogitationibus alijs liberum. Verum in his quæ scripsimus complectendis multum ualent, et in his quæ cogitamus continendis propè solæ, excepta quæ potissima est exercitatione, diuisio et cõpositio. Nam qui recte diuiserit, nunq̃ poterit in rerum ordine errare. Certa sunt enim non solum in digerendis quæstionibus, sed etiam in exequẽdis, si modò recte dicimus prima ac secunda, et deinceps, eo-

Negat hoc Apuleius li. florid. 1. propter Socratis Apophthegma.

hæretq; omnis rerum copulatio, ut ei nihil nec subtrahi sine manifesto intellectu, nec inseri possit. An uero Scæuola in lusu duodecim scruporũ, cum prior calculũ promouisset, essetq; uictus, dum rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus redijt ad eum, qui cum luserat, isq; ita factum esse cõfessus est, minus idẽ ordo ualebit in oratione, præsertim totus nostro arbitrio constitutus, cum tanẽ ille ualeat alternus? Etiam quæ bene composita erunt, memoriã serie sua ducent. Nam sicut facilius uersus ediscimus quàm prosam orationẽ, ita prosam uinctam quàm dissolutam. Sic contingit, ut etiã quæ ex tempore uidebantur effusa, ad uerbum repetita reddantur, quod meæ quoq; mediocritatẽ memoriæ sequebatur, quando interuẽtus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partẽ coẽgisset. Nec est mendacio locus, saluis qui interfuerũt. Si quis tamen unam maximamq; à me artem memoriæ quærat, exercitatio est et labor, multa ediscere, multa cogitare, & si fieri potest, quotidie, potissimum est. Nihil æque uel augetur cura, uel negligentia intercidit. Quare & pueri statim ut præcepi, quamplurima ediscant, et quæcunq; ætas operam iuuandæ studio memoriæ dabit, deuoret initio tædiũ illud, & scripta & lecta sæpius reuoluendi, et quasi eumdẽ cibũ remandendi. Quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum, et quæ †tædium non afferant, cœperimus ediscere, tum quotidie adijcere singulos uersus, quorum acceßio labori sensum incremẽti non afferat, in summam †ac ad infinitum usq; perueniat.

Lusu duodecim scruporum, hunc lusum Sidonius calcularium uocat, non autem multum absimilis est illi, quem hodie duplicatum nonarium appellant.

Vtile præceptum quod Hermogenes etiam commẽdat.

†odium

†ac

Et poëtica prius, tum oratorum, nouissime etiam solutio ra numeris, & magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iurisconsultorũ. Difficiliora enim debent esse quæ exercent, quo sit leuius ipsum illud in quod exercent, ut athletæ ponderibus plumbeis assuefaciunt manus, quibus uacuis & nudis in certamine utendum est. Non omittam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, minime fidelem esse paulò tardioribus ingenijs recẽtem memoriam. Mirum dictu est, nec in prõptu ratio, quantum nox interposita afferat firmitatis, siue quiescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturatur ac coquitur, seu firmissima eius pars est recordatio, quæ statim referri non poterant, contexuntur postero die, confirmatq; memoriam idem illud tempus, quod esse in causa solet obliuionis. Etiam illa præuelox ferè cito effluit, & uelut præsenti officio functa, nihil in posterum debeat, tanq; dimissa discedit. Nec est mirum magis hærere animo, quæ diutius affixa sint. Ex hac ingeniorũ diuersitate nata dubitatio est, an ad uerbum sit ediscendum dicturis, an uim modò rerum atq; ordinem complecti satis sit, de quo sine dubio non potest in uniuersum pronunciari. Nam si memoria suffragatur, tẽpus non defit, nulla me uelim syllaba effugiat: Alioqui etiã scribere sit superuacuũ. Idq; præcipue à pueris obtinendũ, atq; in hãc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoq; admoneri, & ad libellum respicere uitiosum, quod libertatem negligentiæ facit, nec quisquam se parũ tenere iudicat, quod ne sibi exci-

An ad ſ buiꝰ res ediſcenda ſit.

dat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & re-
siſtens ac ſalebroſa oratio, & qui dicit ediſcemi ſimilis,
etiam omnem bene ſcriptorũ gratiã perdit, uel hoc ipſo
quod ſcripſiſſe ſe cõfitetur. Memoria autẽ facit et prom
†modo pti ingenij famam, ut illa quæ dicimus non †domo attu-
†ſumpſiſſe liſſe, ſed ibi protinus † prõpſiſſe uideamur, quod & ora
tori, & ipſi cauſæ plurimum confert. Nam & magis mi
ratur, & minus timet iudex, quæ non putat aduerſus ſe
præparata. Ideoq; in actionibus inter præcipua ſeruan-
†iunximus dum eſt, ut quædam etiã quæ optime †uinximus, uelut ſo
luta enunciemus, & cogitantibus nonnunq; et dubitanti
bus ſimiles quærere uideamur quæ attulimus. Ergo quid
ſit optimum, neminem fugit. Si uero aut memoria natu-
ra durior erit, aut non ſuffragabitur tempus, etiam inu-
tile erit ad omnia ſe uerba alligare, cum obliuio unius eo
rum cuiuſlibet, aut deformem hæſitationem, aut etiam ſi
†indicat lentium †inducat. Tutiusq; multo, cõprehenſis animo re
bus ipſis, libertatẽ ſibi eloquẽdi relinquere. Nam et inui-
tus perdit quiſq; id quod elegerat uerbũ, nec facile repo
nit aliud, dum id quod ſcripſerat, quærit. Sed ne hoc qui-
dem infirmæ memoriæ remedium eſt, niſi in his qui ſibi
facultatẽ aliquam dicendi ex tẽpore parauerũt. Quod ſi
cui utrunq; defuerit, huic amittere omnino totũ actionũ
laborẽ: ac ſi quid in literis ualet, ad ſcribendũ potius ſua
debo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterum
quaneum natura ſtudioq; ualeat memoria, uel Themiſto-
cles teſtis, quem unum intra annum optime locutum eſſe
Vide Plin. 7. Perſice conſtat, uel Mithridates, qui II. et XX. linguas,

quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: uel Crassus ille diues, qui cum Asiæ præesset, quinque græci sermonis differentias sic tenuit, ut qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret: uel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos uersus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebantur eti am esse nunc qui facerent, sed mihi nunquam ut ipse interessem contigit, habenda tamen fides est uel in hoc, ut qui crediderit, & speret.

Hunc esse putant ad quē extant Aristotelis Rhetorica scripta.

De Pronunciatione. CAP. III.

PRonunciatio à pleriſq; actio dicitur, sed prius nomen à uoce, sequēs à gestu uidetur accipere. Nanq; actionem Cicero aliàs quasi sermonē, aliàs eloquentiam quandā corporis dicit. Idē tamen duas eius partes facit, quæ sunt eædem pronunciationis, uocem atque motum. Quapropter utraq; appellatione indifferēter uti licet. Habet autem res ipsa miram quandā in orationibus uim ac potestatem. Neq; enim tam refert qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, quàm quo modo efferantur. Nam ita quisq; ut audit, mouetur. Quare, neque probatio ulla quæ modò uenit ab oratore, tam firma est, ut non perdat uires suas, nisi adiuuetur asseuerationē dicētis. Affectus omnes languescant necesse est, nisi uoce, uultu, totius propè habitu corporis inardescant. Nam cum hæc omnia fecerimus, felices tamē si nostrum illum ignē iudex conceperit, nedum eum supini securiq; moueamus ac non & ipse nostra oscitatione soluatur. Documento

sunt uel scenici actores, qui & optimis poëtarum tãtum adijciũt gratiæ, ut nos infinite magis eadẽ illa audita q̃ lecta delectent, & uilißimis etiam quibuſdã impetrãt aures, ut quibus nullus eſt in bibliothecis locus, ſit etiam frequens in theatris. Quod ſi in rebus quas fictas eſſe ſcimus, & inanes, tantum pronunciatio poteſt, ut iram, lachrymas, ſolicitudinẽ afferat, quanto plus ualeat neceſſe eſt ubi et credimus? Equidẽ uel mediocrẽ orationẽ cõmẽdatam uiribus actionis affirmauerim plus habituram eſſe momenti, q̃ optimam eadẽ illa deſtitutam. Siquidẽ & Demoſthenes quid eſſet in toto genere dicẽdi +ſummum, interrogatus, pronunciationi palmam dedit, eidemq; ſecũdum ac tertium locum, donec ab eo quæri deſierit, ut cã uideri poßit non præcipuam, ſed ſolam iudicaſſe. Ideoq; ipſe tam diligenter apud Andronicũ Hypocritẽ ſtuduit, ut admirantibus etiam eius orationem Rhodijs, non immeritò Aeſchines dixiſſe uideatur: Quid ſi ipſum +audiſſetis? Et M. Cicero unam in dicendo actionem dominari putat. +Hac Cn. Lentulũ plus opinionis conſecutũ q̃ eloquentia tradit. Eadem C. Gracchũ in deflenda fratris nece, totius populi Ro. lachrymas concitaſſe, Antonium & Craſſum multum ualuiſſe, plurimum uero Q. Hortenſium, cuius rei fides eſt, quod eius ſcripta tantum intra famam ſunt, +qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis exiſtimatus eſt, nouißime quoad uixit ſecũdus: ut appareat placuiſſe aliquid eo dicente, quod legentes non inuenimus. Et hercle cum ualeant multum uerba per ſe, & uox propriam uim adijciat rebus, et geſtus mo-

+primum

+audiſſent

+Hinc

+q̃ olim princeps

tumq; significet aliquid, profectò perfectum quiddam fieri, cum omnia coierint, necesse est. Sunt tamẽ qui rudem illam, & qualem impetus cuiusq; animi tulit, actionem iudicent fortiorem, & solam uiris dignam, sed non alij sed q̃ qui etiam in dicendo curam & artem, & nitorem, & quicquid studio paratur, ut affectata, & parum naturalia solent improbare, uel qui uerborum atq; ipsius etiam soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationem antiquitatis affectant. Verum illi persuasione sua fruantur, qui hominibus ut sint oratores satis, putant nasci, nostro labori dent ueniam, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuuetur. In hoc igitur non contumaciter consentio, primas partes esse naturæ. Nam certe bene pronunciare non poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in his quæ subitò dicenda erunt, facilitas prompta defuerit, nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt. Corporis etiam potest esse aliqua tanta deformitas, ut nulla arte uincatur. Sed ne uox quidem nisi liberalis actionem habere optimam potest. Bona enim firmaq;, ut uolumus, uti licet, mala uel imbecilla et inhibet multa, ut insurgere, exclamare, & aliqua cogit ut summittere, deflectere, et raucas fauces, ac latus fatigatũ deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquamur, cui non frustra præcipitur. Cum sit aũt omnis actio, ut dixi, in duas diuisa partes, uocem gestumq;, quorum alter oculos, alter aures mouet, per quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus, prius est de uoce dicere, cui etiam gestus accommodatur. In ea prima obseruatio est

VOX. qualem habeas: Secunda, quo modo utaris. Natura uocis spectatur quantitate & qualitate. Quantitas est simplicior. In summa enim grādis aut exigua est. Sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summā, ac retrò, multi sunt gradus. Qualitas magis uaria est. Nam est & candida, & fusca, & plena, & exilis, & lenis, & aspera, & contracta, & fusa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtusa. Spiritus etiam longior breuiorq; Nec causas cur quicq; eorū accidat, persequi propositō operi necessarium est, eorum ne sit differentia in quibus aura illa cōcipitur, an eorū per quæ uelut organa meat, an ipsi propria natura, an prout mouetur, lateris pectoris ue firmitas, an capitis etiā plus adiuuet. Nam opus est omnibus, sicut non oris modò suauitate, sed narium

†egeritur quoq;, per quas quod superest uocis †egreditur. Dulcis tamen esse debet non exprobrans sonus. Vtēdi uoce multiplex ratio. Nam præter illam differentiam, quæ est tripartita, acutæ, grauis, flexæ, tum intentis, tum remissis,

†inflatis tum †elatis, tum inferioribus modis opus est, spatijs quoque lētioribus aut citatioribus. Sed hisipsis media interiacent multa: & ut facies, quanq; ex paucissimis constat, infinitam habet differentiam, ita uox, & si paucas, quæ nominari possunt, cōtinet species, propria cuiq; est, & non hæc minus auribus, q; oculis illa dignoscitur. Augentur aūt sicut omnium, ita uocis quoq; bona, cura, & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus, quæ phonascis conuenit, tamē multa sunt utrisq; communia, firmitas corporis, ne ad spadonum, et mulierum, &

ægrorum exilitatem uox nostra tenuetur, quod ambulatio, unctio, ueneris abstinentia, facilis ciborum digestio, id est, frugalitas præstat. Præterea ut sint fauces integræ, id est molles ac leues, quarum uitio & frangitur, et obscuratur, & exasperatur, et scinditur uox. Nam ut tibiæ eodē spiritu accepto aliū clausis, aliū apertis foramini bus, aliū nō satis purgatæ, aliū quassæ sonū reddūt, ita fauces tumētes strāgulant uocem, obtusæ obscurāt, rasæ exasperāt, cōuulsæ fractis sunt organis similes. Finditur etiā spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ, quarum +fluctus etiā si ultrà paulum coit, aliquid tamē caui relinquit post id ipsum qđ offenderat. Humor quoq; uocem ut nimius impedit, ita consumptus destituit. Nam et fatigatio corpora nō ad præsens modò tempus, sed etiā in futurū afficit. Sed ut cōmuniter & phonascis, & oratoribus necessaria est exercitatio, quia oia cōualescunt, ita curæ nō idem genus. Nam neq; certa tēpora ad +spatiandum dari possunt tot ciuilibus officijs occupato, nec præparare ab imis sonis uocem ad summos, nec semper à cōtentione +cōcedere licet, cum pluribus iudicijs sæpe dicēdum sit. Ne ciborum quidē est eadē obseruatio. Non enim tam molli teneráq; uoce, q̄ forti ac durabili opus est. Cum omnes illi etiam altißimos sonos leniant cantu oris, nobis pleraq; aspere sint concitateq; dicenda, & uigilandæ noctes, & fuligo lucubrationum bibenda, & in sudata ueste durandum. Quare uocē delicijs non molliamus, nec imbuamur ea consuetudine, quæ duratura non sit, sed exercitatio eius talis sit, qualis usus, nec silentio

+spiritus

+respirandū

+ contendere, uel conquiescere

subsidat, sed firmetur cõsuetudine, qua difficultas omnis leuatur. Edisce re autem quo exercearis erit optimum: nam ex tempore dicenti auocatur cura uocis, ille qui ex rebus ipsis concipitur, affectus, et edisce re q̃ maxime, uaria, quæ & clamorem, & disputationem, & sermonem, & flexus habeant, ut simul in omnia paremur. Hoc satis est, alioqui nitida illa, & curata uox insolitum laborem recusabit, ut assueta gymnasijs et oleo corpora, quãlibet sint in suis certaminibus speciosa atq; robusta, si militare iter, fasces q̃, & uigilias impares, deficiant, & quærant †quidem unctores suos, nudumq; sudorem. Illa† tamen in hoc opere præcipi quis ferat? uitandos soles atq; uentos & nubila etiam ac siccitates. Ita si dicendum in sole, aut uento so, humido, calido ue die fuerit, reos deseremus? Nã crudum quidem, aut saturum, aut ebrium, aut iecto modo uomitu, quæ cauenda quidam monent, declamare neminem qui sit mentis compos, puto. Illud non sine causa est ab omnibus præceptum, ut parcatur maxime uoci in illo à pueritia in adolescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, nõ, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putauerunt (nam est maior in alijs) sed propter humorẽ potius. Nam hoc ætas illa turgescit. Itaq; nares etiam, ac pectus, eo tempore tument, atq; omnia uelut germinant, eoq; tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed ut ad propositũ redeam, iam confirmatæ constitutæq; uocis genus exercitationis optimum duco, quod est operi similimum, dicere quotidie sicut agimus. Nam hoc modo non uox tantũ confirmatur, & latus, sed etiam corporis decens, & accom

Pronunciatio.

modatus orationi motus componitur. Non alia est autem ratio pronunciationis, q̃ ipsius orationis. Nã ut illa emẽdata, dilucida, ornata, apta esse debet, ita hæc quoq; emẽdata erit, id est uitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum, id est, in quo nulla neq; rusticitas, neq; peregrinitas resonet. Non enim sine causa dicitur barbarum græcum uc. Nam sonis homines, ut æra timnitu dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cum dicit suauiloquenti ore Cethegum fuisse, non quod Cicero in his reprehendit, quos ait latrare, non agere. Sunt enim multa uitia, de quibus dixi, cum in quadam libri parte puerorũ ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem, in qua emẽdari possunt. Itaq; si ipsa uox primum fuerit (ut sic dicam) sana, id est nullum eorum de quibus nunc dixi, patietur incõmodum: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, uaria, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata: Spiritus nec breuis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis. Dilucida uero erit pronunciatio primũ, si uerba tota exegerit, quorũ pars deuorari, pars destitui solet, pleriq; extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent. Vt autem est necessaria uerborum explanatio, ita omnes computare, & uelut annumerare literas molestum & odiosum. Nã & uocales frequentissime coëunt, et consonantium quædam insequente uocali dissimulantur, utriusque exemplum posuimus:

Multum ille & terris. Vitatur etiam durior

inter se congressus, unde pellexit, et collegit, et quæ alio loco dicta sunt. Ideoq; laudatur in Catullo suauis appellatio literarũ. Secundũ est, ut sit oratio distincta, id est, ut qui dicit, et incipiat ubi oportet, et desinat. Obseruandum etiam quo loco sustinẽdus, & quasi suspẽdendus sermo sit, quod Græci ὑποδιαζολὴν, uel ὑποσυζολὴν, uel ὑποσιγμὴν uocant, quo deponendus suspenditur:

Arma, uirumq; cano. quia illud uirum, ad sequentia pertinet, ut sit uirũ Troiæ, qui primus ab oris. Et hic iterum. Nam etiãsi aliud est unde uenit q̃ quò uenit, non distinguendum tamẽ, quia utrunq; eodẽ uerbo continetur, uenit. Tertio Italiã, quia interiectio est, fato profugus, et cõtinuum sermonẽ, qui faciebat, Italiã, Lauinaq;, diuidit. Ob eandemq; causam: quarto profugus, deinde Lauinaq; uenit Littora, ubi iã erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus aliâs breuius, aliâs longius dabimus. Interest enim sermonem finiat, an sensum. Itaque illam distinctionem Littora, protinus altero spiritus initio insequar, cum illuc uenero. Atq; altæ mœnia Romæ.

Deponam, et morabor, & nouum rursus exordium faciam. Sunt aliquãdo & sine respiratione quædã moræ etiã in periodis, ut in illa: In cœtu uero po. Ro. negotium publicum gerẽs, magister equitum, & cætera, multa habẽt mẽbra. Sensus enim sunt alij atq; alij, & sicut una circunductio est, ita paulum morãdum in his interuallis, nõ interrumpẽdus est contextus, & è cõtrariò spiritum interim recipere sine intellectu moræ necesse est, quo loco

quasi surripiendus est, alioqui si inscite recipiatur, non minus afferat obscuritatis, q̃ uitiosa distinctio. Virtus autem distinguẽdi fortasse sit parua, sine qua tamẽ esse nulla alia in agendo potest. Ornata est pronũciatio, cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans + aëra, auribus sedens. + erecta
Est enim quædã ad auditũ accommodata non magnitudine, sed proprietate ad hoc uelut tractabilis, utique habens oẽs in se qui desiderãtur sonos, siue intentiões, quæ toto, ut aiũt, organo instructa, cui aderit lateris firmitas, spiritus, cũ spatio pertinax, tũ labori non facile cessurus. Neq; grauissimus autem in musica sonus, nec acutissimus orationibus conuenit. Nã & hic parũ clarus, nimiumq; plenus, nullũ afferre animis motũ potest, et ille prætenuis & immodicæ claritatis, cũ est ultra uerũ, tum neq; pronunciatione flecti, nec diutius ferre intentionem potest. Nã uox ut nerui, quo remissior, hoc grauior & plenior, quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima uim non habet, summa rumpi periclitatur, mediis igitur utendum sonis, + hiq; cũ augenda intentio est excitãdi cũ summittenda, sunt temperandi. Nã prima est obseruatio recte pronunciãdi æqualitas, ne sermo subsultet imparibus spatijs ac sonis, miscens longa breuibus, grauia acutis, elata summissis, & inæqualitate horũ omnium, sicut pedum, claudicet sermo. Secunda uarietas est, quæ solũ est pronunciatio. Ac ne quis pugnare inter se putet æqualitatẽ & uarietatem, cũ illi uirtuti cõtrarium sit uitiũ inæqualitas, huic q dicitur μονοτονία quasi quidã unus aspectus. + Hi quoque dum augẽda intentione excitandi, tũ submittendi sunt, temperandiq;.

Ars porrò uariandi cum gratiam præbet ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit, ut stãdi, ambulandi, sedendi, iacendi uices sunt, nihilq; horũ patiunũ diu possumus. Illud uero maximũ (sed id paulò post tractabimus) qđ secundum rationẽ rerum de quibus dicimus, animorumq; habitus, conformãda uox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam quæ græce μονοτονία uocatur, una quædã spiritus ac soni intentio, non solũ ne dicamus omnia clamose, quod insanũ est, aut intra loquẽdi modum, quod motu caret, aut submisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio, sed ut in ijsdẽ partibus, ijsdemq; affectibus, sint tamen quædã non ita magnæ uocis declinatiões, prout aut uerborũ dignitas, aut sententiarũ natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit, ut qui singulis pinxerunt coloribus, alia tamẽ eminẽtiora, alia reductiora fecerũt, | ne quo ne mẽbris quidem suas lineas dedissent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobilißima pro Milone principiũ, nónne ad singulas penè distinctiones, quamuis in eadẽ facie, tamen quasi uultus mutandus est? Et si uereor iudices, ne turpe sit, p fortißimo uiro dicere incipiẽtem timere. Etiã si est toto pposito contractũ atq; submissum, qa & exordium est, & soliciti exordiũ, tamẽ fuerit necesse est aliquid plenius & erectius, dũ dicit: Pro fortißimo uiro dicere, q, etsi uereor, & turpe sit, & timere. Iam secunda respiratio increscat oportet, et naturali quodã conatu, quo minus pauide dicimus quæ sequũtur, & quo magnitudo animi Milonis ostenditur: Minimeq;

decedat, eũ T. Annius ipse magis de reipub. salute q̃ de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est: Me ad eius causam parẽ animi magnitudinẽ afferre non posse. Tum inuidiosiora: Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos. Illa uero iam penè apertis (ut aiunt) tibijs. Qui quocunq; inciderũt, ueterem consuetudinẽ fori, & pristinum morem iudiciorũ + requirunt. Nam sequens latũ etiam atq; fusum est. Nõ enim corona cõsessus uester cinctus est ut solebat. Quod notaui, ut appareret nõ solum in membris causæ, sed etiam in articulis esse aliquã pronunciandi uarietatẽ, sine qua nihil nec minus, nec maius est. Vox autem ultra uires urgenda non est. Nã et suffocata sæpe, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa in illum sonũ erumpit, cui Græci nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. Nec uolubilitate nimia cõfunde nda quæ dicimus, qua & distinctio perit & affectus, & nonnunq; etiam uerba aliqua sui parte fraudãtur. Cui contrarium est uitiũ nimiæ tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid, tẽporibus præfinitis aquã perdit. Promptum sit os, nõ præceps: moderatũ, non lentum. Spiritus quoq; nec crebro receptus cõcedat sentẽtiam, nec eousq; trahatur, donec deficiat. Nã & deformis est cõsumpti illius sonus, et respiratio sub aqua diu pressi similis, et rece ptus longior, & nõ opportunus, ut q fiat non ubi uolumus, sed ubi necesse est. Quare lõgiorẽ dicturis periodũ colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neq; diu, neq; cũ sono faciamus, neq; omnino ut manifestũ sit reliqs ptibus

+ desiderant

A quã pdit, hoc est cõstitutum tẽpus nã ad clepsydras cogebãtur perorare ueteres.

optime inter iuncturas sermonis reuocabitur. Exercendas autem est, ut sit quàlongissimus, quod Demosthenes ut efficeret, scandẽs in aduersum † continuabat q̃ posset plurimos uersus. Idem quo facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluens dicere domi solebat. Est interim & longus, et plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firmæ intentionis, ideoq; tremulus, ut corpora quæ aspectu integra neruis parũ sustinẽtur, id Græci βράγχον uocant. Sunt qui spiritũ cum stridore per raritatẽ dentium non recipiunt, sed resorbent. Sunt qui cerebro anhelitu, & introrsum etiã clare sonante, imitentur iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectãt quoq; tanq̃ inuentionis copia urgeãtur, maiorq; uis eloquentiæ ingruat, q̃ quæ emitti faucibus possit. Est alijs concursus oris, & cũ uerbis suis colluctatio. Iã tussire & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitã trocleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiorem partẽ spiritus in eloquendo per nares effundere, etiamsi nõ utiq; uocis sunt uitia, quia tamen propter uocẽ accidunt, potissimũ huic loco subijciantur. Sed quodcunq; ex his uitiũ magis tulerim, q̃ quo nũc maxie laboratur, in causis omnibus scholisq; cantandi, quod inutilius sit an fœdius, nescio. Quid enim minus oratori conuenit, q̃ modulatio scenica, & nonnunq̃ ebriorum, aut comessantiũ licentiæ similis? Quid uero mouendis affectibus contrariũ magis, q̃ cum dolendum, irascendũ, indignãdum, cõmiserandum sit, non solũ ab his affectibus, in quos inducendus est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatẽ ludorũ talarium

† cõcinebat

Trocleis adducere. Hoc ait, ut indicet quanto labore & conatu ex imis pulmonibus educant sputa. Vel q̃d in gutture eiuscemodi strepitum edũt, qualem solet dũ hauritur trochlea. Est autẽ trochlea rota putealis.

licentia soluere? Nam Cicero illos ex Lycia et Caria rhetores penè cantare in epilogis dixit. Nos etiã cantandi seueriorem paulò modum excessimus: Quisquã ne, non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certe atq; rationibus, quisquã deniq;, ut semel finiam, in lite cantat? Quod si omnino recipiendũ est, nihil causæ est, cur non illã uocis modulationem fidibus ac tibijs, imò mehercules, quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hæc libenter. + Nam nec cuiq̃ sunt iniucunda quæ cantant ipsi, & laboris in hoc, q̃ in agẽdo minus est. Et sunt quidã qui secundũ alia uitæ uitia, etiam hac ubiq; audiendi quod aures mulceat uoluptate ducantur. Quid ergo? nõ & Cicero dicit esse aliquẽ in oratione cãtum obscuriorẽ? Et hoc quodã naturali + uitio uenit. Ostendã non multo post, ubi & quatenus recipiendus sit hic flexus, & cantus quidẽ, sed (quod pleriq; intelligere nolunt) obscurior. Iã enim tempus est dicẽdi quæ sit apta pronũciatio, quæ certe ea est, quæ his de quibus dicimus, accõmodatur, quod quidẽ maxima ex partẽ præstãt ipsi motus animorũ, sonatq; uox ut feritur. Sed cum sint alij ueri affectus, alij ficti & imitati, ueri naturaliter erumpunt, ut dolentiũ, irascentiũ, indignantium, sed carent arte, ideoq; non sunt disciplinæ traditione formãdi. Contrà qui effinguntur imitatione, artem habent, sed hi carent natura, ideoq; in his primũ est bene affici, & concipere imagines rerũ, & tanq̃ ueris moueri, sic uelut media uox, quẽ habitum à nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Est enim mentis index, & uelut exemplar,

+ Nõne cuiq̃

+ initio

+ Ideoq; ac totidem quot illa mutationes habet.+ Itaq; lætis in rebus plena, simplex, et ipsa quodã modo hilaris fluit. At in certamine erecta totis uiribus, & uelut omnibus neruis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra. Neq; enim potest esse longus spiritus, cum immoderate effunditur. Paulũ in inuidia faciẽda lentior quia non ferè ad hãc nisi inferiores cõfugiunt. At in blãdiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando, lenis & submissa. Suadentiũ, & monentium, & pollicentiũ, & consolantium grauis: in metu et uerecũdia cõtracta: adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa & flebilis, & consulto quasi obscurior, at in egressionibus fusa & securæ claritatis, in expositione ac sermonibus recta & inter acutũ sonum & grauẽ media. Attollitur aũt concitatis affectibus, cõpositis descẽdit, pro utriusq; rei modo altius uel inferius. Quid autẽ quisq; in dicendo postulet locus paulum differã, ut de gestu prius dicã, qui & ipse uoci cõsentit, & animo cũ ea simul paret. Is quãtum habeat in oratore momẽti, satis uel ex eo patet, quod pleraq; etiã citra uerba significat. Quippe nõ manus solũ, sed nutus etiã declarant nostrã uoluntatem, & in mutis ꝓ sermõne sunt, & salutatio frequẽter sine uoce intelligitur, atq; afficit, & ex uultu ingressuq; perspicitur habitus animorum, & animaliũ quoq; sermone carẽtium ira, lætitia, adulatio, & oculis, et quibusdam alijs corporis signis deprehenditur. Nec mirũ si ista, quæ tamẽ in aliquo posita sunt motu, tantũ in animis ualẽt, cũ pictura tacens opus, & habitus semp eiusdẽ, sic in intimos penetret affẽ

ctus, ut ipsam uim dicendi nonnunq; superare uideatur. Contrà si gestus ac uultus ab oratione dissentiant, tristia dicamus hilares, affirmemus aliqua renuẽtes, non autoritas modò uerbis, sed etiã fides desit. Decor quoq; à gestu atq; à motu uenit. Ideoq; Demosthenes grande quoddam speculũ intuens cõponere actionẽ solebat. Adeò quãuis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret. Præcipuũ uero in actiõe sicut in corpore ipso, caput est, cũ ad ipsum de quo dixi decorẽ, tum etiã ad significationẽ decoris illa sunt, ut sit primo rectũ & secundum naturã. Nam & deiecto humilitas, et supino arrogantia, & in latus inclinato languor, et præduro ac rigente barbaria quædã mentis ostenditur. Tũ accipiat aptos ex ipsa actione motus, ut cũ gestu concordet, & manibus ac lateribus obsequatur. Aspectus enim semp eôdem uertitur quò gestus, exceptis quæ aut dãnare, aut concedere, aut à nobis remouere oportebit, ut idẽ illud uultu uideamur auersari, manu repellere:

Dij talem terris auertite pestem.

Haud equidem tali me dignor honore.

Significat uero plurimis modis. Nam præter annuendi, renuendi, confirmandiq; motus, sunt & uerecundiæ, & dubitationis, & admirationis, indignationis noti, & cõmunes omnibus. Solo tamẽ eo facere gestum scenici quoq; doctores uitiosum putauerunt. Etiam frequẽs eius uultus non caret uitio, adeò iactare id, & comas excutiẽtem rotare phanaticum est. Dominatur autem maxime uultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes. Vultus

hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus, hoc pendent
+ omnes + homines, hunc intuentur, hunc spectant etiã ante q̃ dicamus, hoc quosdã amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. Hic est sæpe pro omnibus uerbis. Itaq; in his quæ ad scenã componuntur fabulis, artifices pronũciandi à psonis quoq; affectus mutuãtur, ut sit Niobe in tragœdia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus
+ quoque Hercules. In comœdijs + uero præter aliã obseruationẽ, qua serui, lenones, parasiti, rustici, milites, meretriculæ, ancillæ, senes, austeri, ac mites, iuuenes seueri, ac luxurioſi, matronæ, puellæ, inter se discernũtur. Pater ille cuius præcipuæ partes sunt, quia interim cõcitatus, interim lenis est, altero erecto, altero cõposito est supercilio, atq; id ostendere maxime latinis actoribus moris est, quod cũ his quas agunt partibus congruat. Sed in ipso uultu plu-
Oculi. rimũ ualent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motũ quoq;, & hilaritate enitescãt, & tristitia quodam nubilum ducant. Quinetiã lachrymas his natura mẽtis indices dedit, quæ aut erũpunt dolore, aut lætitia manant. Motu uero intenti, remissi, superbi, torui, mites, asperi fiunt, quæ ut actus poposcerit fingentur. Rigidi uero & extenti, aut languidi, et torpentes, aut stupẽtes, aut lasciui & mobiles, aut natantes, & quadã uoluptate suffusi, aut limi, & ut sic dicã, uenerei, aut poscentes aliquid, pollicentéue nonnunq̃ esse debebunt. Nã opertos compressosue eos in dicendo, quis nisi plane rudis et stultus habeat? Et ad hæc oĩa exprimenda in palpebris etiã & in genis est quoddã seruiens his ministeriũ. Multum

& supercilijs agitur. Nam & oculos formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur, demittitur, ut nulla res in ea plus ualeat. Sanguis ille, qui mentis habitu mouetur, & cũ infirma uerecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, abit omnis, & pallore frigescit, temperatus mediũ quoddam serenum efficit. Vitium in supercilijs, si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (ut modo de persona comica dixerã) dissident, aut contra id quod dicimus finguntur. Etenim contractis tristitia, diductis hilaritas, remissis pudor ostenditur. Annuendi quoq; renuendiue ratione demittuntur aut alleuantur. Naribus labrisq; non ferè quicquã decenter ostendimus, tametsi derisus, contemptus, fastidiũ significari solet. Nam et corrugare nares, ut Horatius ait, & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impulsu subito spiritũ excutere, & diducere sæpius, & plana manu resupinare, indecorum est, cũ emunctio etiã frequentior non sine causa reprehẽdatur. Labra, & porriguntur male, & scinduntur, & astringuntur, et diducũtur, et dentes nudant, & in latus ac penè ad aurẽ trahuntur, & uelut quodã fastidio replicantur, & pendent, & uocem tantũ altera parte dimittunt. Lambere quoq; ea & mordere deforme est, cũ etiã in efferendis uerbis modicus esse eorũ debeat motus. Ore enim magis q̃ labris loquendũ est. Ceruicẽ rectã oportet esse, nõ rigidã aut supinã. Collum diuersa quidẽ, sed pari deformitate & contrahitur et tenditur, sed tenso subest & labor, tenuaturq; uox ac fatigatur. Affixum pectori

Supercilia.

Nares.

Labra.

Ceruix.

Collum.

Mentum. Humeri. mentum minus claram, & quasi latiorem presso gutture facit. Humerorum raro decens alleuatio atq; contractio est. Breuiatur enim ceruix, et gestū quendā humilē atq; seruilem, et quasi fraudulentū facit, cum se in habitū admirationis, admirationis, metus fingunt. Brachij moderata proiectio remissis humeris atq; explicantibus se in proferenda manu digitis, continuos & decurrentes locos maxime decet. At cum speciosius quid uberiusq; dicendū est, ut illud: Saxa atq; solitudines uoci respondent, expatiatur in latus, et ipsa quodāmodo se cū gestu fundit oratio. Manus uero sine quibus trunca esset actio ac debilis uix dici potest quot motus habeant, cū penè ipsam uerborum copiā persequantur. Nam cæteræ partes loquētem adiuuant, hæ (propè est ut dicā) ipsæ loquuntur. An nō his poscimus? pollicemur? uocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiā, dubitationē, confessionem, pœnitentiā, modum, copiā, numerum, tempus ostendimus? Non eædē concitant? inhibent? supplicant? probant? admirātur? uerecundantur? Nō in demonstrandis locis atq; personis + aduerbiorum atq; pronominum obtinent uicem? ut in tanta per omnes gētes nationesq; linguæ diuersitate, hic mihi omniū hominum cōmunis sermo uideatur. Et hi quidem de quibus sum locutus, cū ipsis uocibus naturaliter exeūt gestus, alij sunt qui res imitatione significant, ut si ægrū tentatis uenas medici similitudine, aut citharœdum formatis ad modum percutientis neruos manibus ostendas, quod genus quamlongissime in a-

Brachia. Manus.

+ & uerborū & pnominū

ctione est fugiendum. Abesse enim plurimum à saltatore debet orator, ut sit gestus ad sensus magis q̃ ad uerba accommodatus, quod etiã histrionibus paulo grauioribus facere moris fuit. Ergo ut ad se manũ referre cum de sei pso loquatur, & in eum quẽ demonstret intendere, et aliqua his similia permiserim, ita non effingere status quosdam, & quicquid dicet, ostendere. Neq; id in manibus solum, sed in omni gestu ac uoce seruandum est. Non enim aut in illa periodo: Stetit soleatus Prætor populi Ro. inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda est, aut in illa: Cædebatur in medio foro Messanæ, motus laterum, qualis esse ad uerbera solet, torquendus, aut uox qualis dolore exprimitur, eruenda. Cum mihi comœdi quoq; pessime facere uideantur, qui etiã si iuuenẽ agãt, cum tamen in expositione, aut senis sermo, ut in Hydriæ prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effœminata uoce pronũciant. Adeò in illis quoq; est aliqua uitiosa imitatio, quorũ ars omnis cõstat imitatione. Est autem gestus ille maxime cõmunis quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus, & principijs utilis, cũ leni in utranq; partẽ motu modice prolatus simul capite atq; humeris sensim ad id quò manus feratur obsecũdantibus, & in narrãdo certus, sed tũ paulo productior, & in + exprobrando, & coarguendo acer atq; instans. Longius enim partibus his & liberius exeritur. Vitiose uero idem sinistrum quasi humerum petens in latus agi solet, quanq̃ adhuc peius aliqui transuersum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo quoq; me

+ explorãdo

dij ſub pollicem ueniunt, & eſt hic adhuc priore geſtus inſtantior, principio & narrationi non accommodatus. At cum tres contracti pollice præmuntur, tũ digitus ille quo uſum optime Craſſum Cicero dicit, explicari ſolet. Is in exprobrando et indicando, unde ei nomẽ eſt, ualet, & alleuata ac ſpectante humerũ manu paulum inclinatus affirmat. Verſus in terrã & quaſi pronus urget, et ſi aliquando pro humero eſt. Idem ſummo articulo utrinq; leniter apprehenſo, duobus modice curuatis minus tamen minimo aptus ad diſputandũ eſt. Acrius tamen argumentari uidentur, qui mediũ articulũ potius tenent, tanto cõtractioribus ultimis digitis, quãto priores deſcenderũt. Eſt & ille uerecũdæ actioni aptiſſimus, quo quatuor primis leuiter in ſummum coëuntibus digitis non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululũ prolata laxatur. Hoc modo cœpiſſe Demoſthenem credo in illo pro Cteſiphonte timido demiſſoq; principio: ſic formatã Ciceronis manum, cum diceret: Si quid eſt in me ingenij iudices, quod ſentio quàm ſit exiguũ. Eadem aliquatenus liberius deorſum ſpectantibus digitis colligitur in os, & fuſus paulò in diuerſa reſoluitur, ut quodammodo ſermonem in ipſum proferre uideatur. Binos interim digitos diſtinguimus, ſed non inſerto pollice, paulum tamen inferioribus intrà ſpectantibus, ſed ne illis quidem tenſis qui ſuprà ſunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipſe prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quatuor remiſſis magis quã tenſis pollice

intus inclinato, habilē in latus demonſtrando, aut diſtinguendo, quæ dicimus, manū facimus, cum ſupina in ſiniſtrum latus, prona in alterū fertur. Sunt et illi breues geſtus, cū manus leuiter pandata, qualis + uomentium eſt, paruis interuallis, et ſubaſſentiētibus humeris mouetur, maxime apta, parcè & quaſi timide loquentibus. Eſt admirationi conueniens ille geſtus, quo manus modice ſupinata, ac per ſingulos à minimo collecta digitos redeunte flexu ſimul explicatur atq; cōuertitur. Nec uno modo interrogantes geſtū cōponimus, plerunq; tamen uertentes manum, utcunq; cōpoſita eſt, pollici proximus digitus, mediumq; qua dexter eſt, unguē pollici ſummo ſuo iungens, remiſſis cæteris, eſt & approbantibus, & narrātibus, et diſtinguentibus decorus. Cui nō diſſimilis, ſed cōpreſſis tribus digitis, quo nunc Græci plurimū utuntur, etiam utraq; manu, quoties enthymemata ſua geſtu uelut cornu tondunt cæſim. Manus lenior promittit & aſſentatur, citatior hortatur, interim laudat. Eſt & ille urgēs orationē geſtus uulgaris magis q̄ ex arte, qui contrahit alterno celeriq; motu, et explicat manū. Eſt et illa caua, & rara, et ſupra humeri altitudinē elata, cum quodā motu uelut hortatrix manus, à peregrinis ſcholis + iam pro pè recepta. Tremula ſcenica eſt. Digitos cū ſummi coierunt, ad os referre, cur quibuſdā diſplicuerit, neſcio. Nā & id leuiter admirantes, et interim ſubita indignatione uelut paueſcentes et deprecantes, facimus. Quin compreſſam etiam manum in ſignū pœnitentiæ uel iræ, pectori admouemus, ubi uox uel inter dentes expreſſa non

+ fouentium

+ tamen

dedecet: Quid nunc agam? quid faciam? Auerso pollice demonstrare aliquid, receptũ magis puto quàm oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimusq; sit ille qui in se redit orbis, uitiosa est una circumuersio, reliqui ante nos & dextera leuaq;, & sursum, & deorsum aliquid ostendunt. In posteriora gestus nõ dirigitur, interim tamẽ uelut reijci solent. Optime autem manus à sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed ut deponere non ut ferire uideatur, quanquam & in fine interim cadit, ut citò tamen redeat, & nonnunquam resilit uel negantibus nobis, uel admirantibus. Hic ueteres artifices illud recte adiecerunt, ut manus cum sensu & inciperet, et deponeret. Alioqui enim aut ante uocem erit gestus, aut post uocem, quod est utrunq; deforme. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria uerba esse uoluerũt, quod nec obseruatur, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis celeritatisq; aliquam esse uoluerunt, nec immerito, ne aut diu otiosa esset manus, aut, quod multi faciunt, actionem continua motu concideret. Aliud est quod & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quædam latẽtis sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorũ gestus cadit, ut sit unus motus, Nouum crimen: alter, C. Cæsar: tertius, Et ante hunc diem: quartus, Inauditum, deinde, Propinquus meus. Et: Ad te Q. Tubero detulit. Vnde id quoque fluit uitium, ut iuuenes cum scribunt gestu præmodulati cogitationem sic componant, quomodo casura manus sit. Inde et illud uitium, ut gestus qui in fine dexter

esse debet, in sinistram frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omni breuia quædam membra, ad quæ si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad hæc gestum disponere, utputa: Nouum crimen C. Cæsar, habet per se finem quendam suum, quia sequitur coniunctio. Deinde: Et ante hunc diem inauditum, satis circunscriptum est. Ad hæc commodanda manus est, idq; dum irrumpit, erit prima et composita actio. At ubi iam calor eam concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescet. Alijs locis citata, alijs pressa conueniet pronunciatio. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, ac instamus, inculcamus, + infigimus. Plus aut tē affectus habent lentiora. Ideoq; Roscius citatior, Aesopus grauior fuit, quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoq; obseruatio est. Itaq; in fabulis iuuenum, senum, militum, matronarū, grauior ingressus est. Serui, ancillæ, parasiti, piscatores, citatius mouentur. Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus uetant, adeò à capite eam petere, aut ad inū uentrem diducere uitiosum habetur. At sinistram intra humerum promouere, ultra non decet. Sed cum auersantes in læuam partem uelut propellemus manum, sinister humerus proferendus, ut cū capite ad dextram ferente consentiat. Manus sinistra nunquam sola recte gestum facit, dextræ se frequenter accommodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistrum palmis abominamur, siue obijcimus aduersas, siue in latus utrunq; distendimus, siue satisfacientes aut supplicātes.

+ infringimus

Diuersi sunt autem hi gestus, siue submittimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demõstrationi, aut inuocationi protẽdimus: Vos Albani tumuli atq; luci. Aut Gracchanum illud: Quò me miser conferam? quò uertã? in Capitolium? nec at fratris sanguine redundat, an domum? Plus enim affectus in his iunctæ exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, mitibus, breues: magnis, lætis, atrocibus + extensiores sunt. Vitia quoque earũ subijcienda sunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. Nam gestum poculum poscentis, aut uerbera minantis, aut numerum quingentorum pollice flexo efficientis, quæ sunt à quibusdã scriptoribus notata, ne in rusticis quidem uidi. + At ut brachio exerto introspiciatur latus, ut manum alius ultra sinum proferre non audeat, alius in quantum patet lõgitudo protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra læuum humerum gestu ita in tergũ flagellet, ut consistere post eum parum tutũ sit, aut sinistrum ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat, aut cubitum utrunq; in diuersum latus uentilet, sæpe scio euenire. Solet esse & pigra, & trepida, & secanti similis, interim uncis etiam digitis, aut à capite deijciatur, aut eadem manus supinata in superiora iactetur. Fit et ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure prætenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maxime placet his, qui se dicere sublata manu iactant. Adijcias licet eos, qui sententias uibratis digitis iaculantur, aut manu sublata denunciant, aut

+ exteriores

+ Aut in

(quod per se interim recipiendum est) quoties aliquid ipsis placuit, in ungues exiguntur. Sed uitiosum id faciunt, aut digito quanto plurimum possunt erecto, aut etiam duobus aut utraq; manu ad modum aliquid portantium composita. His accedunt uitia non naturæ, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari, si memoria fefellerit, aut cogitatio non suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit insonare, in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, resistere subitò, & laudem posscere silentio, quæ omnia persequi propè infinitum est. Sua enim cuiq; sunt uitia. Pectus ac uenter ne proijciantur obseruandum. Pandant enim posteriora, & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus, adeò ut Cicero plus illo agi, q̃ manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore: Nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, & uirili laterum flexione. Fœmur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, & usitatum est, & indignantes decet, & excitat auditorem. Idq; in Callidio Cicero desiderat: Non frons, inquit, percussa, non fœmur, quanq̃, si licet, de fronte dissentio. Nam etiam complodere manus scenicum est, et pectus cædere. Illud quoq; raro decebit, caua manu summis digitis pectus appetere, si quãdo nosmetipsos alloquimur, cohortantes, obiurgantes, miserantes, quod si quando fiet, togam quoq; inde remouere non decebit. In pedibus obseruantur status & incessus. Pedes. Prolato dextero stare, & eandem manum ac pedem pro

ferre, deforme est. In dextrum incumbere interim datur, sed æquo pectore, qui tamen comicus magis q̃ oratorius gestus est. Male etiam in sinistrum pedem insistentium dexter, aut attollitur, aut summis digitis suspẽditur. Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscœnum. Procursio opportuna, breuis, moderata, rara, conuenit etiam et ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras, quanq̃ Cicero rarum incessum, neq; ita longum probat. Discursare uero, et quod Domitius Afer de Sura † Manilio dixit, satagere, ineptissimum. Vrbaneq; Flauius Virginius interrogauit de quodam suo Antisophiste, quot millia passuum declamasset. Præcipi & illud scio, ne ambulantes auertamur à iudicibus, sed sint obliqui pedes ad concilium nobis respicientibus. Id fieri iudicijs priuatis non potest. Verum & breuiora sint spatia, nec auersi diu simus. Interim tamen recedere sensim datur. Quidam & resiliunt, quod est planè ridiculum. Pedis supplosio ut loco est opportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis, ita crebra & inepti est hominis, & desinit iudicem in se conuertere. Est & illa indecora in dextrum ac læuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium. Longissime fugiẽda mollis actio, quale in Tityo Cicero dicit fuisse. Vnde & saltationis quod dam genus Tityus est appellatum. Reprehendenda & illa frequens, & concitata in utranque partem mutatio, quam in Curione † patre irrisit & Iunius quærens quis in lintre loqueretur, & Sicinius. Nam cum assidente col

† Manlio

Tityus.

† Prætore

lega, qui erat propter ualetudinem & deligatus, & pluribus medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum se Curio ex more iactasset: Nunquam inquit, Octaui, collegæ tuo gratiã referes, qui nisi fuisset, isthic hodie te muscæ comedissent. Iactantur & humeri, quod uitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut cum angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, ut si calore dicendi uitare id excidisset, offensatione illa commoneretur. Ambulantem loqui ita demũ oportet, si in causis publicis, in quibus sunt multi iudices, quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter uelimus. Illud †uero refellendum, quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum usque ad lumbos reduxerunt, ut sinistra gestum faciẽtes, spatientur & fabulẽtur, cum etiam læuã restringere prolata lõgius dextra sit odiosum. Vnde moneor ut ne id quidẽ trãseam ineptissime fieri, cum inter moras laudationum, aut in aurem alicuius loquuntur, aut cum sodalibus iocantur, aut nõnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare uideantur. Inclinari ad iudicem cum doceas, utq; si id de quo loquaris sit obscurius decet. Incumbere aduocato aduersis subsellijs sedenti contumeliosum est. Reclinari etiam ad suos & manibus sustineri, nisi planè iusta †fatigatio est, delicatum, sicut palàm moneri excidentis, aut legere. Nanque in his omnibus etuis illa dicendi soluitur, & frigescit affectus, & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subsellia parum uerecundum est. Nam & Cassius

† non referendum

† fatigatiõe

Seuerus urbane aduersus hoc facientes lineam popoſcit. Et ſi aliquando cõcitate itur, nunq̃ non frigide reditur. Multa ex his quæ præcepimus, mutari neceſſe eſt ab his qui dicunt apud tribunalia. Nã & uultus erectior ut eũ apud quem dicitur ſpectet, & geſtus, ut ad eundem tendens †elatior ſit, neceſſe eſt, & alia quæ occurrere etiam me tacente omnibus poſſunt. Itemq; ab his qui ſedentes agent (Nam & ferè ſit hoc in rebus minoribus, & ijdem impetus actionis eſſe non poſſunt) et quædam uitia fiunt neceſſaria. Nã et dexter pes à læua iudicis ſedentis proferendus eſt, & ex altera parte multi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum eant, ut ad iudicem ſpectent. Equidem pleroſq; & ad ſingulas clauſulas ſententiarum uideo aſſurgentes ſibi, & nonnullos ſubinde aliquid etiam ſpatiantes, quod an deceat ipſi uiderint, cum id faciunt, nõ ſedẽtes agunt. Bibere, aut etiã eſſe inter agendum, quod multis moris fuit, & eſt quibuſdam, ab oratore meo procul abſit. Nam ſi quis aliter dicẽdi onera perferre non poſſit, non ita miſerum eſt non agere, potiusq; multo quàm & operis & hominũ contemptum fateri. Cultus non eſt proprius oratoris aliquis, ſed magis †in oratore conſpi †clarior †in ora citur. Quare ſit (ut in omnibus honeſtis debet eſſe) ſplendidus & uirilis. Nam et toga, & calceus, et capillus, tam nimia cura, q̃ negligentia ſunt reprehendenda. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Nam ueteribus nulli ſinus, perquã breues poſt illos fuerunt. Itaque etiam geſtu neceſſe eſt uſus eſſe in principijs eos alio, quorum brachium ſicut

Græcorum ueſte continebatur. Sed nos de præſentibus loquimur. Cui lati claui ius non erit, ita cingatur, ut tuni cæ prioribus oris infra genua paulum, poſterioribus ad medios poplites uſque perueniant. Nam infra mulierum eſt, ſupra Centurionũ. Vt purpuræ recte deſcendant, le uis cura eſt. Notatur interim negligentia. Latum habentium clauum modus eſt, ut ſit paulum cinctis ſubmiſſior. Ipſam togam rotundã eſſe, & apte cæſam uelim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior medijs cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius q̃ cinctura. Sinus decentiſſimus, ſi aliquanto ſupra imam togã fuerit, numq̃ certe ſit inferior. Ille qui ſub humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, uelut balteus, nec ſtrangulet, nec fluat. Pars togæ quæ poſtea imponitur, ſit inferior: nam ita & ſedet melius, & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ, ne ad lacertum in actu redeat, tum ſinus inijciẽdus humero, cuius extremã oram reieciſſe nõ dedecet. Operiri aũt humerum cum toto iugulo non oportet. Alioqui + amictu fiet anguſtus, et dignitatem quæ eſt in latitudine pectoris perdet. Siniſtrum brachium couſq; alleuandum eſt, ut quaſi normalem illum angulũ faciat, ſuper quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Manus non impleatur anulis, præcipue medios articulos non tranſeuntibus, cuius erit habitus optimus, alleuato pollice et digitis leuiter inflexis, niſi ſi libellum tenebit, quod non utiq; captandum eſt. Videtur enim fateri memoriæ diffidentiã, et ad multos geſtus eſt impedimẽto. Togã ueteres ad calceos uſq; demittebant, Togã

+ amict⁹ fiet anguſtior

ut Græci pallium. Idq; ut fiat, qui de gestu scripserũt circa tẽpora illa, Plotius Nigidiusq; præcipiunt. Quo magis miror Plinij Secundi docti hominis, & in hoc utiq; libro penè etiã nimium curiosi persuasionẽ, qui solitum id facere Ciceronẽ uelandarum uaricũ gratia tradit, cum hoc amictus genus in statuis eorũ quoq;, qui post Ciceronem fuerunt, appareat. Palliolũ sicut fascias quibus crura uestiuntur, & focalia, & aurium ligamẽta, sola excusare potest ualetudo. Sæd hæc amictus obseruatio, dũ incipimus, procedente uero actu iam penè ab initio narrationis sinus ab humero recte uelut sponte delabitur, et cũ ad argumẽta ac locos uentũ est, reijcere à siniſtro togã, deijcere etiã si hæreat, sinum cõueniet. Lænã à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardent enim iam oĩa, & ut uox uehementior ac magis uaria est, sic amictus quoq; habet actum quendam uelut præliandẽ. Itaq; ut læuam inuoluere togã, & incingi, penè furiosum est, sinum uero in dextrum humerũ, ab imo reijcere, solutum ac delicatum est, fiuntq; adhuc peius aliqua, ita cur laxiorẽ sinum siniſtro brachio non subijciamus? Habet enim acre quiddã atq; expeditũ, & calori cõcitationiq; non inhabile. Cum uero magna pars est exhausta orationis, utiq; afflante fortuna penè omnia decent, sudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac uelut labẽs undiq; toga. Quo magis miror hanc quoq; succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem siccari iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi post paulum, sicut dignũ erat, grauiter & seuere uetuit. Mihi uero illæ quo-

que turbatæ præ se ferre aliquid affectus, et ipsa obliuio
ne curæ huius commẽdari uidentur. At si incipientibus,
aut paulum progressis decidat toga, non reponere eam
prorsus negligentis aut pigri, aut quo modo debeat ami
ciri nescientis est. Hæc sunt uel illustramenta pronuncia
tionis, uel uitia, quibus propositis multa cogitare debet
orator. Primum † quid, apud quos, quibus præsentibus † quis
sit acturus. Nam ut dicere alia alijs, & apud alios magis
concessum est, sic etiam facere. Neq; eadem in uoce, ges
tu, incessu, apud principẽ, senatum, populum, magistra
tum, priuato, publico iudicio, postulatione, actione simi
liter decẽt. Quam differentiam subijcere sibi quisq; qui
animum intenderit, potest, tum qua de re dicat, & effice
re quid uelit. Rei quadruplex obseruatio est. Vna in tota
causa. Sunt enim tristes, hilares, solicitæ, securæ, gran
des, pusillæ, ut uix unquam ita solicitari partibus earum
debeamus, ut non summæ meminerimus. Altera quæ est
in differentia partium, ut in procœmio, narratione, ar
gumentatione, epilogo. Tertia in sententijs ipsis, in qui
bus secundum res et † actus uariantur omnia. Quarta in † affectus
uerbis, quorũ ut est uitiosa, si efficere omnia uelimus, imi
tatio, ita quibusdam nisi sua natura redditur, uis omnis
aufertur. Igitur in laudationibus (nisi si funebres erunt)
gratiarũ actione, exhortatione, similibusq; læta & ma
gnifica & sublimis est actio. Funebres conciones, conso
lationes, plerunq; causæ reorum, tristes ac submissæ. In
senatu conseruanda autoritas, apud populum dignitas,
in priuatis modus. De partibus causæ, & sententijs,

uerbisq́, quæ sunt multiplicia, pluribus dicẽdum. Tria autẽ præstare debet pronunciatio, conciliet, persuadeat, moueat, quibus natura cohæret, ut etiã delectet. Conciliatio ferè aut cõmendatione morũ, qui nescio, quo modo ex uoce etiã atq; actione pelluceant, aut orationis suauitate constat. Persuadendi uis asseueratione, quæ interim plus ipsis probationibus ualet: An ista (inquit Callidio Cicero) si uera essent, sic à te dicerentur? & : Tantũ abest, ut inflãmares nostros animos, somnum isto loco uix tenebamus. Fidutia igitur appareat, & constantia, utiq; si autoritas subest. Mouendi autẽ ratio, aut in representandis est, aut imitandis affectibus. Ergo cũ iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de causa iusserit, leniter consurgendũ, tum in cõponenda toga, uel si necesse erit, etiam ex integro inijcienda, duntaxat in iudicijs (apud principem enim & magistratus ac tribunalia nõ licebit) paulũ est commorandũ, ut & amictus sit decentior, & protinus aliquid spatij ad cogitandũ. Etiã cum ad iudicẽ nos conuerterimus, & consultus permiserit dicere, non protinus est erumpendum, sed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurũ, dicturi cura delectat, & iudex se ipse cõponit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exẽplo, quem stetisse oculis in terrã defixis, immotoq; sceptro, priusquã illam eloquentiæ procellã effunderet, dicit. In hac cunctatione sunt quædã non indecentes ut (appellant scenici) moræ: caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, simulare conatũ, suspiratione solicitudinem fateri, aut quod quenq; magis decet, eoq; diutius

si iudex nondum intẽdit animum. Status sit rectus, æqui & diducti paulum pedes, uel procedens + minimo sinister, genua recta, sic tamen ut non extendatur. Humeri remissi, uultus seuerus, non mœstus, nec stupens, nec languidus. Brachia à latere modice remota, manus sinistra, qualem supra demonstraui, dextra cum iam incipiẽdum erit, paulum prolata ultra sinum, gestu quammodestissimo, uelut expectãs quando incipiẽdum sit. Vitiosa enim sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere, tẽdere confidentia uultum, aut quo sit magis toruus, supercilijs astringere, capillos à fronte contra naturam retrò agere, ut sit horror ille terribilis, tum id quod Græci frequentissime faciunt, crebro digitorum labiorumq; motu commentari, clare excreare, pedem alterum longe proferre, partem togæ sinistra tenere, stare diductum, uel rigidum, uel supinum, uel incuruum, uel humeris, ut luctaturi solent, ad occipitium ductis. Procœmio frequentissime lenis conuenit pronuncia tio. Nihil est enim ad conciliandum gratius uerecundia, non tamen semper. Nec enim uno modo dicuntur exordia, ut docui. Plerunq; tamen & uox temperata, ac gestus modestus, & sedens humero toga, & laterum lenis in utranq; partem motus, eôdem spectantibus oculis, decebit. Narratio magis + prolatam manum, amictum recidentem, gestum distinctum, uocem sermoni proximam, ac tantum apertiorem, sonum simplicem frequentissime postulabit in his duntaxat: Q. igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, & A. Cluentius Habitus pater

+ minimo momento

+ prolatum manu amictum, recidẽtem gestum, uocem, sermoni proximum, ac tantũ acriorem

huiusce. Aliud in eadē poscent affectus uel concitati. Nubit genero socrus, uel flebiles. Constituitur in foro Laodiceæ spectaculum acerbum & miserum toti Asiæ prouinciæ. Maxime uaria & multiplex actio est probationum. Nā proponere, partiri, interrogare, sermoni sunt proxima, & contradictionem sumere. Nam ea quoq; diuersa propositio est. Sed hæc tamen aliquando irridētes, aliquando imitantes pronūciamus. Argumētatio plerunque agilior, & acrior, & instantior, consentientem oratioⁿi postulat etiam gestum, id est, fortem celeritatē. Instandum quibusdam in partibus, & densanda oratio. Egressiones ferè lenes, & dulces, & remissæ, ut raptus Proserpinæ, Siciliæ descriptio, Cn. Pompeij laus. Neque
†est †enim mirum, minus habere contentionis ea quæ sunt extra quæstionem. Mollior nonnunquam cum reprehensione diuersæ partis imitatio: Videbar uidere alios intrantes, alios aūt exeuntes, quosdam ex uino uacillantes. Vbi non dißidens à uoce permittitur gestus, at quoq; in utrā que partem tenera quædam, sed intra manus tamen, & sine motu laterum translatio. Accendendi iudicis plures sunt gradus. Summus ille, & quo nullus est in oratore acutior: Suscepto bello Cæsar, gesto iam etiam ex parte magna. Prædixit enim: Quantum potero uoce contendam, ut populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius, ideoq; dulcius: In cœtu uero Populi Ro. negotium publicum gerens. Producenda omnia tra

hendæq; tum uocales, aperiendæq; sunt fauces, pleniore tamen hæc canali fluunt: Vos Albani tumuli atq; luci. Nã cantici quiddam habent, sensimq; resupina sunt. Saxa atque solitudines uoci respondent. Tales sunt illæ inclinationes uocis, quas inuicem Demosthenes atq; Aeschines exprobrant, non ideo improbandæ. Cum enim uterque alteri obijciat, palàm est utrunque feciſſe. Nam neq; ille per Marathonis & Platearũ, & Salaminis propugnatores recto sono iurauit, nec hic Thebas sermone defleuit. Est his diuersa uox, et penè extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac penè naturam uocis humanæ acerba. Quin compescitis uocem istam indicem stultitiæ, testem prauitatis. Sed id qd' excedere modum dixi, in illa parte prima est, Quin compescitis. Epilogus, si enumerationem rerum habet, +desiderat quandam conciſorum continuationem: si ad concitandos iudices est accommodatus, aliquid ex his quæ supra dixi: si placandos inclinatam quandam lenitatem, si misericordia commouẽdos, flexum uocis & flebilem suauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæq; est maxime naturalis. Nam etiã orbos uiduasq; uideas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Hic etiam fusca illa uox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit, mire faciet. Habet enim in se quod imitemur. Duplex est tamen miseratio, altera cum inuidia, qualis modò dicta de damnatione Philodami, altera cum deprecatione demiſſior. Quare etiã si est in illis quoq; cantus obscurior, In cœtu uero populi Rom. Non enim hæc rixantis modo

+designat

dixit, &: Vos Albani tumuli. Neq; enim quasi inclama-
+teſtarctur ret, aut +deteſtaretur locutus eſt, tamen infinito magis
illa flexa & circumducta ſunt: Me miſerum, me infelicē.
Et: Quid reſpōdebo liberis meis? &: Reuocare tu me in
patriam potuiſti Milo per hos, ego te in eadē patria per
eoſdem retinere nō potero? Et cum bona C. Rabirij uno
feſtertio addicit: O meum miſerū acerbumq; præconiū.
Illa quoq; mire facit in peroratione uelut deficientis do
lore, & fatigatione confeßio, ut pro eodem Milone: Sed
finis ſit: neq; enim præ lachrymis iā loqui poſſum. Quæ
ſimilem uerbis habere debent etiam pronunciationem.
Poſſunt uideri alia quoque huius partis atq; officij, reos
excitare, pueros attollere, propinquos producere, ueſtes
laniare, ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſæ
etiam alijs eſt uarietas, ſatis apparet accommodandā ſen
tētijs ipſis pronunciationem, ſicut oſtēdimus. Sed uerbis
quoq;, quod nouiſſime dixeram, non ſemper, ſed aliquan
+At do. +An non hæc miſellus & pauperculus, ſubmiſſa atq;
+elatio contracta: Fortis, & uehemens, & +latro, erecta & cō
citata uoce dicenda ſunt? Accedit enim uis & proprie-
tas rebus tali aſtipulatione: quæ niſi adſit, aliud uox, ali
ud animus oſtendat. Quid? quod eadem uerba mutata
pronunciatione indicant, affirmāt, exprobrant, negant,
mirantur, indignantur, interrogant, irrident, eleuant?
Aliter enim dicitur: Tu mihi quodcunque hoc re-
gni. Et: Cantando tu illum? Et: Tu
ne ille Aeneas? Et: Meq; timoris Argue tu Dran-
ce. Et ne morer, intra ſe quiſq;, uel hoc, uel aliud quod

uolet, per omnes affectus uerſet, uerum eſſe quod dici-
mus ſciet. Vnum iam his adijciendum eſt, cum præcipue
in actione ſpectetur decorum, ſæpe aliud alios decere.
Eſt enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis, Decorum.
& ut uere dictum eſt, caput eſſe artis decere quod faci
as, ita id nec ſine arte eſſe, nec totum arte tradi poteſt.
In quibuſdam uirtutes non habẽt gratiam, in quibuſdam
uitia ipſa delectant. Maximos actores comœdiarum De
metrium & Stratoclem placere diuerſis uirtutibus uidi
mus. Sed illud minus mirum, quod alter deos, et iuuenes,
& bonos patres, ſeruoſq;, & matronas, et graues anus
optime, alter acres ſenes, callidos ſeruos, paraſitos, leno
nes, & omnia †agitatoria melius. Fuit enim natura di- †agitatiora
uerſa. Nam uox quoq; Demetrij iucundior, illius acrior
erat. Annotãdæ magis proprietates, quæ transferri nõ
poterant, manus iactare, & dulces exclamationes thea-
tri cauſa producere, & †ingrediendo uentum concipe- †egrediẽdo
re ueſte, & nõnunq; dextro latere facere geſtus, quod ne
minẽ aliũ præter Demetriũ decuit. Nanq; in hæc omnia
ſtatura & mira ſpecie adiuuabatur. Illum curſus & agi
litas, & uel parum conueniens perſonæ riſus, quem non
ignarus rationis populo dabat, & cõtracta etiam cerui
cula: quicquid horum alter feciſſet, fœdiſſimum uidere
tur. Quare norit ſe quisq;, nec tantum ex communibus
præceptis, ſed etiam natura ſua capiat conſilium forman
dæ actionis. Neque illud tamen eſt nefas, ut aliquem uel
omnia uel plura deceant. Huius quoq; loci clauſula ſit ea
dem neceſſe eſt, quæ cæterorum eſt regnare maxime mo

dum. Non enim comœdum esse, sed oratorem uolo. Quare nec in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus, effictionibus molestè utemur, ut si sit in scena dicendum: Quid igitur faciam? nõ eam? ne nunc quidem: Cum accersor ultrò? an potius ita me comparem. Non perpeti meretricum contumelias? Hic enim dubitationis moras, uocis flexus, uarias manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec uult nimium esse condita. Actione enim constat, non imitatione. Quare non immeritò reprehenditur pronunciatio uultuosa, et gesticulationibus molesta, & uocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis ueteres transtulerunt, quod †ab bonis †iocosam Popilius posuit, esse hanc †inotiosam actionem. Optime igitur idem, qui omnia Cicero præceperat, quæ suprà ex Oratore posui. Quibus similia in Bruto de M. Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulò agitatior, & iam exigitur, & quibusdam partibus conuenit, ita tamẽ temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus uiri boni & grauis autoritatem.

Ex Eunucho.

†à bonis †iocosam

Vndecimi libri finis.

M. FABII QVINTILIANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBER DVODECIMVS.

(*)

VENTVM est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidem onus, si tantum opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem uires meas, sed initio pudor omittēdi quæ promiseram tenuit, mox quanq; per singulas quoq; partes labor crescceret, ne perderem quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me sustentaui. Quare nunc quoq; licet +maiori quàm unquā mole premar, tamē prospicienti finem mihi constitutum est uel deficere potius quàm desperare. Fefellit autem, quod initium à paruis ceperamus, mox uelut aura solicitante prouecti longius, dum +tamū nota illa, & plerisq; artium scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc à littore procul uidebamur, & multos circa uelut ijsdē sequentis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouissime repertam, paucissimisq; +tentatam ingressi sumus, rarus qui iam procul à portu receßisset, reperiebatur. Postquam uero nobis ille, quem instituebamus orator, à dicendi magistris dimissus, aut suo iam impetu fertur, aut +maiora sibi auxilia ex ipsis sapiētiæ penetralibus petit, q̄ in altū simus ablati, sentire cœpimus. Nunc cœlum undiq; & undiq; pontus. Vnum modo in illa immensa uastitate cernere uidemur M. Tullium, qui tamen ipse quamuis tanta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit uela, inhibetq; remos, & de ipso demum genere dicendi, quo sit usurus perfectus orator,

Laus à difficultate.

+maior q̄ unquam mo les premat

+tamen

+recitatam

+matura

Ex Vergil.

ſatis habet dicere. At noſtra temeritas etiam mores ei co
nabitur dare, & aſſignabit officia. Ita nec antecedentem
conſequi poſſumus, & lõgius eundum eſt. Vt res feret,
probabilis tamen cupiditas honeſtorum, & tutioris au-
daciæ eſt tentare, quibus paratior uenia eſt.

Non poſſe Oratorem eſſe niſi uirum bonum. CAP. I.

SIt ergo nobis orator, quem inſtituimus, is qui à M.
Catone finitur, uir bonus dicẽdi peritus. Verum id
quod & ille poſuit prius, & ipſa natura potius ac ma-
ius eſt, utiq; uir bonus, id nõ eo tantum, +ut ſi uis illa di
cendi malitiam inſtruxerit, nihil ſit publicis priuatiſq; re
bus pernicioſius eloquẽtia, nosq; ipſi qui pro uirili parte
+quod conferre aliquid ad facultatẽ dicendi conati ſumus, peſti
me mereamur de rebus humanis, ſi latroni comparemus
hæc arma, nõ militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipſa
natura in eo quod præcipue indulſiſſe homini uidetur,
quoq; nos à cæteris animalibus ſæparaſſe, non parens,
ſed nouerca fuerit, ſi facultatem dicendi, ſociam ſcelerũ,
aduerſam innocentiæ, hoſtem ueritatis inuenit. Mutos
enim naſci, & egere omni ratione ſatius fuiſſet, quàm
prouidentiæ munera in mutuam perniciem conuertere.
Longius tẽdit hoc iudicium meum: Neq; enim tantum id
dico, eum qui ſit orator, uirum bonum eſſe oportere, ſed
ne futurum quidem oratorem, niſi uirum bonum. Nam
certe neq; intelligẽtiam conceſſeris his, qui propoſita ho
+cum neſtorum ac turpium uia, peiorem ſequi malint: neq; pru
dentiam + qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper
uero malæ conſcientiæ pœnas à ſemetipſis improuiſo re

rũ exitu induantur. Quod si neminẽ malum esse nisi stul
tum eundem, non modò à sapientibus dicitur, sed uulgò
quoq; semper est creditũ, certe non fiet unq̃ stultus ora-
tor. Adde quod ne studio quidẽ operis pulcherrimi uaca
re mens, nisi oĩbus uitijs libera potest. Primũ quod in eo-
dem pectore nullũ est honestorum turpiumq; consortiũ,
& cogitare optima simul & deterrima, non magis est
unius animi, q̃ eiusdem hoĩs bonũ esse ac malum. Tum illa
quoq; ex causa, quod mentẽ tantæ rei intentã uocare oĩ-
bus alijs etiã culpa carentibus curis oportet. Ita demum
enim libera, ac tota nulla distringente atq; aliò ducente
causa spectabit id solum ad quod accingitur. Quod si +
corporũ nimia cura, et solicitior rei familiaris diligẽtia,
& uenandi uoluptas, & dati spectaculis dies, multũ stu-
dijs auferunt (huic enim rei perit tempus quodcũq; alte + agrorum
ri datur) quod putamus facturas cupiditatẽ, auaritiã, in
uidiam? quarũ impotentissimæ cogitationes somnos etiã
ipsos, & illa per quietẽ uisa perturbant. Nihil est enim
tam occupatũ, tam multiforme, tot ac tã uarijs affectibus
concisum atq; laceratum, q̃ mala mens. Nam et cũ insidia
tur + spe, curis, labore distringitur, & iam cum sceleris
compos fuerit, solicitudine, pœnitẽtia, pœnarum omniũ
expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut ullæ
bonæ arti locus? nõ hercle magis q̃ frugibus in terra sen + præ
tibus ac rubis occupata. Age, nõ ad pferendos studiorũ
labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine ac
luxuria spei? Non præcipue acuit ad cupiditatem litera
rum amor laudis? Nũ igitur malis laudẽ curæ putamus?

Iam hoc quis non uidet, maximã partem orationis in tractu æqui boniq; consistere? Dicet'ne de his secundũ debitam rerum dignitatem malus atque iniquus? Deniq; ut maximã partem quæstionis eximam, demus id q̃ nullo modo fieri potest, idẽ ingenij, studij, doctrinæ, pessimo atq; optimo uiro, uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior. Non igitur unquam malus idem homo, & perfectus orator. Non enim perfectum quicq̃ quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorũ nobismet ipsis responsum finxisse uideamur, sit aliquis adeò contra ueritatem obstinatus, ut audeat dicere eodẽ ingenio, studio, doctrina præditũ nihilo deteriorem futurũ oratorem malum uirum q̃ bonum. Conuincamus huius quoque amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit, omnem † oratorem id agere, ut iudici quæ proposita fuerint, uera & honesta uideantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus uir persuadebit, an malus? Bonus quidem & dicet sæpius uera atq; honesta. Sed etiã si quãdo aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus, potest) falso hæc affirmare conabitur, maiore cũ fide necesse est audiatur. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorãtia recti nonnunq̃ excidit ipsa simulatio. Inde immodeste proponunt, sine pudore affirmant. Sequitur in his quæ certũ est effici non posse, deformis pertinacia et irritus labor. Nã sicut in uita, ita in causis quoq; spes improbas habẽt. Frequenter autem accidit, ut his etiam uera dicentibus fides desit, uideaturq; talis aduocatus male causæ argumentum. Nunc de his dicendũ est, quæ mihi quasi conspi-

ratione quadã uulgi reclamari uidentur. Orator ergo Demosthenes nõ fuit? Atq; malũ uirũ accepimus. Nõ Cicero? atqui huius quoq; mores multi reprehenderũt. Quid agã? magna responsi inuidia subeunda, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes tam graui morum dignus uidetur inuidia, ut oĩa quæ in eum ab ĩimicis congesta sunt credã, cũ et pulcherrĩa eius in republica cõsilia, et finẽ uitæ clarũ legã. Nec M. Tullio defuisse uideo in ulla parte ciuis optimi uoluntatẽ. Testimonio est actus nobilißime cõsulatus, integerrime prouincia administrata, & repudiatus uigintiuiratus, & ciuilibus bellis, quæ in ætate eius grauißima incidcrunt, neq; spe, neq; metu declinatus animus, quo minus optimis, id est, reipublicæ se iungeret. Parũ fortis uidetur quibusdã, quibus optime respõdit ipse, non se timidũ in suscipiendis, sed in prouidendis periculis, qđ probauit morte quoq; ipsa, quã præstantißimo suscepit animo. Quod si defuit his uiris summa uirtus, sic quærentibus, an oratores fuerint, respondebo quomõ Stoici, si interrogentur, an sapiẽs Zeno, an Cleantes, an Chrysippus, ipsi respõdeant, magnos qdem illos ac uenerabiles, non tamen id quod natura hoĩs summum habet, consecutos. Nã & Pythagoras non sapientẽ se, ut qui ante eũ fuerunt, sed studiosum sapientiæ uocari uoluit. Ego tamen secundũ communẽ loquendi consuetudinẽ sæpe dixi, dicamq; perfectũ oratorẽ esse Ciceronẽ, ut amicos & bonos uiros, et prudẽtißimos dicimus uulgò, quorũ nihil nisi perfecte sapienti datur. Sed cum proprie, & ad legẽ ipsam ueritatis loquendũ erit, cum quæ-

Hoc idẽ in uita Plutarchi

ram oratorem, quẽ & ille quærebat. quanq; enim ſtetiſſe eum in faſtigio eloquentiæ fateor, ac uix quid adijci potuerit inuenio, fortaſſe inuĕturus quid adhuc abſciſſurũ putem fuiſſe. Nã ferè ſic docti iudicauerunt, plurimũ in eo uirtutũ, nonnihil fuiſſe uitiorũ, et ſe ipſe multa ex illa iuuenili abũdãtia coërcuiſſe teſtatur, tamẽ quãdo nec ſapiẽtis ſibi nomẽ minime ſui cõtemptor aſſeruit, et melius dicere certe data lõgiore uita, & ætate ad ſe cõpõnendũ + ſecuriore potuiſſet, nõ maligne crediderim defuiſſe ei ſummã illam, ad quã nemo proprius acceſſit. Et licebat ſi aliter ſentirẽ, fortius id liberiusq; defendere. An uero M. Antonius neminẽ à ſe uiſum eloquentem, qđ tanto minus erat, profeſſus eſt, ipſe etiã M. Tullius quærit adhuc eum, et tantũ imaginatur ac fingit, ego non audeã dicere aliquid in hac quæ ſupereſt æternitate inueniri poſſe, eo quod fuerit pfectiusꝰ Tranſeo illos qui Ciceroni ac Demoſtheni ne in eloquentia quidẽ ſatis tribuunt, quanq; ne ipſi Ciceroni Demoſthenes ſatis uideatur eſſe perfectus, quẽ dormitare interim dicit, nec Cicero Bruto Caluoq; qui certe compoſitionẽ illius etiã apud ipſum reprehendunt, nec Aſinio utriq;, qui uitia orationis eius etiã inimice pluribus in locis inſequuntur. Concedamus ſanè (qđ minime natura patitur) repertũ eſſe aliquem malũ uirum ſumme diſertũ, nihilo tamen minus oratorẽ eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen conceſſerim, quia ſine uirtute intelligi non poteſt fortitudo. An ei qui ad defendendas cauſas aduocatur, non eſt opus fide, quã nec cupiditas corrumpat, nec gra-

+ ſecuriore

De oratore perfecto.

tia auertat, nec metus frangat, sed proditorẽ, transfugã, præuaricatorem, donabimus oratoris illo sacro nomine? Quod si mediocribus etiam patronis conuenit hæc, quæ uulgò dicitur bonitas, cur nõ orator ille qui nondũ fuit, sed potest esse, tam sit moribus q̃ dicendi uirtute perfectus? Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam uocẽ, nec (ut asperioribus uerbis paracamus) nõ inutilẽ sanè litium aduocatũ, quem deniq; cauillidicum uulgò uocant, sed uirũ cum ingenij natura præstantem, tum uero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea uetustas cognouerit, singularẽ, perfectũq; undiq;, optima sentientem, optimeq; dicẽtem. In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur, aut improborum scelera compescet, aut in pecuniarijs quæstionibus ueritati contra calumniã aderit? Summus ille quidẽ in his quoq; operibus fuerit, sed in maioribus clarius elucebit, cum regenda senatus consilia, & popularis error ad meliora ducendus. An non talem quendã uidetur finxisse Verg. quẽ in seditione uulgi iam faces et saxa iaculantis modẽratorem dedit? Tum pietate grauẽ ac meritis si fortè uirũ quẽ, Conspexere, silẽt, arrectisq; auribus adstãt. Habemus igitur ante omnia uirũ bonum, post hæc adiecit dicendi peritũ: Ille regit dictis ãios et pectora mulcet. Quidẽ non in bellis quoq; idem ille uir, quem instituimus, si sit ad prælium miles cohortandus, ex medijs sapientiæ præceptis orationẽ trahet? Nam quo modo pugnã ineuntibus tot simul metus laboris, doloris, postremo mortis

ipsius exciderint, nisi in eorum locum pietas, et fortitudo, & honesti præsens imago successerit? Quæ certe melius persuadebit alijs, qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se, quamlibet custodiatur simulatio, nec unquam tanta fuerit eloquendi facultas, ut non titubet ac hæreat, quoties ab animo uerba dissentiunt. Vir autẽ malus, aliud dicat necesse est quàm sentiat. Bonos nunquam honestus sermo deficiet, nunquam rerum optimarum (nam ijdem etiam prudentes erunt) inuentio, quæ etiam si lenocinijs destituta sit, satis tamen natura sua ornatur, nec quicq̃ non diserte, quod honeste dicitur. Quare iuuẽtus, imò omnis ætas (nequo enim rectæ uoluntati serum est tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus, forsan & consummare contingat. Nam si natura non prohibet, & esse uirum bonum, & esse dicendi peritum, cur non aliquis etiam unus utrunq; consequi possit? cur autem non se quisque speret fore illum aliquem? ad quod si uires ingenij non suffecerint, tamen ad quem
+ etiam usque modum processerimus, meliores erimus ex utroque. Hoc + certe prorsus eximatur animo, rerum pulcherrimam eloquentiam cum uitijs mentis posse misceri. Facultas dicendi, si in malos incidit, & ipsa iudicanda est malum: peiores enim illos facit, quibus contingit. Videor mihi audire quosdam (nec enim deerunt unquam qui diserti esse quàm boni malint) illa dicentes: Quid ergo tantum artis est in eloquentia? cur tu de coloribus, & difficilium causarum defensione, nonnihil etiam de confesso loquutus es, nisi aliquando uis & facultas di-

cendi expugnat ipsam ueritatem? Bonus enim uir non agit nisi bonas causas, eas porrò etiam sine doctrina satis per se tuetur ueritas ipsa. Quibus ego cum de meo primum opere respondero, etiam pro boni uiri officio, siquando eum ad defensionem nocentium ratio duxerit, satisfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falsis, aut etiã pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, uel propter hoc solum, ut ea facilius & deprehendamus & refellamus, quemadmodum remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocent fuerint. Neq; enim Academici, cum in utranq; disserunt partem, non secundum alteram uiuunt. Neque Carneades ille, qui Romæ audiente Censorio Catone, non minoribus uiribus contra iustitiam dicitur disseruisse, quàm pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse uir fuit. Verum & uirtus quid sit, aduersa ei malitia detegit, & æquitas fit ex iniqui contemplatione manifestior, & plurima contrarijs probantur. Debent ergo oratori sic esse aduersariorum nota consilia, ut hostium imperatori. Verum & illud quod prima pro positione durum uidetur, potest + esse ratio, ut uir bonus in defensione causæ uelit auferre aliquando iudici ueritatem. Quod si quis à me proponi mirabitur (quanquam non est hæc mea proprie sententia, sed eorũ quos grauissimos sapientiæ magistros ætas uetus credidit) sic iudicet, pleraq; esse, quæ non tam factis, quàm causis eorum uel honesta fiant, uel turpia. Nam si hominem occidere sæpe uirtus, liberos necare nonnunq; pulcherrimum est, asperiora quædã adhuc dictu, si cõmunis utilitas

+ offerrẽ

exegerit, facere conceditur, ne hoc quidem nudum est in tuendũ, qualem causam uir bonus, sed etiã quare, & qua mente defendat. Ac primũ concedant mihi oẽs oportet, quod Stoicorũ quoq; asperrimi confitentur, facturum ali quando bonum uirũ, ut mendacium dicat, & quidem non nunq̃ leuioribus causis, ut in pueris ægrotantibus utilita
† ꝓnũciam⁹ tis eorum gratia multa fingimus, multa nõ facturi † pro mittimus, ne dũ si ab hoĩe occidendo grassator auertẽdus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, ut hoc qđ' aliãs in seruis quoq; reprehẽdendũ est, sit aliãs in ipso sapiẽte laudandum. Id si constiterit, multa iam uideo posse eueni re, propter quæ orator bene suscipiat tale causæ genus, quale remota ratione honesta non suscepisset. Nec hoc di co, quia seueriores sequi placet leges pro patre, fratre, amico, periclitantibus, tãetsi nõ mediocris hæsitatio est, hinc iustitiæ proposita imagine, inde pietatis, nihil dubij relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno, atque ob id reus, utrum ne saluũ eum uolet is qui à nobis finitur ora-tor? an si tuendũ susceperit, nõ tam falsis defendet, q̃ qui apud iudices malã causam tuetur. Quid si quæda benefa cta dãnaturus est iudex, nisi ea nõ esse facta cõuicerimus, non uel hoc modo seruabit orator non innocentẽ modò, sed etiã laudabilẽ ciuem? Quid, si quædam iusta natura, sed cõditione temporũ inutilia ciuitati scimus? Nónne utemur arte dicẽdi bona quidẽ, sed malis artibus simili-
† At mas? † Ad hoc nemo dubitabit, † quin si nocentes mutari
† quid in bonã mentẽ aliquo mõ possint, sicut posse interdũ cõce ditur, saluos esse eos magis è repu. sit q̃ puniri. Si liqueat

igitur oratori futurũ bonum uirũ, cui uera obijcientur, non id aget, ut saluus sit? Da nunc ut crimine manifesto prematur dux bonus, & sine quo uincere honeste ciuitas nõ posit, nõne ei cõis utilitas oratorẽ aduocabit? Certe Fabricius Cornelium Rufinũ, alioqui & malũ ciuẽ, & sibi inimicũ, tamen quia utilẽ sciebat ducẽ imminente bello, palàm consulẽ suffragio suo fecit, atq; id mirantibus quibusdã respondit, à ciue se spoliari malle, q̃ ab hoste uæ nire. Ita hic, si fuisset orator, nõ defendisset cundẽ Rufinũ, uel manifesti peculatus reũ? Multa dici posſent simi lia, sed uel unum ex his quodlibet sufficit. Non enim hoc agimus, ut istud illi, quẽ formamus uiro sit sæpe faciendũ sed ut si talis coëgerit ratio, sit tamẽ uera finitio, orato rẽ esse uirum bonũ dicendi peritũ. Præcipere uero ac di scere quo modo etiã probatione difficilia tractentur, ne cesse est. Nã frequẽter etiã optimæ causæ similes sunt ma lis, & innocẽs reus multis ueri similibus premitur. Quo fit, ut eadẽ actionis ratione defendẽdus sit, quasi nocens esset. Iã innumerabilia sunt bonis causis malis q̃; coĩa, testes, literæ, suspiciones, opiniones. Non aliter autẽ ueri similia, q̃ uera et cõfirmãtur & refellũtur. Quapropter ut res feret, flectetur oratio, manẽte honesta uoluntate. Cognoscẽda esse Oratori q̃bus mores formẽtur. Ca. II.

QVando igitur orator est uir bonus, is autẽ citra uirtutẽ intelligi non potest, uirtus etiamsi quos dam impetus à natura sumit, tamẽ perficienda doctrina est, mores ante omnia oratori studijs erunt ex colendi, atq; omnis honesti iusti q̃; disciplina pertractan-

da, ſine qua nemo nec uir bonus eſſe, nec dicendi peritus poteſt, niſi fortè accedamus his, qui natura conſtare mores, & nihil adiuuari diſciplina putãt, ſcilicet ut ea quæ manu fiunt, atq; eorũ etiã contemptiſſima, confiteãtur egere doctoribus. uirtutẽ uero, qa nihil homini quo ad deos immortales propius accedere datũ eſt, obuiã & illaboratã tantũ quia nati ſumus habeamus. Abſtinẽs erit, qui id ipſum quid ſit abſtinẽtia ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, mortis, ſuperſtitionis nulla ratione purgauerit. Et iuſtus, qui æqui boniq; tractatũ, qui leges, quæ natura ſunt oĩbus datæ, quæq; propriæ populis & gentibus cõſtitutæ, non eruditiore aliquo ſermone tractarit? O quàm iſtud parum putãt, quibus tã facile uidetur. Sed hoc trãſeo, de quo neminẽ, qui literas uel primis (ut aiũt) labris deguſtarit, dubitaturũ puto, ad illud ſequẽs reuertar, ne dicendi quidẽ ſatis peritũ fore, qui nõ & naturæ uim oẽm penitus pſpexerit, et mores præceptis ac ratiõe formarit. Neq; enim fruſtra in tertio de Oratore lib. L. Craſſus cuncta quæ de æquo, iuſto, uero, bono, deq; his quæ ſunt cõtra poſita, dicuntur, propria eſſe oratoris affirmat, ac philoſophos cũ ea dicendi uiribus tuentur, uti rhetorũ armis, non ſuis. Idẽ tamen cõfitetur, ea iam eſſe à philoſophia petenda, uidelicet quia magis hæc illi uidetur in poſſeſſione earũ rerum fuiſſe. Hinc etiã illud eſt, quod Cicero pluribus libris & epiſtolis teſtatur, dicẽdi facultatem ex intimis ſapiẽtiæ fontibus fluere, ideoq; aliquãdiu præceptores eoſdẽ fuiſſe morum atq; dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea nõ eò pertinet, ut eſſe ora-

torem philosophũ uelim, quando non alia uitæ secta longius à ciuilibus officijs, atq; ab omni munere oratoris recessit. Nam quis philosophorũ aut in iudicijs frequẽs, aut clarus in concionibus fuit? Quis deniq; in ipsa, quã maxime pleriq; eorũ uitandam præcipiunt reipub. administratione uersatus est? Atqui ego illũ quẽ instituo, Romanum quendã uelim esse sapientẽ, qui non secretis disputationibus, sed rerũ experimentis atq; operibus uere ciuilem uirũ exhibeat. Sed quia deserta ab his qui se ad eloquentiã contulerũt, studia sapientiæ, non iam in actu suo, atq; in hac fori luce uersantur, sed in porticus et gymnasia primũ, mox in conuentus scholarũ recesserũt, id quod est oratori necessariũ, nec à dicendi præceptoribus traditur, ab his petere nimirum necesse est, apud quos remã sit. Euoluendi penitus autores, q̃ de uirtute præcipiunt, ut oratoris uita cũ scientia diuinarũ rerum sit humanarumq; cõiuncta. Quæ ipsæ quãto maiores ac pulchriores uiderentur, si illas + hi docerent, qui etiã eloqui præstantissime possent. Vtinamq; sit tempus unq̃, quo perfectus aliquis, qualẽ optamus, orator, hanc partẽ superbo noĩe, et uitijs quorundã bona eius corrumpentiũ inuisam uendicet sibi, ac uelut rebus repetitis in corpus eloquẽtiæ adducat. Quæ quidẽ cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralẽ, rationalem, quæ tandẽ non est cũ oratoris opere coniuncta? Nã ut ordinẽ retrò agamus, de ultima illa, quæ tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, si & proprietates uocis cuiusq; nosse, & ambigua aperire, et perplexa discernere, et de falsis iudicare, & colligere ac

+ scilicet

resolucre quæ uelis, oratorũ est, quanq̃ ea nõ tã est minute atq; cõcise in actionibus utendũ, q̃ in disputationibus: qa nõ docere modò, sed mouere etiã ac delectare audiẽtes debet orator, ad qd' impetu quoq; & uiribus, ac decore est opus, ut uis amniũ maior est altis ripis, multoq; gurgitis tractu fluentiũ, q̃ tenuis aquæ, & obiectu lapillorũ
+ numeros resultantis. Et ut Palæstrici doctores illos quos + neruos uocãt, non idcirco discẽtibus tradunt, ut his oĩbus hi qui di dicerũt, in ipso luctandi certamine utantur, plus enim põdere, & firmitate, & spiritu agitur, sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterũ cuius se occasio dederit, efficiant. Ita hæc pars dialectica, siue illã dicere malimus disputatricẽ, ut est utilis sæpe, & finitionibus, & cõprehẽsionibus, & separãdis quæ sunt differentia, & resoluẽda ambiguitate, et distinguẽdo, diuidendo, illiciẽdo, implicãdo, ita si totũ sibi uendicauerit in foro certamẽ, obstabit melioribus, & sectas ad tenuitatẽ suã uires ipsa subtilitate cõsumet. Itaq; reperias quosdã in disputãdo mire callidos, cũ ab illa uero cauillatione discesserint, nõ magis sufficere in aliquo grauiore actu, q̃ parua quædã ãalia, quæ in angustijs mobilia, campo deprehẽdũtur. Iam qdẽ pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certe tota oratori est accõmodata. Nã in tanta causarũ, ut superioribus libris diximus, uarietate, cũ alia coniectura quærantur, alia finitionibus cõcludantur, alia iure summoueãtur, uel transferantur, alia colligantur, uel ipsa inter se concurrãt, uel in diuersum ambiguitate ducantur, nulla ferè dici potest, cuius nõ parte in aliqua tractatus æqui & boni reperiã-

tur. Pleraſq; uero eſſe q̃s neſcit, quæ totæ in ſola qualitate cõſiſtant? In conſilijs uero, quæ ratio ſuadendi eſt ab honeſti quæſtione ſepoſita? Quinetiã illa pars tertia, quæ laudandi ac uituperãdi officijs continetur, nempe in tractatu recti prauiq; uerſatur. An de iuſtitia, fortitudine, abſtinentia, tẽperantia, pietate nõ plurima dicet orator? Sed ille uir bonus, qui hæc nõ uocibus tantũ ſibi nota, atq; nominibus auriũ tenus in uſum linguæ perceperit, ſed q uirtutes ipſas mente cõplexus ita ſentiet, nec in cogitãdo ita laborabit, ſed qd' ſciet uere dicet. Cũ autem ſit oĩs generalis quæſtio ſpeciali potentior, quia uniuerſo partes cõtinentur, non utiq; accedit parti quod uniuerſum eſt, profecto nemo dubitabit generales quæſtiones in illo maxime ſtudiorũ more uerſatas. Iã uero cũ ſint multa pprijs breuibusq; cõprehenſionibus finiẽda, unde etiã ſtatus cauſarum dicitur finitiuus, nõne ad id quoq; inſtrui ab +alijs + his qui plus in hoc ſtudij dederunt oportet? Quid? non quæſtio iuris omnis aut uerborũ proprietate, aut æqui diſputatione, aut uoluntatis cõiectura continetur? quorũ pars ad rationalẽ, pars ad moralẽ tractatum redundat. Ergo natura permixta eſt oĩbus iſtis oratio, quæ quidẽ oratio eſt uere. Nam ignara quidẽ huiuſce doctrinæ loquacitas erret neceſſe eſt, ut quæ uel nullos, uel falſos duces habeat. Pars uero naturalis cũ eſt ad exercitationẽ dicendi tãto cæteris uberior, quanto maiore ſpiritu de diuinis rebus q̃ humanis loquendũ eſt, tum illam etiã moralem, ſine qua nulla eſſe, ut docuimus, oratio poteſt, totã cõplectitur. Nã ſi regitur prouidẽtia mũdus, adminiſtrãda certe

bonis uiris erit Respub. Si diuina nostris animis origo, tendendum ad uirtutem, nec uoluptatibus terreni corporis seruiendum. An hoc non frequēter tractabit orator? Iam de augurū responsis, religione deniq; omni, de quibus maxima sæpe in senatu consilia uersata sunt, non erit ei disserendū? Siquidem (ut nobis placet) futurus est uir idem ciuilis. Quæ deniq; intelligi saltē potest eloquentia hominis optima nesciētis? Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen crederemus: Siquidē et Periclem, cuius eloquentiæ etiamsi nulla ad nos monimēta uenerūt, uim tamen quandā incredibilem cū historici, tum etiā liberrimum genus hominū comici ueteres tradunt, Anaxa
*philosophi goræ +physici constat auditorē fuisse, & Demosthenem principē omniū Græciæ oratorū dedisse operā Platoni. Nam M. Tullius non tantū se debere scholis rhetorum, quantum Academiæ spatijs, frequenter ipse testatus est. Neq; se tanta in eo unq̄ fudisset ubertas, si ingeniū suum consepto fori, non ipsius rerū naturæ finibus terminasset. Verum ex hoc alia mihi quæstio exoritur, quæ secta conferre plurimū eloquentiæ posit, quanq̄ ea non inter multas potest esse contētio. Nam Epicurus in primis nos à se ipse dimittit, qui fugere oēm disciplinā nauigationeq̄ uelocissime iubet. Neq; uero Aristippus summū in uoluptate corporis bonū ponens, ad hunc nos laborē adhor
*Patronus tetur. +Pyrrho quidē quas habere in hoc opere partes potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, & reum pro quo loquatur, & senatū in quo sit dicenda sentētia, nō liquebit? Academiā quoq; quidā utilissimam credunt,

quod mos in utrãq; partem disserendi ad exercitationẽ forensium causarũ proxime accedat. Adijciunt loco probationis, quod ea præstantissimos in eloquẽtia uiros edi derit. Peripatetici studio quoq; se quodã oratorio iactãt. Nam thesis dicere exercitationis gratia, ferè ab his est institutum. Stoici sicut copiã nitoremq; eloquentiæ ferè præceptoribus suis defuisse cõcedant necesse est, ita nul los aut probare acrius, aut concludere subtilius contendunt. Sed hæc inter ipsos, qui uel sacramento rogati, uel etiã superstitione cõstricti, nefas ducunt à suscepta semel psuasione discedere. Oratori uero nihil est necesse in cu iusquã iurare leges. Maius enim est opus, atq; præstãtius ad qd' ipse tendit, & cuius est uelut candidatus, siquidẽ est futurus tum uitæ, tum etiã eloquentiæ laude pfectus. Quare in exemplũ bene dicẽdi facundissimũ quenq; pro ponet sibi ad imitandũ, moribus uero formãdis + quã ho + quæq; nestissima præcepta, rectissimãq; ad uirtutẽ uiã deliget. Exercitatiõe qdẽ utetur omni sed tamẽ erit plurimus in maximis qbusq; ac natura pulcherrimis. Nã quæ potest materia reperiri ad grauiter copioseq; dicẽdũ magis abundans, q̃ de uirtute, de repub. de puidẽtia, de origine dãorum, de amicitia? Hæc sunt qbus mẽs pariter atq; oratio insurgãt, quæ uere bona, quæ mitigẽt metus, coërceãt cupiditates, eximãt nos opinionibus uulgi, ãimq; cœlestẽ. Neq; ea solũ quæ talibus disciplinis cõtinẽtur, sed magis etiã quæ sunt tradita antiqtus, dicta, ac facta præclare, & nosse, et aio semp agitare cõueniet. Quo pfecto nusq̃ plura maioraq;, q̃ in nostræ ciuitatis monimẽtis reperien

tur. An fortitudinẽ, fidem, iuſtitiã, continentiam, frugalitatem, contemptũ doloris ac mortis, melius alij docebũt, q̃ Fabritij, Curij, Reguli, Decij, Mutij, alijq; innumerabiles? Quantũ enim Græci præceptis ualẽt, tantũ Romani (quod eſt maius) exemplis, tantum qd'non cognatis id è rebus admoneri, qui non modò proximum tempus, lucẽq; præſentem intueri ſatis credat, ſed omnẽ poſteritatis memoriã, ſpatium uitæ honeſtæ, & curriculũ laudis exiſtimet. Hinc mihi illæ iuſtitiæ hauſtus bibat, hinc ſumptã libertatem in cauſis atq; conſilijs præſtet. Neq; erit perfectus orator, niſi qui honeſte dicere & ſciet et audebit.

Neceſſariã Iuris ciuilis Oratori eſſe ſcientiã. Ca. III.

IVris quoq; ciuilis neceſſariã huic uiro ſcientia eſt, & morum ac religionũ eius reipublicæ quã capeßet. Nã qualis eſſe ſuaſor in conſilijs publicis priuatiſue poterit, tot rerum quibus præcipue ciuitas continetur ignarus? Quo autẽ modo patronũ ſe cauſarum nõ falſo dixerit, q̃ quod eſt in cauſis potentiſſimũ, ſit ab altero petiturus, penè non diſſimilis his qui poëtarũ ſcripta pronunciãt? Nam quodãmodo mandata perferet, & ea quæ ſibi à iudice credi poſtulaturus eſt, aliena fide dicet, et ipſe litigãtium auxiliator egebit auxilio. Quod + ut fieri nonnunq̃ minore incõmodo poſſit, cũ domi præcepta & compoſita, et ſicut cætera quæ in cauſa ſunt, in diſcẽdo cognita ad iudicẽ perferet, quid fiet in his quæſtionibus quæ ſubitò inter ipſas actiones naſci ſolent? non deformiter reſpectet, & inter ſubſellia minores aduocatos interroget? Poteſt aut ſatis diligenter accipere quæ tum audiet cum

+ autem

ei dicenda sunt? aut fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere? Possit in actionibus. Quid fiet in altercatione, ubi occurrendū continuò, nec libera ad discendū mora est? Quid si fortè peritus iuris ille non aderit? Quid si quis non satis in ea re doctus, falsum aliquid subiecerit? Hoc enim est maximū ignorātiæ malum, quod credit eum scire qui moneat. Neq; ego sum nostri moris ignarus, oblitus ue eorum, qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neq; idem Græcos quoq; nescio facit asse, unde nomē his Pragmaticorū datū est. Sed loquor de oratore qui nō clamorem modò suum causis, sed omnia quæ profutura sunt, debet. Itaq; eum nec inutilē si ad horā fortè cōstiterit, neq; in testationibus faciendis esse imperitum uelim. Quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget esse in causa uelit? Nisi fortè imperatorē quis idoneū credit in prælijs quidē strenuum et fortē, et oīm quæ pugna poscit artificē, sed neq; delectus agere, nec copias contrahere atq; instruere, nec pspicere cōmeatus, nec locum capere castris scientē: prius est enim certe parare bella q̄ gerere. At qui similimus huic sit aduocatus, si plura quæ ad uincendum ualent, alijs reliquerit. Cum præsertim hoc quod est maxime necessariū, nō tam sit arduū q̄ procul intuentibus fortasse uideatur. Nanq; omne ius quod est certū, aut scripto, aut moribus cōstat. Dubium æquitatis regula examinandū est. Quæ scripta sunt aut posita in more ciuitatis, nullam habēt difficultatem: cognitionis sunt enim, non inuentionis: at quæ consultorū respōsis explicantur, aut in uerborū interpreta

Pragmatici, quos Latini causidicos uocant.

tione sunt posita, aut in recti prauiq; discrimine. Vim cu iusq; uocis intelligere, aut cõmune prudẽtiũ est, aut pro prium oratoris, æquitas optimo cuiq; notissima est. Nos porrò & bonũ uirum, & prudentẽ in primis oratorem putamus, qui cũ se ad id quod est optimũ natura direxerit, non magnopere cõmouebitur, si quis ab eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diuersas inter se opiniones tueri cõcessum sit. Sed etiam si nosse quid quisq; senserit, uolet, lectione opus est, qua nihil est in studijs minus laborio sum. Quod si pleriq; desperata facultate agendi ad discendũ ius declinauerunt, q̃ id scire facile est oratori, qđ discunt qui sua quoq; cõfessione oratores esse non pos-
†Neque sunt? †Verũ et M. Cato cum in dicẽdo præstantissimus, tum iuris fuit idẽ peritissimus. Et Scæuolæ Seruioq; Sulpitio cõcessa est etiã facundiæ uirtus. Et M. Tullius non modò inter agendum numq̃ est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo cœperat, ut appareat posse oratorẽ non discendo tantũ iuri uacare, sed etiã docendo. Verũ ea quæ de moribus excolẽdis studioq; iuris præcipimus, ne quis eo credat reprehẽdenda, quod multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendenti bus ad eloquentiã necesse est, confugerint ad hæc diuerticula desidiæ, quorum alij se ad albũ ac rubricas trãstulerunt, & formularij, uel, ut Cicero ait, legulei quidem
†agentes esse maluerunt, tanq̃ utiliora †eligentes ea, quorũ solã facilitatem sequebantur, alij pigritiæ arrogãtioris, qui subitò fronte conficta immissaq; barba, uelut despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid sederunt in scholis

philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, captarent autoritatem contemptu cæterorum. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

Necessariã Oratori cognitionẽ Historiarũ. CAP. IIII.

IN primis uero abundare debet orator exemplorũ copia, cum ueterũ tum etiã nouorũ, adeò ut nõ ea modò quæ conscripta sunt historijs, aut sermonibus, uelut per manus tradita, quæq; quotidie aguntur debeat nosse, uerũ ne ea quidẽ quæ sunt à clarioribus poëtis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut testimoniorũ, aut etiã iudicatorũ obtinent locũ. Sed hæc quoq; aut uetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorũ loco ficta creduntur. Sciat ergo quamplurima, unde etiam senibus autoritas maior est, qd' plura nosse et uidisse creduntur, qd' Homerus frequẽtissimæ testatur. Sed nõ est expectãda ultima ætas, cũ studia præstẽt, ut quãtũ ad cognitionẽ ptinet rerũ, etiã præteritis seculis uixisse uideamur.

Quæ sint Oratoris instrumenta. CAP. V.

HAec sunt quæ me redditurum promiseram instrumenta, non artis, ut quidam putauerũt, sed ipsius oratoris. Hæc arma habere ad manũ, horum scientia debet esse succinctus, accedẽte uerborũ figurarumq; facili copia, & inuentionis ratione, et disponẽdi usu, et memoriæ firmitate, et actionis gratia. Sed plurimũ ex his ualet animi præstantia, quã nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientiũ autoritas ultra debitã reuerentiã tardet. Nam ut abominanda sunt contraria his uitia, cõfidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ, ita citra

Verecundia.

constantiam, fidutiam, fortitudinem, nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, ut si des arma timidis & imbellibus. Inuitus mehercle dico (quoniam & aliter accipi potest) ipsam uerecundiã, uitiũ quidẽ, sed amabile, et quæ uirtutes facilime generet, esse interim aduersam, multisq; in causa fuisse, ut bona ingenij studijq; in lucem non prolata, situ quodã secreti consumerẽtur. Sciat autem si quis hæc forte minus adhuc peritus distinguẽdi uim cuiusq; uerbi, legat, non probitatẽ à me reprehẽdendi, sed uerecundiã quæ est timor quidam reducẽs animũ ab his quæ facienda sunt. Inde confusio, & cœpti pœnitẽtia, & subitũ silentiũ. Quis porrò dubitet uitijs aſcribere affectum, propter quẽ facere honeste pudet? Neq; ego rursus nolo eum qui sit dicturus, et solicitũ surgere, & colore mutari, & periculũ intelligere: quæ si nõ accident, etiã simulanda erunt, sed intellectus hic sit operis, non metus, moueamurq;, non cõcidamus. Optima est aũt emẽdatio uerecũdiæ fidutia, & quãlibet imbecilla frons magna cõscientia sustinetur. Sunt & naturalia, ut supra dixi, quæ tamen & cura iuuantur, instrumenta, uox, latus, decor, quæ quidẽ tantum ualent, ut frequenter famã ingenij faciãt. Habuit oratores ætas nostra copiosiores, sed cum diceret, eminere inter æquales Trachalus uidebatur, ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorũ, frontis autoritas, gestus præstantia, uox quidem non ut Cicero desiderat, penè tragœdorum, sed super omnes, quos ego quidẽ audierim tragœdos. Certe cum in basilica Iulia diceret primo tribunali, quatuor autẽ iudicia, ut mo-

ris est, cogerentur, atq; omnia clamoribus fremerent, & auditũ eum, & intellectũ, & quod agẽtibus cæteris cõtu melioſum fuit, laudatum quoq; ex quatuor tribunalibus memini. Sed hoc uotum est, & rara felicitas: quæ ſi non adſit, ſanè ſufficiat ab his quibus quis dicit, audiri. Talis eſſe debet orator, & hæc ſcire.

Quod ſit incipiendi cauſas agere tempus. CAP. VI.

AGendi autẽ initium ſine dubio ſecundũ uires cuiuſq; ſumendũ est, neq; ego annos definiam, cum Demoſthenẽ puerum admodum actiones +pupillares habuiſſe manifeſtũ ſit: Caluus, Cæſar, Pollio, multum ante quæſtoriã omnes ætatẽ grauiſſima iudicia ſuſceperint. Prætextatos egiſſe + eoſdẽ ſit traditũ. Cæſar Auguſtus duodecim natus annos auiam pro roſtris laudauerit. Modus mihi uidetur quidam tenendus, ut neq; præpropere diſtringatur immatura frõs, & quicquid est illud adhuc acerbum proferatur. Nam inde & contemptus operis innaſcitur, & fundamẽta iaciuntur impudentiæ, & (qd est ubiq; pernicioſiſſimum) præuenit uires fiducia. Nec rurſus differendum est tyrocinium in ſenectutem. Nam quotidie metus creſcit, maiusq; fit ſemper quod auſuri ſumus: et dum deliberamus quãdo incipiẽdum ſit, incipere iam ſerum est. Quare fructũ ſtudiorum uiridẽ, et adhuc dulcem promi decet, dum & uenia, et ſpes est, & paratus fauor, & audere non dedecet, & ſi quid deſit operi ſupplet ætas: & ſi qua dicta ſunt iuueniliter, pro indole accipiuntur, ut totus ille Ciceronis pro Sex. Roſcio locus: Quid enim tam commune quàm ſpiritus uiuis, terra

+populares

+quoſdam

†luctus mortuis, mare fluctuantibus, †littus eiectis? Quæ cum sex & uiginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, deferbuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia ueri †diserimini facies, plusq; si separes, usus sine doctrina, quàm citra usum doctrina ualeat. Ideoq; nonnulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia uenerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit, & si quid tibi ipse sumas, probandum est, & laboratam congestámque dierum ac noctiũ studio actionem aqua deficit, et omisso magna semper flandi tumore, in quibusdam causis loquendum, quod illi diserti minime sciunt. Itaq; nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores uideantur, quàm ut causas agant. Cæterum illum quem iuuenem teneriscq; adhuc uiribus nitentem in forum deduximus, & incipere quammaxime facili ac fauorabili causa uelim, ferarum uti catuli molliore præda saginantur, et nõ utiq; ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo calorem inducere, sed iam scientem quid sit pugna, et in quã rem studendum sit, refici atq; renouari. Sic & tyrocinij metum dum facilius est audere, trãsierit, nec audendi facilitatem usque ad contemptum operis adduxerit. Vsus est & hac ratione M. Tullius, & cum iam clarũ meruisset inter patronos, qui tum erant, nomen, in Asiam nauigauit, secq; & alijs sine dubio eloquẽtiæ ac sapientiæ ma-

†dissimilis

gistris, sed præcipue tamẽ Apollonio Moloni, quem quo que audierat Rhodi, rursus reformandum, ac uelut reco quendum dedit. Tum dignum operæpretium uenit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

Quæ in suscipiendis causis Oratori obseruanda sint. CAP. VII.

CVm satis in omne certamen uirium fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit. In quibus defendere quidẽ reos profecto q̃ facere uir bonus malet, non tamen ita nomẽ ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neq; publico neq; priuato duci possit officio, ut aliquẽ ad reddẽdam rationem uitæ uocet. Nam & leges ipsæ nihil ualent, nisi autoris idonea uoce munitæ: & si pœnas scelerum expetere fas non est, propè est ut scelera ipsa permissa sint, & licentiã malis dari certe contra bonos est. Quare neq; sociorum querelas, nec amici uel propinquĩ necem, nec eruptura in rempublicam conspirationes inultas patietur orator, non pœnæ nocentium cupidus, sed emendandi uitia, corrigendiq; mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaque ut accusatoriam uitam uiuere, & ad deferendos reos præmio duci, proximum latrocinio est, ita pestẽ intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriæ comparandum. Ideo principes in republica uiri non detractauerunt hanc officij partem, creditiq; sunt etiam clari iuuenes obsidem reipublicæ dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simultates prouocare, nisi ex fiducia bonæ mentis uidebantur. Idq; cum

ab Hortensio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Cæsare, pluriſ mis alijs, tum utroq; Catone factũ eſt, quorũ alter appel latus eſt ſapiens, alter niſi creditur fuiſſe, uix ſcio cui re liquerit huius nominis locũ. Nanq; defendet omnis oraſ tor, idẽq; portũ illum eloquentiæ ſuæ ſalutarẽ, nõ etiã piſ ratis patefaciet, ducturq; in aduocationẽ maxime cauſ ſa. Quoniã tamẽ omnes qui non improbe litigabunt, quoſ rũ certe pars eſt, ſuſtinere non poteſt unus, aliquid etiã cõmendantiũ perſonis dabit, & ipſorũ qui iudicio decerſ nent, aut optimi cuiuſq; uoluntate moueatur: nanq; hos & amiciſſimos habebit uir bonus. Submouendũ uero eſt utrunq; ambitus genus, uel potẽtibus contra humiles uẽſ ditandi operã ſuam, uel illud etiã iactantius, minores utiſ que contra dignitatẽ attollendi. Non enim fortuna cauſ ſas uel iuſtas uel improbas facit. Neq; uero pudor obſtet, quo minus ſuſceptã, cum melior uideretur, litẽ, cognitaſ inter diſcendũ iniquitate dimittat, cum prius litigatori dixerit uerũ. Nam & in hoc maximũ, ſi æqui iudices ſuſ mus, beneficiũ eſt, ut non fallamus uana ſpe litigantẽ. Neſ que enim dignus opera patroni, qui non utitur conſilio. Et certe non conuenit ei quẽ oratorẽ eſſe uolumus, iniuſ ſta tueri ſcientẽ. Nam ſi ex illis quas ſupra diximus cauſ ſis falſum tuebitur, erit tamẽ honeſtum quod ipſe faciet. Gratis ne ei ſemper agendum ſit, tractari poteſt. Quod ex prima ſtatim fronte dijudicare imprudentium eſt. Nam quis ignorat, quin id longe ſit honeſtiſſimum, ac liſ beralibus diſciplinis, † & illo quem exigimus animo diſ gniſſimũ, nõ uẽdere operã, nec eleuare tami beneficij au

† quem in loquendo exigimus,

toritatem? Cum pleraque hoc ipso possint uideri uilia, quod pretium habent. Græcis hoc ut aiũt, satis clarũ est, nec quis q̃ qui sufficientia sibi (modica autem hæc sunt) possidebit, hunc quæstum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secundum omnes sapientium leges patietur sibi gratiam referri, cum & Socrati collatum sit ad uictum, & Zenon, Cleantes, Chrysippus mercedes à discipulis acceptauerint. Neq; enim uideo quæ iustior acquirendi ratio, q̃ ex honestissimo labore, & ab his de quibus optime meruerint, quiq; si nihil inuicẽ præstent, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustum modò, sed necessariũ etiam est, cum hæc ipsa opera tempus'ue omne alienis negotijs datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoq; tenendus est modus, ac plurimum refert, & à quo accipiat, & quantum, & quousque. Paciscendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia procul abominanda, negotiatio etiã à mediocriter improbis aberit, cum præsertim bonos homines bonas q̃ causas tuenti non sit metuẽdus ingratus: qui si futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere uolet orator ultra quàm satis erit, ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutuã beneuolentia utetur, cum sciet se tanto plus præstitisse, quia nec uænire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique ut gratus sit, ad eum magis pertinet qui debet.

Quæ in discendis causis Oratori obseruanda sint.

CAPVT VIII.

PRoxima discendæ causæ ratio, qd'est oratoris fundamentũ. Neq; enim quisq; tam ingenio tenui reperietur, qui cũ omnia quæ sunt in causa, diligenter cognouerit, ad docẽdum certe iudicẽ non sufficiat. Sed eius rei paucissima cura est. Nam ut taceã de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo uertatur, dum sint quæ uel extra causam ex personis ac cõmuni tractatu locorũ occasionem clamandi largiãtur, aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanq; occupati, semperq; aliud habẽtes, quod ante agendũ sit, pridie ad se uenire litigatorẽ, aut eodem matutino iubent, nonnunq; etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur: partim iactãtia ingenij, ut res citò accepisse uideantur, tenere se et intelligere penè prius q; audiant mentiti, cum multa, et diserte summisq; clamoribus, quæ neq; ad iudicem, neq; ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene + sudantes, beneq; comitati per forũ reducuntur. Ne illas quidẽ tulerim delitias eorum, qui doceri amicos suos iubent, quanquã minus mali est, si illi saltem recte discant, rectèq; doceant. Sed quis discet tam bene quàm patronus? Quomodo autẽ sequester ille, et media litium manus, et quidã interpres impendet æquo animo laborẽ in alienas actiones, cũ dicturus ipse non sit? Peßimæ uero cõsuetudinis, libellis esse contentũ, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non sufficit, aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse agere confitentur, deinde faciunt id quod est in agendo difficilimum. Nam qui iudicare quid dicendum, quid diß imulandum, quid decli-

+ suadentes

nandum imitandum ue, fingendum etiam sit, potest, cur non sit orator, quando quod difficilius est facit? Hi porrò non tamẽ nocerent, si omnia scriberẽt, uti gesta sunt. Nunc consilium & colores adijciunt, & aliqua peiora ueris, quæ plerique cum acceperunt, immutare nefas habent, & uelut themata in scholis posita custodiunt. Deinde reprehenduntur, & causam quã discere ex suis litigatoribus nolucrunt, ab aduersarijs discunt. Liberũ igitur demus ante omnia his, quorum negotium erit, tẽpus ac locũ, exhortemurq; ultrò, ut omnia quamlibet uerbose, & unde uolent +repetita ex tempore exponant. Non enim tam obest audire superuacua, quàm ignorare necessaria. Frequenter autem & uulnus, & remedium in his orator inueniet quæ litigatori in neutram partem habere momentum uidebantur. Nec tanta sit acturo memoriæ fiducia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis, cogendus eadem iterum dicere, ac sæpius litigator, non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, præsertim hominem, quod sæpe euenit, imperitum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causam, sed agant, nõ ut cum patrono, sed ut cum iudice loquuntur. Quapropter numq; satis credendum est, sed agitandus omnibus modis, & turbandus, et euocandus. Nã ut medicis non apparentia modò uitia curãda sunt, sed etiã inuenienda quæ latent, sæpe ea ipsis qui sanandi sunt occulentibus, ita aduocatus plura quàm ostẽduntur +aspiciat. Nã cum satis in audiendo patientiæ impẽderit, in aliam

+repetito tempore

+accipiat

rursus ei personam transeundum est, agendusq; aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contrà potest, quicquid recipi in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus q̃ infestissime, ac premendus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad uerũ, ubi minime expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in discẽdo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testẽ, populũ, paratissimas consignationes, ipsum deniq; aduersariũ quædã non negaturũ. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentũ, quod uidere nõ est satis, perlegẽdũ erit. Nam frequẽtissime aut nõ sunt omnino quæ promittebantur, aut minus cõtinent, aut cum alio aliquo nocituro permixta sunt, aut nimia sunt, & fidẽ hoc ipso detractura, quod nõ habent modũ. Deniq; lunum ruptũ, aut turbata cera, aut sine agnitione signa frequenter inuenies: quæ nisi domi excusseris, in foro inopinata decipiẽt: plusq; nocebũt destituta, q̃ nõ promissa nocuissent. Multa etiã quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet, modò per oẽs quos tradidimus argumentorũ locos eat, quos ut circũspectare in agendo, & attẽtare singulos minime cõuenit, propter quas diximus causas, ita in discẽdo rimari necessariũ est, quæ personæ, quæ tẽpora, quæ loca, instituta, instrumenta, cæteraq; ex quibus nõ tantũ illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quo modo sint refellendi. Nam plurimũ refert inuidia reus, an odio, an cõtemptu laboret, quorum ferè pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Sic causam

perſcrutatus, propoſitis ante oculos oĩbus quæ proſint noceant'ue, tertiã deinde pſonã induat iudicis, fingatq; apud ſe agi cauſam, & qd ipſum mouiſſet de eadẽ re pro nũciaturũ, id potentiſſimũ apud quẽcunq; agetur, exiſtimet, et ſic eũ raro fallet euẽtus, aut culpa iudicis erit.

Quæ ſeruãda in agẽdis cauſis Oratori ſint. CAP IX.

QVæ ſint in agẽdo ſeruanda, toto ferè opere excuti ſumus, pauca tamen propria huius loci, quæ nõ tam dicẽdi arte, q̃ officijs agẽdi cõtinentur, attingã. Ante omnia, ne (quod pleriſq; accidit) ab utilitate eũ cauſæ præſentis cupido laudis abducat. Nã ut gerẽtibus bella nõ ſemper exercitus per plana et amœna ducẽdus eſt, ſed adeũdi plerunq; aſperi colles, expugnãdæ ciuitates, quamlibet præciſis + poſitæ mõtibus, aut operũ mole diffi ciles: ita oratio gaudebit quidẽ occaſione + latius decurrẽdi, et æquo cõgreſſa cãpo, totas uires populariter explicabit: at ſi iuris anfractus, aut eruendæ ueritatis latebras adire cogetur, non obequitabit, nec illis uibrantibus cõcitatisq; ſententijs uelut miſſilibus utetur, ſed operibus, & cuniculis, & inſidijs, & occultis artibus rem geret. Quæ omnia non dum fiunt laudantur, ſed cum facta ſunt, unde etiã minus cupidis opinionis, plus fructus uenit. Nam cum illa dicendi uitioſa iactatio inter plauſores ſuos detonuit, reſurgit ueræ uirtutis fortior fama, nec iudices à quo ſint moti diſſimulant, & doctis creditur, nec eſt orationis uera laus, niſi cum finita eſt. Veteribus quidem etiam diſſimulare eloquentiam fuit moris, idq; M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei mi

+ impoſitæ rupibus
+ lætius

nus que ſuſpectæ aduocatorum inſidiæ forent. Sed illa diſſimulari quæ tum erat potuit: nondum enim tantũ dicendi lumen acceſſerat, ut etiam per obſtantia erumperet. Quare artes quidem, & conſilia lateãt, & quicquid ſi deprehẽditur perit. Hactenus eloquentia ſecretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas ſententiarum, figurarum elegantia, aut non ſunt, aut apparent, ſed uel propter hoc ipſum oſtentanda non ſunt, quod apparẽt: aut ſi unum è duobus eligendum, cauſa laudetur potius quàm patronus. Finem tamen hunc præſtabit orator, ut uideatur optimã cauſam optime egiſſe. Illud certũ erit, neminem peius agere, q̃ qui diſplicente cauſa placet, neceſſe eſt enim extra cauſam ſit quod placet. Nec illo faſtidio laborabit orator, non agendi cauſas minores, tanq̃ infra eum ſint, aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia. Nam & ſuſcipiendi ratio iuſtiſſima eſt, officiũ, & optandum etiam ut amici quamminimas lites habeãt, & abũde dixit bene, + quiſquis rei ſatisfecit. At quidam etiam ſi forte ſuſceperint negotia paulò ad dicendum tenuiora, extrinſecus adductis ea rebus circumliniunt: ac ſi defecerint alia, conuicijs implent uacua cauſarũ: ſi contingit, ueris: ſi minus, fictis, modo ſit materia + ingenijs, mereaturq̃ clamorem dum dicitur. Quod ego adeò longe puto ab oratore perfecto, ut eum ne uera quidẽ obiecturum, niſi id cauſa exigit, credã. Ea eſt enim prorſus canina, ut ait Appius, eloquentia, cenſuram maledicendi ſubire, quod facientibus etiã male audiendi præſumenda patientia eſt. Nam et in ipſos ſit impetus frequenter qui

+ qui

+ ingenua

egerunt, et certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc minora sunt ipso illo uitio animi, quo maledicus à maleficō dīstat, nisi occasione. Turpis uoluptas & inhumana, et nulli audientium bono grata, à litigatoribus quidē frequenter exigitur, qui ultionē malūt, q̄ defensionem. Sed neq; alia multa ad arbitriū eorū facienda sunt. Hoc quidē quis hominū liberi modò sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitriū? Atqui etiā in aduocatos partis aduersæ libenter nonnulli + inuehuntur, quod + uindicanē nisi forte meruerint, & inhumanū est, respectu cōmuni um officiorū, & cum ipsi qui dicit inutile (nam idem iurisresponsuris datur, tum causæ contrarium, quia planè aduersarij fiunt & inimici, & quantulumcūq; his uirtūs est, cōtumelia augetur. Super omnia perit illa quæ pluri mū oratori, et autoritatis, et fidei affert modestia, si à uiro bono in rabulā latratorēq; cōuertitur, cōpositus non ad animū iudicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequenter etiā species libertatis deducere ad temeritatē solet, non causis modò, sed ipsis quoq; qui dixerunt periculosam. Nec immeritò Pericles solebat optare, ne quod sibi uerbum in mentē ueniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tantum dem possunt nocere. Nam quæ fortia dum dicuntur uidebantur, stulta cum læserūt uocātur. Nunc quia uarium ferè propositū agentium fuit, & quorundā cura tarditatis, quorundā facilitas temeritatis crimine laborauit, quē credam fore in hoc oratoris modū, tradere non alienum uidetur. Afferet ad dicendum curæ semper quan-

tum plurimũ poterit: neq; enim ſolum negligentis, ſed et mali, & in ſuſcepta cauſa perfidi ac proditoris eſt peius agere q̃ poßit. Ideoq; ne ſuſcipiendæ quidem ſunt cauſæ plures, q̃ quibus ſuffecturum ſe ſciat. Dicet ſcripta q̃ res patietur plurima, & ut Demoſthenes ait, ſi cõtinget ſcripta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudicijs poſt interiectos dies dabuntur permiſerint. At cum protinus reſpondendum eſt, omnia parari non poſſunt, †ideo †adeò ut paulo minus prõptis etiã †noceat ſcripſiſſe, ſi †narret alia ex diuerſo q̃ opinati fuerunt, occurrerint. Inuiti enim recedunt à præparatis, & †nota †tota actione reſpiciũt, requirũtq; nũ aliquid ex illis interuallis, atq; ex tẽpore dicẽdis inſeri poßit: quod ſi fiat, nõ cohæret, nec cõmiſſuris modò, ut in opere male iuncto hiãtibus, ſed ipſa coloris inæqualitate detegitur, ita nec liber eſt impetus, nec cura cõtexta, & utrunq; alteri obſtat. Illa enim quæ ſcripta ſunt, retinent animũ, nõ ſequuntur. Itaq; in his actionibus, omni (ut agricolæ dicunt) pede ſtandũ eſt. Nam cũ in propoſitione ac refutatione cauſa cõſiſtat, quæ noſtræ partis ſunt, ſcripta eſſe poſſunt, quæ etiã reſponſurũ aduerſariũ certum eſt (eſt enim aliquando certũ) pari cura refelluntur. Ad alia unũ paratũ afferre poſſumus, ut cauſam bene nouerimus, alterũ ibi †ſummopere †ſumere, ut dicentem aduerſarium diligenter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animũ ad omnes cauſas cõponere, idq; eſt tutius ſtylo, quo facilius et omittitur, et trãsfertur. Sed ſiue in reſpõdendo fuerit ſubitò dicẽdũ, ſiue quæ alia ita exegerit ratio, nunq̃ oppreſſum ſe, ac deprehenſum credet

orator, cui disciplina & studium & exercitatio dederit uires etiam facilitatis, quemq; armatum semper, ac uelut in procinctu stantem non magis unq̃ in causis oratio, quàm in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet, nec si unq̃ propter hoc oneri subtrahet, modò sit causæ discendæ tempus, nam cætera semper sciet.

De genere dicendi. CAP. X.

SVperest ut dicam de genere orationis. Hic erat propositus à nobis in diuisione prima locus tertius: nam ita promiserã me de arte, de artifice, de opere dicturum. Cum sit autẽ rhetoris atq; oratoris opus oratio, pluresq; eius formæ, sicut ostendã, in omnibus his et ars est, et artifex, plurimũ tamen inuicẽ differunt, nec solum specie, ut signum signo, & tabula tabulæ, & actione actio, sed genere ipso, ut à Græcis Tuscanicæ statuæ, & Asianus eloquens Attico. Suos autẽ hæc operum genera quæ dico, ut autores, sic etiã amatores habent, atq; ideo nondũ est perfectus orator, ac nescio an ars ulla, non solũ quia aliud in alio magis eminet, sed quod nõ una omnibus forma placuit, partim conditione uel temporũ uel locorũ, partim iudicio cuiusq; ac proposito. Primi quorũ quidẽ opera non uetustatis modò gratia uisenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur Polygnotus atq; Aglaophon, quorũ simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa propè rudia ac uelut futuræ mox artis primordia, maximis, qui post eos extiterunt, autoribus præferant proprio quodã intelligendi, ut mea opinio fert, ambitu. Post Zeusis atq; Parrhasius, nõ multũ ætate distantes. Circa Pelopõnesia

ambo tempora: nam cũ Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontẽ inuenitur, plurimũ arti addiderũt. Quorũ prior luminum umbrarumq; inuenisse rationẽ, secundus examinasse subtilius lineas traditur. Nam Zeusis plus mẽbris corporis dedit, id amplius atq; augustius ratus, atq; ut existimant, Homerũ secutus, cui ualidissima quæq; forma etiam in fœminis placet. Ille uero ita circumscripsit omnia, ut eum legumlatorẽ uocent, quia deorum atq; heroum effigies, quales ab eo sunt traditæ, cæteri tanq̃ ita necesse sit sequuntur. Floruit autẽ circa Philippũ, et usque ad successores Alexandri, pictura præcipue, sed ex diuersis uirtutibus: nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Malanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis uisionibus (quas φαντασίας uocant) Theon Samius, ingenio & gratia, quã ipse in se maxime iactat, Apelles est præstantissimus. Euphranorẽ admirandũ facit, quod & cæteris optimis studijs inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Similis in statuis differentia: nam et duriora, & Tuscanicis proxima + Callon atq; Egesiæ, iam minus frigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto supra cæteros, cui quanq̃ à pleriscq; tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deesse pondus putãt. Nam ut humanæ formæ decorẽ addiderit supra uerum, ita non expleuisse deorum autoritatẽ uidetur, quin ætatẽ quoq; grauiorẽ dicitur refugisse, nihil ausus ultra leues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidiæ atq; Alcameni dantur Phidias tam dijs q̃ hominibus efficiendis melior artis

+ Callo

fex † traditur, in ebore uero longe citra æmulum, uel si † creditur
nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympiũ in Elide Iouẽ
feciſſet, cuius pulchritudo adieciſſe aliqd etiã receptæ re
ligioni uidetur, adeò maieſtas operis deum æquauit. Ad
ueritatem Lyſippũ et Praxitelem acceßiße optime affir
mant. Nam Demetrius tanq̃ nimius in ea reprehenditur
& fuit ſimilitudinis quàm pulchritudinis amantior. In
oratione uero ſi ſpecies intueri uelis, totidem penè repe-
ries ingeniorum, quot corporũ formas, ſed fuerunt quæ-
dam genera dicendi cõditione temporũ horridiora, alio-
qui magnam iam uim ingenij præ ſe ferentia. Hinc ſunt
Lælij, Africani, Catões, Gracchiq;, quos tu licet Polygno-
tos uel Calones appelles. Mediã illam formã teneant L.
Craßus, Q. Hortẽſius. Tum deinde efflorescat non mul-
tum inter ſe diſtantium tempore oratorũ ingens prouẽ
tus, hinc uim Cæſaris, indolem Cælij, ſubtilitatẽ Callidij,
grauitatem Bruti, acumen Sulpitij, acerbitatem Caßij, di
ligentiã Pollionis, dignitatem Meßalæ, ſanctitatẽ Calui
reperimus. In his etiam quos ipſi uidimus, copiam Sene-
cæ, uires Africani, maturitatem Afri, iucũditatem Criſpi,
ſonum Trachali, elegantiam Secundi. At M. Tullium nõ
illum habemus Euphranorẽ circa pluriũ artium ſpecies
præſtantem in omnibus quæ in quoq; laudantur, eminen-
tißimũ. Quem tamen & ſuorũ homines temporũ inceſ-
ſere audebant, ut tumidiorem, & Aſianum, & redun-
dantem, & in repetitionibus nimium, & in ſalibus ali-
quando frigidum, & in compoſitione fractum, exultan-
tem, ac penè, quod procul abſit, uiro molliorem.

Postea uero quàm triumuirali proscriptione cõsumptus est, passim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabãtur, adulatores etiam præsentis potentiæ, non responsurũ inuaserunt. Ille tamẽ qui ieiunus à quibusdam atq; aridus habetur, nõ aliter ab ipsis inimicis male audire, q̃ nimijs floribus et ingenij affluentia potuit, falsum utrũq; sed tamen illa mentiendi propior occasio. Præcipue uero pressẽrũt eũ qui uideri Atticorũ imitatores cupiebt. Hæc manus quasi quibusdã sacris initiata ut alienigenã, et uirum superstitiosum, deuinctumq; illis legibus insequebantur. Vnde nunc quoq; aridi, & exucti, & exangues. Hi sunt enim q̃ suæ imbecillitati sanitatis appellationẽ, quæ est maxime contraria, obtendant: q̃ quia clariorẽ uim eloquẽtiæ uelut solẽ ferre non possunt, umbra magni nominis delitescunt, quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipse respondit, tutior mihi de hoc differendi breuitas erit. Et antiqua q̃dẽ illa diuisio inter Atticos atq; Asianos fuit, cũ hi pressi & integri, contrà inflati illi & inanes haberentur, in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac
† Satyra modus deesset. Quod quidã, quorũ & † Santra est, hoc putant accidisse, quod paulatim sermone Græco in proximas Asiæ ciuitates influente, nondũ satis periti loquendi, facundiã concupierint, ideoq; ea quæ proprie signari poterãt, circuitu cœperint enunciare, ac deinde in eo perseuerauerint. Mihi autẽ orationis differentiã feciſſe, & dicentiũ et audientiũ naturæ uidẽtur, quod Attici limati quidem & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Asiana gens tumidior alioqui & iactãtior, uaniore etiã

dicẽdi gloria inflata est. Tertiũ mox qui hæc diuidebãt, adiecerũt genus Rhodiũ, quod uelut mediũ esse, atq; ex utroq; mixtũ uolũt. Neq; enim Attice preßi, neq; Asiane sunt abundãtes, ut aliquid habere uideãtur gentis, aliqd autoris. Aeschines enim qui hunc exilio delegerat locũ, intulit eò studia Athenarum, quæ uelut fatà quædã cœlo terraq; degenerant, saporem illũ Atticũ peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidẽ ac remißi, non sine pondere tamen, neq; fontibus puris, neq; torrentibus turbidis, sed + lenibus stagnis similes habentur. Nemo igitur dubitauerit longe esse optimũ genus Atticorũ, in quo ut est aliquid inter ipsos cõmune, id est iudiciũ acre tersumq;, ità ingeniorũ plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multum uidentur, qui solos esse Atticos credunt tenues, et lucidos, & significantes, sed quadã eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manũ intra palliũ continentes. Nã quis erit hic Atticus? sit Lysias, hunc enim amplectũtur amatores istius nominis modum. Non igitur iam usq; ad Coccum, & Antocidẽ remittemur. Interrogare tamen uelim an Isocrates attice dixerit, nihil enim tã est Lysiæ diuersum, negabunt? At eius schola principes oratorum dedit. Quæratur similius aliquid, Hyperides Atticus? certe. At plus indulsit uoluptati. Transeo plurimos, Lycurgũ, Aristogitona, & his priores Isæum, Antiphontẽ, quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. Quid ille cuius modò fecimus mentionẽ Aeschines? nónne his latior, & audentior, & excelsior? Quid deniq; Demosthenes? Nõne cunctos illos tenues & circũ

+ lentibus

ſpectos ſublimitate, ui, impetu, cultu, compoſitione ſuperauit? non inſurgit locis? non figuris gaudet? nõ tranſlationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus uocem? nõ illud iuſiurandũ per cæſos in Marathone ac Salamine propugnatores reipublicæ ſatis manifeſto docet præceptorem eius Platonem fuiſſe? Quem ipſum, num Aſianũ appellabimus, plerunq; inſtinctis diuino ſpiritu uatibus cõparandũ? Quid Periclea? ſimilẽ ne credimus Lyſiacæ gracilitati, quẽ fulminibus, & cœleſti fragori cõparant comici, dum illi conuiciantur? Quid eſt igitur, + quod in his demum qui tenui uenula per calculos fluunt Atticũ ſaporem putent? ibi demũ thymũ redolere dicant? Quos ego exiſtimo, ſi quod in his finibus uberius inuenerint ſolum, fertiliorem'ue ſegetem negaturos Atticã eſſe, quod plus q̃ acceperit ſeminis reddat? Quia hanc eius terræ fidem Menander eludit. Itaq; nũc ſi quis ad eas Demoſthenis uirtutes, quas ille ſummus orator habuit, tamen quæ defuiſſe ei, ſiue ipſius natura, ſiue lege ciuitatis uidẽtur, adiecerit, ut affectus cõcitatius moueat, audiam dicentẽ, non fecit hoc Demoſthenes: & ſi quid exierit numeris aptius, fortaſſe non poſſit, ſed tamen ſi quid exierit, non erit Atticum? Melius de hoc nomine ſentiant, credantq; Attice dicere, eſſe optime dicere. Atq; in hac tamen opinione perſeuerantes Græcos magis tulerim, Latina mihi facundia, ut inuentione, diſpoſitione, conſilio, cæteriſq; huius generis artibus ſimilis Græcæ, ac prorſus diſcipula eius uidetur, ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locum. Nanq; ipſis eſt ſtatim ſonus + dulcior,

+ cur

+ durior

quando & iucundißimas ex Græcis literas nõ habemus, uocalem alteram, alteram consonantẽ, quibus nullæ apud eos dulcius spirant, quas mutuari solemus, quoties illorum nominibus utimur. Quod cum contingit, nescio quo modo hilarior protinus renidet oratio, ut in Zephyris, Zopyrisq; quæ nostris literis scribantur, surdum quiddam, & barbarũ efficient sonum, & uelut in locũ earum succedunt triστes, & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa quæ sexta est nostrarum penè non humana uoce, uel omnino nõ uoce potius inter diserimina dentium efflãda est, quæ etiam cum uocalem proximã accipit quaßa quodam modo, utiq; quoties aliquam consonantem + frangit, multo fit horridior. Aeolicæ quoq; literæ quã seruũ ceruumq; dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, uis tamen nos ipsa persequitur. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demum subiectas sibi uocales est + utilis, aliâs superuacua, ut equos ac equum scribimus, cum ipse etiam uocales duæ efficiant sonum, qualis apud Græcos nullus est, ideoq; scribi illorum literis non potest. Quidẽ quod pleraq; nos illa quasi mugiẽte litera cludimus m, qua nullum Græce uerbũ cadit? At illi p iucundã, et in fine præcipue quasi tinnientem illius loco ponũt, quæ est apud nos rarißima in clausulis. Quidẽ quod syllabæ nostræ in b literã, & d innitũtur? adeò aspere, ut pleriq; nõ antiquißimorũ quidẽ, sed tamen ueterũ mollire tentauerint, nõ solũ apuersa pro aduersis dicendo, sed & in propositione b literæ absonam et ipsam f subijcien do. Sed accentus quoq; cũ rigore quodã, tum similitudinẽ

+ frangit, ut ī hoc ipso frã git multo fit horridior.

+ Non erat ī ueteri codice hæc dictio.

ipſa minus ſuaues habemus, quia ultima ſyllaba nec acuta unq̃ excitatur, nec flexa circunducitur, ſed in grauẽ, uel duas graues cadit ſemper. Itaq; tanto eſt ſermo Græcus Latino iucundior, ut noſtri poëtæ quoties dulce carmen eſſe uoluerunt, illorũ id nominibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimæ carent appellationibus, ut eas neceſſe ſit trãſferre aut circũire, etiã in his quæ denominata ſunt, ſumma paupertas in eadẽ nos frequẽtiſſime reuoluit, at illis non uerborũ modò, ſed linguarũ etiã inter ſe differentiũ copia eſt. Quare qui à Latinis exigit illã gratiã ſermonis Attici, det mihi in loquẽdo eandẽ iucunditatẽ & parem copiam: Quod ſi negatũ eſt, ſententias aptabimus his uocibus quas habemus, nec rerũ nimiã tenuitatẽ, ut non dicã pinguioribus, fortioribus certe uerbis miſcebimus, ne uirtus utraq; pereat ipſa confuſione. Nam quo minus adiuuat ſermo, rerũ inuentione pugnandum eſt. Senſus ſublimes uariiſq; eruantur. Permouendi omnes affectus erunt. Oratio tranſlationũ nitore illuminanda eſt. Nõ poſſumus eſſe tã graciles? ſimus fortiores. Subtilitate uincimur? ualeamus põdere. Proprietatis penes illos eſt certior copia? uincamus ingenio. Græcorum etiã minora ſuos portus habent, nos plerunq; maioribus uelis moueamur, ualidior ſpiritus ſinus noſtros tendat, non tamẽ alto ſemper feremur: nã & littora interim ſequenda ſunt. Illis facilis per quælibet uada acceſſus, ego aliquid nõ multo tamẽ altius in quo mea cymba non conſidat inueniã. Neq; enim ſi tenuiora hæc ac preſſiora græci melius, in eoq; uincimur ſolo, & ideo in comœdijs non

contendimus, prorsus tamen omittenda pars hæc oratio nis, sed exigenda, ut optime possumus, possumus autẽ re rum & modo & iudicio esse similes, uerborũ gratia quã in ipsis non habemus, extrinsecus condienda est. An non in priuatis, & acutus, et non asper, & non indistinctus, & non supra modũ elatus M. Tullius? non in M. Callidio insignis hæc uirtus? non Scipio, Lælius, Cato in eloquen do uclut Attici Romanorũ fuerunt? Cui porrò non satis est quo esse melius nihil potest? Adhuc quidam nullã esse naturalẽ putant eloquentiam, nisi quæ sit quotidiano ser moni similima, quo cũ amicis, coniugibus, liberis, seruis loquimur, contenti promere animi uoluntatem, nihilq; ac cersiti & elaborati requirentes, quicquid huc sit adiectum, id esse affectationis, & ambitiosæ in loquendo iactantiæ, remotum à ueritate, fictumq; ipsorũ gratia uerborum, quibus solũ à natura sit officium attributũ, seruire sensibus, sicut athletarũ corpora etiãsi ualidiora fiant exercitatione, & lege quadã ciborum, non tamen esse naturalia, atq; ab illa specie quæ sit concessa hominibus abhorrere. Quid enim inquiunt, attinet circuitu res ostẽdere, & translationibus, id est aut pluribus, aut alienis uerbis, cũ sua cuiq; sint assignata noĩa? Deniq; antiquissimũ quenq; maxime secundũ naturã dixisse contendunt, mox poëtis similiores extitisse, etiã si parcius, simili tamen ratione falsa & impropria uirtutes ducentes. Qua in disputatione nõnihil ueri est, ideoq; non tam procul, q̃ fit à quibusdã, recedendũ à proprijs atq; cõmunibus. Si quis tamen, ut in illo loco dixi, compositionis ad necessaria,

quibus nihil minus est, aliquid melius adiecerit, non erit hac calūnia reprehendendus. Nam mihi aliā quandā uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri periti ac eloquentis oratio, cui si res indicare modò satis esset, nihil ultra uerborum proprietatē elaboraret, sed cum debeat delectare, mouere, in plurimas animū audientis species impellere, utetur his quoq; adiutorijs, quæ ab eadem sunt nobis concessa natura. Nam & lacertos exercitatione constringere, & augere uires, & colorem trahere naturale est. Ideoq; in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod si non cueniret, omnes pares essent, & idem omnes deceret. At loquuntur, & saluāt personarū discrimen, ita quo quisq; plus efficit dicendo, hoc magis secundū naturæ eloquentiā dicit. Quapropter ne illis quidē nimiū repugno, qui dandum putant nōnihil esse temporibus atq; auribus, nitidius aliquid atq; affectatius postulantibus. Itaq; non solum ad priores Catonem Gracchosq;, sed ne ad hos quidē oratorem alligandū puto. Atq; id feciſſe M. Tullium uideo, ut cum omnium utilitati, tum partem quandam delectationi daret, cū & ipsam se rem agere diceret (agebat autē maxime) litigatoris. Nam hoc ipso proderat quod
† agi placebat. Ad cuius uoluptates nihil equidē quod † addi possit inuenio, nisi ut sensus nos quidē dicamus plures. Neq; enim fieri potest salua tractatione causæ, & dicēdi autoritate, si crebra hæc lumina et cōtinua fuerint, nō in uicem offecerint. Sed me hactenus cedentē nemo insequa
† nigra toga fitu tur ultrà, do tēpori, ne † crassa toga sit, nō serica, ne in-

tonſum caput, non in gradus atq; anulos + totum com- + ſectum
ptum, cũ in eo qui ſe non ad luxuriam, ac libidinẽ referat
eadem ſpecioſiora quoq; ſint, quæ honeſtiora. Cæterum
hoc quod uulgò ſententias uocamus, ueteribus præcipueq;
Græcis in uſu non fuit, apud Ciceronẽ enim inuenio dum + dum
rem contineant, & copia + non redundent, & ad uicto-
riam ſpectent, quis utile neget? Feriunt animum, & uno
ictu frequenter impellũt, & ipſa breuitate magis hærẽt,
& + dictione perſuadent. Ac ſunt qui hæc excitatiora + deiectione
lumina etiã ſi dicere permittãt, à componendis tamẽ ora
tionibus excludenda arbitrentur. Quocirca mihi ne hic
quidẽ locus intactus eſt omittendus, quod plures erudito
rum aliã eſſe dicendi rationẽ, aliam ſcribendi putauerũt,
ideoq; in agendo clariſſimos quoſdã nihil poſteritati mã
ſuriſq; mox literis reliquiſſe, ut Periclem & Demadem.
Rurſus alios ad cõponendũ optimos, actionibus idoneos
non fuiſſe, ut Iſocratem. Præterea in agendo plus impe-
tus plerũq;, & petitas uel paulò licentius uoluptates. Cõ
mouendos enim eſſe, docendosq; animos imperitorũ. At
quod libris dedicatur, & in exemplum editur, terſum ac
limatum, & ad legem ac regulam compoſitum eſſe opor
tere, quia ueniat in manus doctorum, & iudices artis ha
beat artifices. Quin illi ſubtiles, ut ſimiles, ac multi per-
ſuaſerunt magiſtri ἀγράφα dicẽdo, γυθύμημα ſcri-
bendo eſſe altius tradiderunt. Mihi unum atq; idẽ uide-
tur bene dicere, ac bene ſcribere, neque aliud eſſe oratio
ſcripta, quàm monimentum actionis habitæ. Itaq; + nul-
las non, ut opinor, debet habere uirtutes, dico non uitia:

nam imperitis placere aliquando quæ uitiosa sunt scio. Quo differunt igitur? quod si mihi des cõsilium iudicũ sapientum, perquã multa recidam ex orationibus, nõ Ciceronis modò, sed etiam eius qui est strictior multo Demosthenis. Neque enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiã proœmia superuacua esse apud tales Aristoteles existimet. Nõ enim trahentur his illis sapientes, proprie & significanter rẽ indicare, probatione colligere satis est. Cũ uero iudex detur aut populus, aut ex populo, laturiq; sententiam indocti sæpius, atq; interim rustici, omnia quæ ad obtinẽdum quod intendimus, prodesse credemus, adhibẽda sunt, eaq; etiam cum dicemus promenda, & cum scribimus, ut doceamus quomodo dici oporteat: An Demosthenẽ mallem sic egisse, ut scripsit, aut Ciceronẽ, aut eos præstãtissimos oratores alia q̃ scriptis cognoscimus? Melius egerunt igitur an peius? Nam si peius, sic potius oportuit dici ut scripserunt: si melius, sic oportuit scribi ut dixerunt. Quid ergo, semper sic aget orator ut scribit? si licebit, semper: quod si impediant breuitate tempora à iudice data, multum ex eo quod potuit dici recidetur, editio habebit oĩa. Quæ autem secundum naturam iudicantiũ dicta sunt, nõ ita posteris tradentur, ne uideantur propositi fuisse non temporis: nam id quoq; plurimũ refert, quo modo iudex audire uelit, atq; ei uultus sæpe ipse rectus est dicentis, ut Cicero præcepit. Ideoq; instandum his quæ placere intellexeris, resiliendũ ab his quæ non recipientur. Sermo ipse qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirum

sit, cum etiam testium personis aliqua mutentur: prudenter enim, qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphiona? Negante eo, detraxit aspirationem, breuiauitq; secundam eius nominis syllabã, & ille cum sic optime norat. Huiusmodi casus efficiunt, ut aliquando dicatur aliter q̃ scribatur, cum dicere quomodo scribendum sit, non licet. Altera est diuisio, quæ in tres partes & ipsa descendit, qua discerni posse etiam recte dicendi genera inter se uidentur. Namq; unum subtile, quod ἰσχνὸν uocãt: alterum grande atq; robustum, quod cõstituunt ἀδρόν, tertium alij medium ex duobus, alij floridum, nanque id ἀνθηρὸν appellant, addiderunt, quorũ tamen ea ferè ratio est, ut primũ docendi, secundum + mouendi, tertium illud utrocunq; nomine delectandi, siue aliud interconciliandi præstare uidetur officiũ. In docendo autẽ acumẽ, in conciliando lenitas, in mouendo grauitas uideatur. Itaq; illo subtili præcipue ratio narrandi probandiq; cõsistet, sed quod etiam detractis cæteris uirtutibus suo genere plenum. Medius hic modus, & translationibus crebrior, & figuris erit iucundior, egressionibus amœnus, compositione aptus, sententijs dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidã est, & uirẽtibus utrinq; syluis inumbratus. At ille qui saxa deuoluat, et pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus & torrens iudicẽ uel nitentẽ contra feret, cogetq; ire quà rapit. Hic orator & defunctos excitabit, ut Appium Cæcum, apud hunc & patria ipsa exclamabit, aliquãdoq; Ciceronẽ in oratione contra Catilinam in senatu alloquetur. Hic & amplificationibus

+ admonẽdi

extollet orationem, & ui superlationum quoque eriget: Quæ charybdis tã uorax? & oceanus medius fidius ipse. Nota sunt enim iam studiosis hæc lumina. Hic deos ipsos in congressum prope suum sermonemq; deducet: Vos enim Albani tumuli atq; luci: Vos, inquam, Albanorũ obrutæ aræ, sacrorũ populi Romani sociæ & æquales. Hic iram, hic misericordiam inspirabit: Hic dicet: Te uidit, & fleuit, & appellauit, et per omnes affectus tractatur. Hic itaque illuc sequetur, nec doceri desiderabit. Quare si ex tribus his generibus necessariò sit eligẽdum unum, quis dubitet hunc præferre omnibus, et ualidissimũ alioqui, & maximis quibusq; causis accommodatissimum? Nam & Homerus breuem quidem animi iucunditatem, & propriam (id enim est non errare uerbis) & carentem superuacuis eloquentiã Menelao dedit, quæ sunt uirtutes generis illius primi. Et ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluere sermonẽ, qua certe delectatione nihil fingi maius potest. Sed summã aggressus, ut in Vlysse, facundiã, magnitudinẽ illi iunxit, cui orationem niuibus hybernis, et copia uerborũ, atq; impetu parẽ tribuit: Cum hoc igitur nemo mortalium contendet, hũc ut deum homines intuebũtur. Hanc uim & celeritatem, in Pericle miratur Eupolis, hanc fulminibus Aristophanes comparat, hæc est uera dicẽdi facultas. Sed neq; his tribus quasi formis inclusa eloquentia est. Nam ut inter gracile, uali dumq;, tertium aliquid constitutũ est, ita horum + interualla sunt. Atq; inter hæc ipsa mixtum quiddam ex duobus medium est earũ. Nam & subtili plenius aliquid atq;

+ inter se

subtilius, & uehementi remissius atq; uehementius inuenitur, ut illud lene aut ascēdit ad fortiora, aut ad tenuiora summittitur, ac sic propè innumerabiles species reperiuntur, quæ utiq; aliquo momento inter se differant, sicut quatuor generaliter uentos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cū interim plurimi medij eorū, uarietate regionum ac fluminum proprie deprehendūtur. Eademq; musicis ratio est, qui cum in cithara quinq; constituerunt sonos, plurima deinde uarietate cōplent spatia illa neruorum, atq; his quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. Plures igitur etiā eloquentiæ facies, sed stultissimū quærere ad quam recturus se sit orator, cū omnis species, quæ modo recta est, habeat usum atq; id ipsum + omne sit oratoris, quod uulgò genus dicendi uocant. Vtetur enim ut res exiget omnibus, nec pro causa modò, sed & pro partibus causæ. Nam ut non eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac sponsionibus, & de certa re credita dicet, sententiarum in senatu & concionum, & priuatorum consiliorū seruabit discrimina, uitā ex differentia personarum, locorū temporūq; mutabit, ita in eadem oratione aliter conciliabit, non ex ijsdem partibus iram & misericordiā petet, alias ad docendum, alias ad mouendū adhibebit artes. Nō unus color proœmij, narrationis, argumentorum, egressionis, perorationis seruabitur. Dicet idem grauiter, seuere, acriter, uehementer, cōcitate, copiosè, amare, comiter, remissè, subtiliter, blādè, leniter, dulciter, breuiter, urbane,

+ non

non ubiq; ſimul, ſed ubicunq; par ſibi ſic fiet, tum id propter quod maxime repertus uſus oratiõis, ut dicat et utiliter, et ad efficiendũ qđ intẽdit, potenter, tum laudẽ quoque nec doctorũ modò, ſed etiã uulgi conſequetur. Fallũtur enim plurimũ, qui uitioſum & corruptũ dicendi genus, qđ aut uerborũ licentia reſultat, aut puerilibus ſentẽtiolis laſciuit, aut immodico tumore turgeſcit, aut inanibus locis bacchatur, aut caſuris, ſi leuiter excutiantur, floſculis nitet, aut præcipitia pro ſublimibus habet, aut ſpecie libertatis inſanit, magis exiſtimãt populare atq; plauſibile. Quod qdẽ placere multis nec inficior, nec miror. Eſt enim iucundioris ac fauorabilis qualiſcunq; eloquẽtiæ, et adducit animos naturali uoluptate uox omnis neque aliũde illi per fora atq; aggerẽ circuli, quo minus mirum eſt, quod nulli nõ agentiũ parata uulgi corona eſt. Vbi uero quod exquiſitius dictũ accidit auribus imperatorum, qualecunq; id, quod modo ſe ipſi poſſe deſperent, habet admirationẽ, neq; immeritò: nam ne illud quidẽ facile eſt, Sed euaneſcũt hæc atq; moriũtur cõparatione meliorũ, ut lana tincta + ſucco citra purpuras placet: at ſi cõtuleris etiã lacernæ, conſpectu melioris obruatur, ut Ouidius ait. Si uero iudiciũ his corruptis acrius adhibeas, ut ſuccinis fulſura, iã illud qđ fefellerat, exuat mentiũ colorem, & quadã uix enarrabili fœditate palleſcat. Luceat igitur hæc citra ſolẽ, & ut quædã exigua ãi alia igniculi uidentur in tenebris. Deniq; mala multi probãt, nemo improbat bona. Neq; uero omnia iſta de qbus locuti ſumus, orator optime tanũ, ſed etiã facilime faciet. Neq; enim

+ fuco

uis ſumma dicẽdi eſſet admiratione digna, ſi infelix uſq; ad ultimũ ſolicitudo perſequitur, ac oratorẽ macerat et coquit, ægre uerba uertentẽ, et perpendẽdis coagmẽtan dis q; eis intabeſcentẽ. Nitidus ille et ſublimis et locuples, circũfluẽtibus undiq; eloquẽtiæ+copijs imperat. Deſinit enim in aduerſa niti, qui peruenit in ſummũ. Scãdenti circa ima labor eſt, cæterũ quantũ pceſſeris mollietur diues et lætius ſolũ. Et ſi hæc quoq; iã leuius ſuprema pſeueranti bus ſtudijs+euaſerit, inde fructus illaborati offerũt ſeſe, & oĩa ſponte proueniunt, quæ tamẽ quotidie niſi decer pantur, areſcunt. Sed & copia habet modũ, ſine quo ni hil nec laudabile, nec ſalutare eſt, & nitor ille cultum ui rilẽ, & inuentio iudiciũ. Sic erunt magna non nimia, ſub limia non abrupta, fortia non temeraria, ſeuera non tri ſtia, grauia nõ tarda, læta nõ luxurioſa, iucũda non luxu diſſoluta, plena non tumida. Similis in cæteris ratio eſt. Tutiſſima ferè p mediũ uia, qa utriuſq; ultimũ uitiũ eſt.

+pompis

+euerteris

Quæ poſt finem ſtudia. CAP. XI.

His dicendi uirtutibus uſus orator in iudicijs, cõſi lijs, cõcionibus, ſenatu, in omni deniq; officio boni ciuis, finẽ quoq; dignũ & optimo uiro, et opere ſanctiſſi mo faciet, nõ quia prodeſſe unq; ſatis ſit, et illa mẽte atq; illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quamlõgiſſimũ tẽpus, ſed quia decet hoc quoq; proſpice re, ne quid peius q; fecerit, facit. Neq; enim ſciẽtia modò conſtat orator, quæ augetur annis, ſed uoce, latere, firmi tate, quibus fractis, aut imminutis ætate ſeu ualetudine, cauendum eſt, ne quid in oratore ſummo deſideretur, ne

interſiſtat fatigatus, ne quæ dicet parũ audiri ſentiat, ne ſe quærat priorẽ. Vidi ego lõge oĩm, quos mihi cognoſcere cõtigit ſummũ oratorẽ, Domitiũ Afrum, ualde ſenem, quotidie aliquid ex ea quã meruerat autoritate perdentem, cum agente illo, quem principem fuiſſe quondã fori non erat dubiũ, alij (qđ indignũ uidebatur) riderent, alij erubeſcerent, quæ occaſio illi fuit dicẽdi, malle eum deficere q̃ deſinere. Neq; erãt illa qualiacũq; mala, ſed minora. Quare anteq̃ in has ætatis ueniat inſidias, receptui canet, & in portũ integra naue perueniet: neq; enim minores eũ cum id fecerit, ſtudiorũ fructus proſequentur. Aut ille monimẽta rerũ poſteris, aut ut L. Craſſus in libris Ciceroĩs deſtinabat, quærẽtibus + tradet, aut eloquẽtiæ componet artem, aut pulcherrimis uitæ præceptis dignũ os dabit. Frequẽtabunt uero eius domũ optimi iuuenes more ueterũ, et uerã dicendi uiã uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit quaſi eloquentiæ parens, & ut uetus gubernator, littora & portus, & quæ tempeſtatũ ſignа, quid ſecundis flatibus, quid aduerſis + ratis poſcat, docebit, nõ humanitatis ſolum cõmuni ductus officio, ſed amore quodã operis. Nemo enim minui uelit id, in quo maximus fuit. Quid porrò eſt honeſtius, q̃ docere quod optime ſcias? Sic ad ſe Cæliũ deductũ à patre Cicero profitetur, ſic Pãſam, Hirciũ, Dolobellã in morẽ præceptoris exercuit, quotidie dicẽs audiẽsq;. Ac neſcio an cũ tũc beatiſſimũ credi oporteat fore, cũ iã ſecretus et conſecratus, liber inuidia, procul à contemtionibus famã in tuto collocarit, & ſentiat uiuus eã, quæ poſt fata præſtari magis

+ reddet

+ tradet

+ ratum

solet, uenerationẽ, & quid apud posteros futurus sit uidebit. Cõscius sum mihi, quãtũ mediocritate ualui, quæq; antea scierim, quæq; operis huiusce gratia potuerim inq rere, cãdide me atq; simpliciter in notitiã eorũ, si qui forte cognoscere uoluissent, protulisse, atq; id uiro bono satis est docuisse, qd' scierit. Vereor tamẽ ne aut magna nimiũ uidear exigere, qui eundẽ uirum bonũ esse, et dicendi peritũ uelim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morũ quoq; præcepta, & scientiã iuris ciuilis, præter ea quæ de eloquẽtia tradebãtur, adiecerim, quiq; hæc operi nostro necessaria esse crediderim, uelut põdus rei phorrescãt, ac desperẽt ante experimentũ. Sed hi primũ renuncient sibi, quãta sit humani generis uis, q potẽs efficiendi quæ uelit, cum maria trãsire, siderũ cursus numerosq; cognoscere, mundũ ipsum penè dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tũ cogitent quantã rem petãt, quãq; nullus sit hoc proposito præmio labor recusandus. Quod si mente cõceperint, huic quoq; parti facilius accedent, ut ipsum iter, neq; imperuiũ, neq; saltẽ durũ putent. Nã id quod prius, quodq; maius est, ut boni uiri simus, uolũtate maxime constat: quã qui uera fide induerit, facile easdẽ quæ uirtutẽ docent, artes accipiet. Neq; enim aut tã perplexa, aut tam numerosa sunt, quæ præmunt, ut non paucorũ admodũ annorum intentione discãtur, longã enim facit operã quod repugnamus. Breuis est institutio uitæ honestæ beatæq;, si credas. Natura enim nos ad mentem optimam genuit, adeoq; discere meliora uolentibus promptũ est, ut uere intuenti mirum

sit illud magis, malos esse tã multos. Nã ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circũfusus nobis spiritus uolucribus conuenit, ita certe facilius esse oportebat secundũ naturã, q̃ cõtra eã uiuere. Cætera uero etiã si ætatẽ nostrã nõ spatio senectutis, sed +tẽpore adolescẽtiæ metiamur, abũde multos ad discendũ annos habẽt. Oĩa enim breuiora reddet ordo, et ratio, et modus. Sed culpa est in præceptoribus prima, +libẽter detinẽtibus puerũ, partim cupiditate diutius exigẽdi mercedulas, partim ambitiõe, quo difficilius sit qd' pollicentur, partim etiã inscitia tradẽdi uel negligẽtia: proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, q̃ discere quæ nondũ scimus, melius putamus. Nã ut de nostris potißimũ studijs dicã, quid attinet tã multis annis, quanq̃ in more est plurimorũ (ut de his à qbus magna in hoc pars ætatis absumitur, taceã) declamitare in schola, & tantũ laboris in rebus falsis cõsumere, cũ satis sit modico tẽpore imaginẽ ueri discriminis, et dicẽdi leges cõperisse? Quod nõ dico, qa sit unq̃ omittẽda dicẽdi exercitatio, sed quia nõ sit una eius specie conseneſcẽdũ. Cognoscere enim & præcepta uiuẽdi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Dicẽdi ratio talis, ut nõ multos annos poscat: quælibet enim ex his artibus, quarũ prius habui mentionẽ, in paucos libros cõtrahi solet, adeò infinito spatio ac traditiõe opus nõ est. Reliqua est quæ uires citò facit consuetudo, rerũ cognitio quotidie crescit, et tamẽ multorũ ad eas librorũ necessaria lectio est, qbus aut rerũ exẽpla ab historicis, aut dicẽdi ab oratoribus petuntur. Philosophorũ quoq̃

+corpore adolescentiam

+qui libenter detinent quos occupauerunt

cõsultorũq; opiniones, sicuti alia, uelimus legere necessa
riũ est. Quæ quidẽ possumus oĩa, sed breue nobis tẽpus
nos fecimus, quantulũ enim studijs impertimur? Alias ho
ras uanus salutãdi labor, alias datũ fabulis otiũ, alias spe
ctacula, alias cõuiuia trahũt. Adijce tot genera ludẽdi, et
insanã corporis curã. Trahat inde peregrinatio, rura,
calculorũ anxiæ solicitudines, multæ causæ libidinũ, &
uinũ, et flagitiosus omni genere uoluptatũ animus, ne ea
quidẽ tẽpora idonea, quæ supersunt. Quæ si oĩa studijs
impenderẽtur, iã nobis lõga ætas, et abũde satis ad discẽ
dũ spatia uiderentur, et diurna tantũ cõputantibus tẽpo
ra, & noctes, quarũ bona pars omni somno lõgior est, ad
iuuarẽt. Nũc cõputamus annos, nõ quibus studuimus, sed
quibus uiximus. Nec uero si geometræ & grãmatici, cæ
terarũq; artiũ professores oẽm suã uitam quãlibet lõgã
fuerit, in singulis artibus cõsumpserunt, sequitur ut plu-
res quasdã uitas, ad plura discẽda desideremus. Neq; illi
didicerũt hæc usq; in senectutẽ, sed ea sola didicisse cõtẽ
ti fuerũt, ac tot annos in utendo, nõ in pcipiẽdo exhause
rũt. Cæterũ ut de Homero taceã, in quo nullius nõ artis,
aut pfecta, aut certe nõ dubia uestigia reperiũtur, ut Ele
um Hippiã trãseam, qui nõ liberaliũ modò disciplinarũ
præ se scientiam tulit, sed uestẽ, et anulũ, crepidasq;, quæ
oĩa manu sua fecerat, in usu habuit, †atq; ita se præpara †ad quæ
uit, ne cuius alterius ope egeret, néue ullius rei. Gorgias
quoq; summæ senectutis id quærere auditores, de quo q∫
que uellet, iubebat. Quæ tãdẽ ars digna literis Platõi de
fuit? Quot† seculis Aristot. didicit, ut nõ solũ quæ ad phi †scilicet

losophos atq; oratores ptmēt scientia cōplecteretur, sed animali ū satorūq; naturas oēs pquireret? Illis enim hæc inueniēda fuerūt, nobis cognoscēda sunt. Tot nos præceptoribus, tot exēplis instruxit antiqtas, ut poßit uideri nulla fortè nascēdi ætas felicior q̄ nostra, cui docēdæ priores elaborauerūt. M. Cēsorius Cato idē orator, idē historiæ cōditor, idē iuris, idē rerū rusticarū pitißimus fuit, inter tot operas militiæ, tātas domi cōtētiones, rudi seculo, literas græcas ætate iā declinata didicit, ut esset hoī bus documēto, ea quoq; pcipi posse quæ senes cōcupißēt. Quā multa penè oīa tradidit Varro? Quod instrumentum dicendi M. Tullio defuit? Quid plura? cū etiā C. Celsus mediocri uir ingenio, nō solum de his oībus cōscripse rit artibus, sed amplius rei militaris, & rusticæ etiā, +et medicinæ præcepta reliquerit? dignus uel ipso pposito, ut eū scisse oīa illa credamus. At pficere tātū opus arduum est, et nemo pfecit? Ante oīa sufficit ad exhortationē studiorū, capere id rerū naturā, ut qcqd nō est factū, ne fieri qdē poßit, cū oīa quæ magna sunt atq; admirabilia, tēpus aliqd, quo primū efficerētur, habuerint. Quātū enim poēsis ab Homero et Vergilio, tamū fastigiū accepit eloquētia à Demost. atq; Cicerone. Deniq; qcqd est optimū, ante nō fuerat. Verūetiā si qs summa desperet (quod cur faciat, cui ingeniū, ualetudo, facultas, præceptor nō deerunt?) tamē est, ut Cicero ait, pulchrū in secūdis terti +imbecillis ōs q; cōsistere. Neq; enim si qs Achillis gloriā +in bellicis cōsequi non potest, Aiacis aut Diomedis laudē aspernabitur: neq; qui Homeri, nō Tyrtei. Quinimo si hāc cogita-

+Non est in ueteri codice

tionē hoiēs habuissent, ut nemo se meliorē fore eo q̄ optimus fuisset, arbitraretur, hi ipsi qui sunt optimi, nō fuissent. Neq; post Lucretiū, ac Macrum Vergilius, nec post Crassum et Hortēsiū Cicero, sed nec alij postea uicerint. Verū ut trāseundi spes non sit magna, tamē est dignitas subsequēdi. An Pollio et Messala, qui iā Cicerone arcē te neme eloquētiæ agere cœperūt, parū in uita dignitatis habuerunt? parū ad posteros gloriæ tradiderūt? Alioquī peßime de rebus humanis q̄ductæ in summū artes mererētur, si qd optimū fuisset, defuisset. Adde qd magnos modica quoq; eloquētia parit fructus: ac si q̄s hæc studia utilitate sola metiatur, penè illi perfectæ par est. Neq; erat difficile, uel ueteribus, uel nouis exēplis palā facere, non aliūde maiores honores, opes, amicitias, laudē præsemē, futurā hoībus cōtigisse, si tamē dignū literis esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atq; ipsa possessio plenissimā studijs gratiā refert, hāc minorē exigere mercedē, more eorū, qui à se nō uirtutes, sed uoluptatē quæ fit ex uirtutibus, peti dicunt. Ipsam igitur orādi maiestatē quā nihil dij immortales melius homini dederūt, et qua remota muta sunt oīa, et luce præsenti, & memoria posteritatis carēt, toto animo petamus, nitamurq; semp ad optima, qd faciētes aut euademus in summū, aut certe multos infra nos uidebimus. Habes Marcelle Victori, q̄bus præceptā dicēdi p uirili pte adiuuari posse p nos uidebantur, quorū cognitio studiosis iuuenibus si nō magnā utilitatē afferet, at certe, quod magis petimus, bonam uolūtatem.

M. FAB. QVINT. INSTIT. FINIS.

OCN 67954289